Digitized by Google

595.

AVVOCATO
BUBANI
FRANCESCO

47524 Th T 1/5 175

H

Guilliaud

(Claude)

IN

CANONICAS

349280

APOSTOLORVM SEPTEM EPISTOLAS COLLATIO,

Iuxta eruditorum ſententiam facta, per S. Theologiæ Doctorem Claudium Guilliaudum Bellijocenſem, apud inſignem Eduorum Eccleſiam Præpoſitum, & Canonicum Eccleſiaſten.

Omnia iudicio Eccleſiæ ſubmiſſa ſunto.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1897

VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.



LVGDVNI APVD SEB. GRYPHIVM,

M D. XLIIII.

Cum Priuilegio Regis ad Quadriennium:

cuius exemplum in calce ſubiunximus.

REVERENDO IN

CHRISTO PATRI DOMINO D. IACOBO HVRALTO, EPISCOPO EDVENSI, CLAVDIVS GVILLIAVDVS S.

MISSVS à te iampridem in uineam Domini tuæ ſolicitudini cõmiſſam, Iacobe præſulum optime, exiſtimaui mei eſſe officij,ut ex illius fructu munuſculum aliquod tibi pararem, quò colonum tuum agnoſceres, ſi non ualde induſtriũ, non ingratum tamen, quiq; panem tuum non ſemper otioſus manducarit.Proinde nolens liberalitate tua per ignauiam abuti,otiũq; (quo,beneficio tuo tam luculẽto, tamq; libero fruor) deſidia & ſocordia conterere, creberrima concionandi docendiq; exercitatione,aſsiduoq; propemodũ legendi aut ſcribendi ſtudio pro uiribus illud excolui. Nec ſatis uiſum eſt ſtudijs noſtris,tam liberè,tamq; ex animi noſtri ſentẽtia frui,niſi & illa (ſi modò quis ex illis fructus ſperari poſſet) in cõmunem uſum atq; utilitatem proferrem.Sic enim iubemur de ciſterna noſtra aquam bibere, ut deriuentur fontes noſtri foras, & aquæ noſtræ diuidantur in plateis.Emiſimus itaq; in lucẽ,quæ in Pauli epiſtolas ſcripſimus,fœturæq; noſtræ primitias tuo dicauimus nomini; magna profectò & ualde periculoſa audacia, (hac præſertim ætate, quæ tam multos habeat tam emunctæ naris, tamq; acris iudicij uiros) ſed niſi nimis mihi blandiũtur amici,non omnino infelici.Quò fit,ut etiã fore non ingratum ſperem, quod in epiſtolas Apoſtolorum Canonicas ſeptem ſum auſus. Quas & tibi etiam conſecrauimus: ut quemadmodum flumina eò,unde exierunt,reuertuntur, ſic & beneficentiæ,liberalitatisq; tuæ fructus ad te redeat,fortunarum noſtrarum,ſtudiorumq; omnium autorem & parentem. A`te principium,tibi deſinet,tibi deſudabit omnis labor noſter,cui totũ debemus quod ſumus,& poſſumus. Neq; tamẽ hic ſum inſcius,non defuturos,quibus fortè ridiculus uidear:qui,quæ tam multi,præſertim ex patribus,tam excellenti & ingenio & doctrina præditi, tot editis libris,tam feliciter tractarunt,ea audeam ipſe longè impari & ſtylo & ingenio retractare. Quaſi uerò nihil niſi ſemel bene poſsit dici:aut ita omnia ſua dona in unius ætatis homines Deus Optimus Maximus effuderit,ut nihil futuris ſeruarit ſecu-

lis,infantemq́ deinceps omnẽ oporteat eſſe poſteritatẽ. Ego ſanè adeò non ſum aut arrogans,aut temerarius,ut prę illis aliquẽ eſſe me aut putem,aut alijs uideri uelim. Ad dominici templi conſtru ctionem aurum illi,& gẽmas attulerunt.Ego quoniam eò uacuus prohibeor accedere,arenam,& quod pro facultatula poſſum, adfe ro.Non ſum Salomon,regia non poſſum in Gazophylacium mit tere munera.Abundè mihi eſt,ſi cum Euangelica uidua duo tan- tum poſsim minuta adferre. Tradidit alijs quinq; talenta Domi- nus,alijs duo.Ego multis non gloriabor : certus tamen,neminem renatum, qui unũ aliquod non acceperit. Quantulumcunq; illud eſt,quòd mihi is concredidit,quoniã defodere non licet, ecce iam in publicum profero:cuius utinam uſuram aliquã magno illi fœ- neratori poſsim aliquando reddere:quæ ſi modica futura eſt, ſatis tamen nobis erit,non fuiſſe illud abſconditum. Vale, Eleuthero- poli Bellijocenſi,Anno à Virginis partu M. D. XLIII.

AD REVEREND. EPISCOPVM HEDVORVM D. IAcobum Huraltum,Ioannes Milotius,canonicus Belnenſis.

Eſt tua,crede mihi,felix Eccleſia:quam tu
Et cura tanta,& ſedulitate regis,
Vt quicquid doceat cœleſtem ducere uitam,
In promptu eſſe ſibi, dicere iure queat.
Huic etenim (tua quæ eſt ſapientia magna) dediſti
Doctorem numeris omnibus eximium.
Qui uerè,ſcitè,& facundè,exponere nouit
Et calamo,& uerbis,omnia ſcripta Dei.
Per quem diuinam ſpeciem,formamq́;,uidere
Quiſq; poteſt oculis,quos dedit ipſa fides.
Atqui ſic illam modo cernere, ducere certè eſt
Vitam cœleſtem,ſyderibusq́; frui.
Ergo tibi multum debemus maxime præſul:
Qui tantum dederis contulerisq́; bonum.

B. IACOBI EPISTOLA.

STATVS EPISTOLAE.

Hortatur pios ad patientiam : mox docet fidem, bonorum operum feracem eſſe: & honorificè de Dei prouidentia loquendum eſſe, quum manifeſtum ſit, homines ſua culpa, non autem à Deo fieri malos. His addit morum parænes es, quibus ueram pietatem, & religionem Chriſtianam exprimamus.

LOCI INSIGNES HVIVS EPIST.

1 Propter Euangelium fortiter afflictiones tolerandas. I. II.
2 Cùm affligamur, maxime adnitamur Dei promiſsis. I. II.
3 Neq; à Deo, neq; à natura homines fieri malos: ſed ſua culpa. I.
4 De Dei prouidentia reuerenter loquendum eſt. I.
5 Non uerbis ſolùm, ſed & re ipſa profitenda eſt fides. II. III.
6 Petulantia linguæ fugienda. III.
7 Vera pietas in releuanda proximi inopia. II.
8 Non à rebus externis, ſed animi dotibus quempiam eſſe commendandum. II. III.
9 Fidem ſine operibus mortuam eſſe. II.
10 Inter mundanã & Chriſtianã ſapientiam quid interſit. III. IIII. V.
11 Veram pacem eſſe ſedatis cupiditatibus. IIII.
12 Deo & mundo nihil commune. III. IIII. V.
13 Vindictam malorum Deo relinquendam. V.
14 Extremam unctionem, & ſacerdotum orationes, ægrotos iuuare. V.

B. IACOBI,

QVI ET ALPHAEI, ET MINOR, ET FRATER DOMINI APPELLATVR, EPISTOLA.

BIBL. DE LA VILLE LYON 1897

Contendendum ad ſapientiam, humilitatem, & tentationis ſufferentiam. CAP. I.

IACOBVS Dei, & domini noſtri IESV Chriſti ſeruus, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutē. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes uarias incideritis: ſcientes, quòd probatio fidei ueſtræ, patientiam operatur: Patientia autem opus perfectum habeat: ut ſitis perfecti, & integri, in nullo deficiētes. Si quis autem ueſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à uento mouetur & circunfertur. Non ergo exiſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à domino. Vir duplex animo, incōſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Glorietur autem frater humilis, in exaltatione ſua: diues autem in humilitate ſua: quoniam ſicut flos fœni tranſibit. Exortus eſt enim ſol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperijt. Ita & diues in itineribus ſuis marceſcet. Beatus uir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Nemo cùm tentatur, dicat, quoniā à Deo tentatur. Deus enim intentator malorū eſt: ipſe autem neminem tentat. Vnuſquiſque uerò tentatur, à cōcupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Deinde concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatū: peccatum uerò cùm conſummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaq; errare, fratres mei dilectiſsimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à

in diſperſiōe,] diſperſæ, probatio] uel, exploratio operatur:] uel, efficit perfectū habeat:] ſit pfecta: affluēter,] ſimpliciter, purè. in fide,] id eſt, fiducia, duplex animo,] bianimis uijs ſuis.] id eſt, actionibus. humilitate] humiliatione fœni] herbę, & infrà. uultus] id eſt, ſpeciei ſuæ in itineribus] ſiue in abūdantijs & copijs ſuis diligētib' ſe.] uis à quibus fuerit dilectus. intentator malorū eſt: ipſe autē, &c.] ut malis tētari nō poteſt, ita neminē tentat, uel ad mala ſolicitat. à cōcupiſcētia] dū à cōcupiſcē tia ſua abſtrahitur & ineſcatur Deīde cōcup.] ubi uis animæ cōcupiſcibilis cogitauit de malo patrādo, illud patrat.

Tentationes. Rom. 5. a

Sapiētia à deo petenda. Petēdum fide. Matt. 7. a. 21. c Marc. 11. c Luc. 11. b Ioā. 16. b. c. f

Duplex animo. Diues.

Eccleſi. 14. c Iſaiæ 40. b 1. Pet. 1. d

Tentatio. Iob 5. c

Cōcupiſcētia. Peccatum. Mors.

Dona à Deo.

patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec uiciſsitudinis obūbratio. Voluntariè enim genuit nos uerbo ueritatis, ut ſimus initiū aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectiſsimi, Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim uiri, iuſtitiam Dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum uerbum, quod poteſt ſaluare animas ueſtras. Eſtote autem factores uerbi, & non auditores tantùm, fallentes uoſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt uerbi, & non factor: hic comparabitur uiro conſideranti uultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo: conſiderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum: huius uana eſt religio. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc eſt, Viſitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum; & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

Genitì à Deo per uerbum.
Ira.
Prouerb. 17. d
Euangelium ſuſcipiendum.
Opera.
Matth. 7. d
Rom. 2. b
Lingua.
Religio.
Pupilli.
Viduæ.

apud quē] Deꝰ non eſt ſimilis noſtro ſoli, qui dū recedit à nobis, umbras inducit, ipſe autē Deus ſemꝑ eſt ſui ſimilis.
uiciſsitudinis] conuerſionis
initiū aliquod creaturę eius.] primitię quædam ſuarū creaturarum.
immunditiā & abundantiam] ſorditiem & ſuperfluitatem
cōparabitur] ſimilis erit
uultum natiuitatis] natiuum ſuum uultum
Alij] in legem perfectæ libertatis
ſeducens] aberrare ſinis

Iacobus. *Nomen autoris huius epiſtolæ catholicæ, ne quis alteri, quàm Iacobo, adſcribat, huic epigraphæ adponitur. Hic multinomius fuit, autore Hieronymo aduerſus Heluidium: Iacobus, qui & Alphæi, & Minor, & Frater domini appellatur, cognominatus eſt iuſtus, ab utero matris ſuæ ſanctus fuit: uinum & ſiceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonſus eſt, nec unctus unguēto, nec uſus oleo. Qui hanc epiſtolam huic Iacobo adimunt, frigidiſsimis & remotiſsimis argumentis adnituntur. Nempe quòd ſe Apoſtolum ſtatim ab initio non inſcripſerit. Sed neq; hæc Paulus, Hebræis ſcribens, obſeruauit: neque Ioannes, Aſianos epiſtola uiſens, id facere curauit. Putauit ſe abundè Apoſtolum, & munere apoſtolico ornatū, manifeſtaſſe, cùm ſe ſeruum* IESV *Chriſti fatetur. Aut ſe ſolum pronuntiauit Seruum, quo Iudæorū ſupercilium ſuo exemplo demitteret. Secundò: Quòd crucis, & reſurrectionis Chriſti, ut quibus myſteriorum omniū noſtræ religionis Chriſtianæ ſumma perſtringitur, non meminerit. Sed apertè uidetur ſatisfeciſſe, cum fidem uiuam ſuis coloribus pinxerit. Tertiò: quòd Iudæos potiſſimum ceremonijs & legi addictos, de abrogata per Chriſtum lege nihil monuerit. Sed prouectis, & qui iam in Euangelio multū promouerant, non duxit neceſſarium, rurſus (ſicut nec Paulus Hebr. 6. cap.) iacere fundamenta pœnitētiæ, ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoq; manuum, ac reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni: contentus ad pietatem & patientiam toto orbe diſperſos exhortari. Præterea conſenſus uniuerſalis eccleſiæ hanc ut Iacobi Alphæi recipit epiſtolam. In rebus etiā ſerijs Auguſtinus*

Iacobus multinomius.
Epiſtola Iacobo adſcripta, uerè eſt Iacobi.

ſtinus & reliqui Patres ſancti, teſtimonijs ex hac epiſtola nomine Iacobi deprom-
ptis, libenter utuntur, quibus indiuulsè adhæreo, & ſubſcribo.

Dei, & domini noſtri IESV Chriſti, ſeruus. Magnis titulis frequenter — *Titulus humilis gratus.*
pleriq; obſtrepunt, gloria quadam uana & ſupercilio ducti, quaſi Triſmegiſti uide-
antur, quòd aulici & holoſericati ſint: quorum faſtum reprimit, Seruum ſe profitens — *Seruus Dei.*
noſter Apoſtolus, non cuiuſuis, ſed Dei: quaſi in hoc totus ſit, ut Deo omnem impendat
operam, cui ſit dicatus, & ueluti Dei peculium factus. Ex re ipſa auditorum animos
ſibi conciliat, atq; deuincit, quum ſtatim ab initio functionem, uocationemq; ſuã pro-
ponit: ſeruũ ſe eſſe Dei patris, & domini IESV Chriſti. Aut, ut doceret, IESVM
Deum eſſe, ſumenda eſt copulatiua illa in hunc ſenſum, Seruus IESV Chriſti, qui
& ipſe Deus eſt uerus, Quod tum quidam iam eſſent Cherintiani, qui Chriſtum nega
rent eſſe Deum. Ex his conijcimus, Iacobũ ea, quæ Dei, non quæ ſua erant, quæſiuiſſe. — *Cherintianorum error.*
Atq; quod egit, non ſua, ſed Dei miſſione & legatione egiſſe. — *Iacobi inſtitutum.*

Duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione. Quemadmodum Pe-
trus Iudæis diſperſis, & alijs peculiaris fuit Apoſtolus, ita & Iacobus: his quidem
præcipuè ſcribit: deinde uerò & alijs, ex ethniciſmo ad fidem conuerſis. Duodecim — *Iacobus Iudæis peculiaris apoſtolus.*
tribubus: id eſt, omnibus Iudæis. Qui ſunt in diſperſione: id eſt, diſperſis in omnibus fe-
rè regionibus extra Iudæam. Conſueuerunt Apoſtoli primùm Iudæis per ſynago- — *Duodecim tribus.*
gas Chriſtum in lege & Prophetis promiſſum annuntiare, quo quum indignos iudi-
carent, ad Gentes conuerſi ſunt. Diſperſos uocat Iudæos, quos captiuitas Aſſyriaca,
deinde Babylonica, motus item Aſiatici, & Aegyptij: rurſus inteſtina diſſidia, & Ro — *Iudæorum diſperſio unde?*
manorum arma, & Phariſaicus ille furor, de quo Luc. Act. 8. in uarias regiones deie-
cit, & profligauit. Vbi in hunc uſq; diem extorres multi agunt, regno & ſacerdotio
exuti: quia ſummum regem & pontificem IESVM Chriſtum, mundi ſaluatorem,
ignominioſè ſupplicio trucidarunt. Scribit ergo Iacobus Iudæis ad fidem conuerſis:
deinde omnibus ex æquo Chriſtum ſitientibus.

Salutem. Omnibus, ad quos ſcribit Iacobus, precatur ſalutem & animæ & cor-
poris. Ex animo cupit, ut omnia illis ſuccedant feliciter, optatq; ut lætus ſit ſemper — *Iacobi animus erga Iudæos.*
animus, utcunque externa cadant.

Omne gaudium exiſtimate fratres mei, &c. Suadet Apoſtolus patien
am. Naſcente iam eccleſia, & Euangelio orbi illuceſcente, non pauci erant, qui ho-
orificè Euangeliũ excipiebant: ſed quibus durum, graue, & moleſtum erat, propter
ESVM Chriſtum crucem ferre. Iſte eſt genius carnis, ut afflictiones ſibi propoſitas
orſus depellat, fugiatq;. Propterea querebantur, intolerabilem & moleſtam eſſe — *Caro afflictiones fugit.*
riſtianam religionem, cuius profeſſio crucem ſemper haberet comitem, animo con-
rnati, langueſcebant, timiduli, animos deſpondebant. Hos conſolatur, ne cõſternen-
animis, & uim roburq; addit, quo à torpore conualeſcant. Omne gaudium exi-
nate fratres mei: id eſt, pro ſummo gaudio ducite, quum incideritis in uarias tenta-
nes: id eſt, afflictiones. Ac ſi diceret: Lætanter afflictiones ſufferte, & nolite defi-
e propter mundum, qui non deſinit in nos furere, meliora & ſuauiora ſequentur.
ius debent uos exhilarare afflictiones propter Chriſtum inflictæ, quàm mœrorem
tere. Aderit Chriſtus totius conſolationis Deus, qui afflictos & preſſos ad ſe ac- — *Afflictiones ꝓpter Chriſtum pios exhilarãt.*
it, ut conſoletur, & importabili (ut uobis uidetur) faſce grauatos leuet. Matt. 11.
Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam uos. Tollite
m meũ ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis

requiem

requiem animabus ueſtris.Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meũ leue. Hoc unum
ſciamus omnes:Sicut abundant afflictiones propter Chriſtum in nobis, ita per Chri-
ſtum abundat & conſolatio noſtra.2.Corinth.4.Roma.8. 2.Corinth.1. 2.Timoth.2.
Afflictionibus probãtur diſcipuli Chriſti. hoc multo exemplo nobis præſliterũt Apoſtoli,de quibus in Actis ſcriptum eſt:Ibant
Apoſtoli gaudentes à cõſpectu concilij,quoniã digni habiti ſunt pro nomine IESV
contumeliam pati. Afflictiones propter Chriſtum indices ſunt,quàm ſimus ueri diſci
puli IESV Chriſti.Omnes qui piè uiuere uolunt in Chriſto, 2.Timoth.3.perſequu-
tionem patientur.Et,Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.Matth.10.cap.Si me perſe-
quuti ſunt,& uos perſequentur.

Scientes,quòd probatio fidei ueſtræ patientiam operatur. Per-
Crucis & eius fructus cõmendatio. uenuſta ſequenti gradatione crucẽ laudat,& eius fructus explicat, cauſam adducens,
cur in afflictionibus propter Chriſtum gaudendũ ſit. Eleganti metaphora ab argen-
Chriſtus aurifex. tarijs tracta,Chriſtum ueluti aurificem facit,Qui carnis noſtræ ſcoriam rubiginemq;
omnem tribulationis igne excoquẽs, ſpiritu renouatos,& purificatos cordibus, totos
aureos & puros putos in regnum illud introducat : de quo ſcriptum eſt, Nihil coin-
Pſal.65.b quinatum introibit. Talibus metaphoris utitur Pſalmographus,Igne nos examinaſti,
Pſal.65.c ſicut examinatur argentum : Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in
Probatio fidei. refrigerium.Neque his abſimilia ſcribuntur Rom.5.& 1.Petri 1.cap. Probatio fidei
ueſtræ:Hebraiſmus eſt,id eſt,fides ueſtra, ueſtra profeßio probata & explorata ten-
tationibus,uelut aurum igne,operatur patientiam:id eſt,animi trãquillitatem : ſeu fi-
Patientia fructus eſt fidei. eit,ut animus indiuulsè hæreat promißionibus Chriſti , eaſdemq; conſtantißimè gau-
dens & lætus expectet,tanta eſt fidei certitudo. Itaq; ut aurum igne purum ab impu-
ro,ita fides ficta à uera,tentationibus dignoſcitur. Eſt ergo uiuæ fidei fructus Patien-
tia : quam qui æquanimiter ſuſtinent,beatos dicimus.Poſt Chriſtum, Iob patriarcha
uerum ſe patientiæ exemplar nobis exhibet , qui diuitijs & ſubſtantia priuatus , non
Iob 1.d eſt tumultuatus:Sed Deo gratias agens,dixit,Dominus dedit, Dominus abſtulit:ſicut
Domino placuit,ita factum eſt:Sit nomen Domini benedictum. Ad huius loci cogni-
tionem facit,quod diuus Cyprianus martyr ſermone 3.de Patientia ſcripſit,cuius uer
Patientiæ commendatio à Cypriano. ba ſubſcribam:Patientia eſt,quæ nos Deo commendat,& ſeruat : ipſa eſt, quæ iram
temperat,quæ linguam frænat,mentem gubernat,pacem cuſtodit,diſciplinam regit,li
bidinis impetum frangit,tumoris uiolentiam comprimit, incendium ſimultatis extin-
guit,coërcet potentiam diuitum,inopiam pauperum refouet,tuetur in uirginibus bea
tam integritatem,in uiduis laborioſam caſtitatem , in coniunctis & maritatis indiui-
duam charitatem : facit humiles in proſperis,in aduerſis fortes,cõtra iniurias & con-
tumelias mites:Docet delinquentibus cito ignoſcere:ſi ipſe delinquas,diu & multum
rogare:Tentationes expugnat,perſequutiones tolerat, Perſequutiones & martyria
conſummat:ipſa eſt,quæ fidei noſtræ fundamenta firmiter ponit : ipſa eſt, quæ incre-
menta ſpei ſublimiter prouehit, ipſa actum dirigit , ut tenere poßimus uiam Chriſti,
dum per eius tolerantiam gradimur:ipſa efficit,ut perſeueremus filij Dei dum patien
tiam patris imitamur.hactenus Cyprianus.

Perſeuerantia comes eſt patientiæ. Patientia autem opus perfectum habeat,&c. Vult,& ex animo ob-
teſtatur noſter Apoſtolus,ut patientiæ comes ſit Perſeuerãtia.Patientia (inquit)ue-
ſtra habeat opus perfectum:id eſt,durate, & perſeuerate in operibus bonis. Aut pa-
tientia ueſtra habeat opus perfectum.iuxta Hebraiſmum dictum eſt. Imperatiuum po
ſuit pro Futuro:id eſt,perficiat,conſummet & expoliat bonum opus, id eſt, uirtutes

& ſtud

& ſtudioſas ueſtras operationes abſoluat in finem uſq;: & ne, quamlibet minaci tenta
tionum exorta nube, à patientia deficiatis: Vt ſitis puri, & integri, in nullo deficien-
tes: id eſt, conſtantes eſtote, nulla ex parte deficientes, nihilq; in uobis deſideretur,
quod ad integritatem ueri Chriſtiani faciat. Qui toti Euangelio & puritati uitæ ad-
dicti ſunt, affuctionibus ſic durantur, ut nihil non agant, conſtantes, & imperterriti, *Pij afflictionibus durãtur in religione perſeuerantes.*
ad quamlibet etiam dura perſiſtant. Non ſecus atque qui uel orationi, uel alij rei, ſic
ſunt intenti, ut ſtrepitus incudis & fabrorum neq; audiant neq; animaduertant. Si le-
geris, Habet perfectum opus: id eſt, perficit. huius fructus eſt, ut ſitis perfecti, non im-
perfecti: integri, nõ mutili, ſed in Chriſtianiſmo conſummati, ut occurratis omnes in *Perfectũ opus habere.*
unitatem fidei, in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Epheſ. 4. *Perſeuerantiæ fructus.*
Reijcit eos quos ex parabola Luc. 8. cap. didicimus eſſe, qui ad tempus credunt, & in
tempore tentationis recedunt. Rogo hoc unum. Quid proderit patiẽtia, ſi langueſca- *Credentes ad tempus.*
mus, & non adſit perſeuerantia? Propterea ſanctiſſimè dicebat Dominus Lucæ 21.
In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Colligimus ex his hanc ſententiam, ſi-
milem illi Matthæi 10. & 24. Qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Que-
rulabitur fortaſſe quiſpiam, Quis lætus & gaudens perpetuò, & quandiu hic uerſa-
tur, crucem feret? Quidam huiuſmodi ſunt, quorum meminit Propheta pſalmo 106. *Crux quomodo gaudẽter ferenda.*
Anima eorum in malis tabeſcebat, Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſa
pientia eorum deuorata eſt. Ne animum deſpondeat qui querulatur, audiat quod eo-
dem Pſalmo ſubiungit Propheta, Et clamauerunt ad Dominum quum tribularentur,
& de neceſſitatibus eorum eduxit eos. In tentationibus inuocemus auxilium de ſan-
cto, confugientes ad Dominum, dicente Domino per os Prophetæ pſalmo 49. Inuoca
me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Ad hunc modum Ioſaphat *Afflicti Dominum inuocent.*
rex Iuda ab aduerſarijs obſeſſus, dixit 2. Paralipomenon 20. In nobis non eſt tanta for
titudo, ut poſſimus huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſuper nos: Sed quum igno-
ramus quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus
ad te. Chriſtus in cruce clamauit ad Patrem, ſe derelictum, & exauditus eſt pro ſua
reuerentia, Hebr. 5.

Si quis autem ueſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui
dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Pelagia-
nos & huius farinæ uiros primo impetu proſternit, qui putabant ſe ſola ui humana *Pelagianorum error.*
ſapientiã aſſequuturos. Falluntur certè: Non aliunde petẽda eſt, quàm ab eo qui dat,
nempè à Deo, qui ſuapte natura eſt ſapientia. Eſt & creata ſapientia, quæ donum
Dei eſt, id eſt, cognitio Dei per Chriſtum, qua intelligimus quæ Dei ſunt, & quæ ad *Sapientia duplex.*
ſalutem noſtram faciunt. Hanc nobis explicat Paulus Epheſ. 1. cap. Deus gloriæ det *Sapientia creata.*
uobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos
cordis ueſtri, ut ſciatis, quæ ſit ſpes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæredi-
tatis eius. Videtur mihi hæc ſapientia eſſe fides uiua. Reſponſabit fortaſſe aliquis di-
cens, Neque ſatis doctus ſum, neque præditus ſapientia, qua æquanimiter feram af-
flictiones. Hunc nodum ſoluit Iacobus: Si quis ueſtrum indiget ſapientia: id eſt, ſi
cui deeſt ſapientia, quæ & docet, & animum excitat, ut æquo animo ferat aduerſi-
tates, is poſtulet à Deo, qui in Euangelio dixit, Petite, & accipietis: Quærite, & *Matth. 7. b*
inuenietis: Pulſate, & aperietur uobis. Atque ut ad petendum nos alliciat Iacobus,
liberalitatem & benignitatem Dei erga precantes explicat, dicens: Qui dat omni- *Dei benignitas & liberalitas.*
bus affluenter: id eſt, copioſè & liberaliter, citra fraudem & perſonarum reſpectum.

Deus non eſt difficilis & inexorabilis.
Neque hunc putauerimus difficilem, inexorabilem, non pronum ad miſerendum. Sed
ad hunc unum in neceßitate accurramus:eſt enim omnipotens, omniſcius, fons bonorũ
omnium inexhauſtus,& indeficiens,omnibus expoſitus, ultrò ſua bona omnibus offe-
Improperare.
rens,copioſè & abundanter diuitias ſuas largiens. Et non improperat : id eſt, non
exprobrat quicquam,ſeu non malignè dat, ut faciunt quidam ſordidi, & illiberales,
qui exprobratione beneficium uitiant, & ex illorum beneficio maleficium fit. Et
dabitur ei:ſubaudi,poſtulanti à Deo : qui ut liberalis eſt,ita hilarem datorem diligit.
2.Corinthior.9. Ingratum reuera eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit:
Bis dat,qui cito dat.Orauit Salomon pro ſapientia,Sapientiæ 9.cap.quam etiam ac-
cepit, 3.Regũ 3.& 2.Paralipomenon 1.Quia Pſalmo 144.Prope eſt Dominus omni-
bus inuocantibus eum,omnibus inuocantibus eum in ueritate.

Oratio ſine fide eſt mortua.
Poſtulet autem in fide,nihil hæſitans. Vt non uiuunt, quibus nulla eſt
uitæ ratio inſita:ita nec oratio uiuit,ſi abfuerit fides,id eſt,fiducia, quæ ſe miſericor-
diæ Dei, & eius promißis committit,credens Deum ueracem,fidelem in omnibus uer-
bis,& ſanctum in omnibus operibus ſuis. Hic acceſſus,hæc animi uoluntatisq; in Deũ
Fiducia.
ſic apprehenſum attentio, uocatur Fiducia. In promiſſa Dei totus animus innititur,
Oratio in fide Deo accepta.
nihil hæſitat, qui ſe totum Deo committit.Quare ſi uolumus gratißimas & acceptiſ-
ſimas Deo fieri orationes noſtras, in fide, ſeu fiducia fiant. Accedentem enim ad
Deum,Hebræor.11.oportet credere quia eſt, & quòd inquirentibus ſe remunerator
eſt. Hanc uim & energiam orationis multis aperuit Chriſtus Matthæi 21. Amen di-
Orationis uiuæ efficacia.
co uobis,ſi habueritis fidem,& non hæſitaueritis, non ſolùm de ficulnea facietis, ſed
& ſi monti huic dixeritis, Tollere,& iacta te in mare,fiet.Et omnia quæcunq; petie-
Orandum iuxta Dei nõ noſtram uoluntatem.
ritis,in oratione credentes,accipietis. Fidelis ergo non iuxta ſuam, ſed Dei uolunta-
tem petit,nihil hæſitans,cui quæ utilia ſunt nouit Dominus dare. Quod pulcherrimo
exemplo oſtendit Chriſtus Lucæ 11.de patre, qui puero piſcem poſtulanti, ſerpen-
tem non porrigit.

Animi inconſtantis deſcriptio.
Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à uento moue-
tur,& circunfertur. Peruenuſta ſimilitudine à fluctibus marinis petita, incõſtan
tem animum explicat. Quemadmodum qui in mari à tempeſtatibus circumaguntur,
certo loco conſiſtere non poſſunt:ſed quoquouerſum & uenti & fluctus rapiũt,illhuc
nutantes & incerti ferũtur.Ita homo infirmus fide,et cuius animus nõ eſt totus in pro-
miſſa Dei,ſed affectibus uarijs, & perturbationibus animi abreptus, huc atque illhuc
circumagitur,nulloq; certo ac ſtabili loco ſtare poteſt,adeò incõſtans eſt. Solida ergo
petra IESV Chriſto nitentes,ſic fixi & immobiles ſtabimus, ut nulla tempeſtas nos
Fiducia pro anchora in afflictionibus habenda.
mouere,nedum deijcere poßit. Eritq; nobis fiducia pro anchora, qua mens in Deum
figitur.Obſerua,cùm ait,Qui à uento mouetur,& circunfertur, exaggerat inconſtan
tiam,illiusq; euidentiam amplificat.Mare per ſe fluit & refluit,à uentis & procellis
agitatum & turbatum inſanit, furias,& tonitrua parit. Venti, animorum ſunt affe-
ctus,& uaria obiecta,quæ animum ipſum nunc metu, nunc ſpe, mox dolore contur-
bant. Non abſimili metaphora uſus eſt Paulus ad Epheſios 4. Vt iam non ſimus (ait)
paruuli fluctuantes,& circunferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum.

Oratio inefficax.
Non ergo exiſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à domi-
no. Oratio noſtra fiduciam in Deum habeat, ſi quicquam impetrare à Deo uolu-
mus. Quòd ſi quis orauerit cum diffidentia, & ſe totum Deo non committit, Deum
irridet,& ignominia afficit.

Vir

Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Generali
ſententia cauſam ſuperiorum adducit, propter quam nihil poſtulandum ſit à Deo,
niſi adſit fiducia. Vir duplex animo: id eſt, uir incerti propoſiti, & uacillantis animi,
qui facilè aduerſis terretur, & proſperis irretitur: Aut cuius cogitationes uariæ ſunt, — *Vir duplex animo.*
aliud ore, aliud corde premit, aitq́; Neſcio an me Deus exaudiat, an non: Incõſtans eſt
in omnibus uijs ſuis: id eſt, iuxta rerum uarietatem animũ mutat, non poteſt ſubſiſtere,
habere certam fidem, tantum abeſt impetret apud Deum, ut in omnibus factis & ope-
ribus ſuis impingat, nihil non malè & infeliciter agat. Adſit ergo rebus noſtris agen-
dis conſtantia, in quolibet negotio maximè laudabilis. Quæ ſi à nobis abſit: iam non — *Conſtantia in rebus agendis habenda.*
uiri, ſed molles, & effœminati dicemur. In aduerſis ne animos deſpondeamus: in pro-
ſperis autem ne ſuperbiamus, neq; patiamur nos ad omnem auram tam facilè circum-
agi. Sed immotis oculis, animoq́; imperterrito & infracto, IESV Chriſto intenti ad-
hæreamus: intelligentes nihil præclarum fieri poſſe unquam ſine conſtantia. Exem-
plorum ſatis habemus, tum in ſacris de Noë, Abrahamo, Iſaaco, Moyſe, Dauide, &
Apoſtolis ipſis: tum in profanis hiſtorijs, Socrate, Fabio, Camillo, & alijs.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua. Nemo non no-
uit pauperiem, contemptum, diuitiarum direptionem, exilium, & bonorum proſcri-
ptionem eſſe incendia & fomenta impatientiæ: Quæ ſingulari antitheſi cum di-
ſtributione ſoluit & extinguit Apoſtolus per Epanodum, hoc eſt, decoram repeti- — *Impatientiæ incendia. Epanodus.*
tionem, & regreſſum ad præcipuam propoſitionem, Pijs ſcilicet gaudendum eſſe in
afflictione. Autem: ſi frater, id eſt Chriſtianus, eſt ſupple humilis, id eſt pauper, te-
nuis fortunæ, inglorius, & coram mundo deſpectus: glorietur, id eſt gaudeat, in ex-
ultatione ſua, id eſt, in preſſuris, opprobrijs, & contumelijs à mundo obiectis. Hæc
ſunt piorum exultatio, & quibus in cœlum euehuntur. Contemni enim à mundo, eſt à — *Afflictiões ſunt piorum exultationes.*
Deo euehi, & exaltari. Non ergo is qui à mundo preſſuras habet, doleat: quin potius
gaudeat in contumelijs, & huiuſmodi, quibus exultabit, & exaltabitur. Gaudeat, in-
quam, quòd ſequatur magiſtrum & patrem noſtrum IESVM Chriſtum, qui &
ipſe pro nobis contumelijs & opprobrijs affectus eſt. Propter quod & Deus (ait
Paulus ad Philippenſes 3.) exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper o-
mne nomen.

Diues autem in humilitate ſua. Quia diuitiæ frequenter ſolent ſuos
à recta uia deflectere, imò in exitium demergere, hortatur noſter Apoſtolus diui- — *Diuitiarum genius.*
tes, ne animos diuitijs adglutinent: ſed utramuis paginam fortuna uoluerit, æquo &
hilari animo ferant. Autem, Si quis frater Chriſtianus eſt diues, id eſt opibus abun-
dat, & propter hoc à mundo habetur in pretio, nihil hinc glorietur, efferatur'ue:
quin potius maneat in humilitate ſua, id eſt, in ſua humiliatione & abiectione, nihil
fidens diuitijs. Quid enim prodeſt rebus incertis & mox perituris fidere? Hieremiæ
9. cap. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudi-
ne ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur,
ſcire & noſſe me: quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & iudicium, &
iuſtitiam in terra. Sed ſi propter Chriſtum, diues mundo odioſus fuerit, non doleat:
quin potius glorietur, id eſt, gaudeat. In humilitate ſua, id eſt, propter humiliatio-
nem ſui: ſeu propter ereptas opes, & diuitias, quæ multorum peccatorum ſolent
eſſe occaſio & cauſa. Conſtans ſit, nihilq́; commoueatur in hac bonorum direptione:

Pauperes ſpiritu Chriſto ſimiles.
ſed gratuletur ſibi, quòd poſt Chriſtum ferat crucem, & illi aliquo modo ſit factus ſi-
milis. Nam qui ditiſſimus erat, pro nobis pauper factus eſt: & qui Dominus omnium
Chriſti meritum.
erat, infirmus, & omnium ſeruus pro nobis factus eſt. Per hanc autem humiliationem
primas in æterna gloria eſt aſſequutus.

Quoniam ſicut flos fœni tranſibit, &c. *Ne quis ob direptas opes do-*
leat, & animum deſpondeat (ut ſolent miſeri) eleganti collatione à floribus petita,
oſtendit quàm uanæ, imò nihil ſint diuitiæ, ne his adhæreamus. Sed omnino animos
Vita humana eſt ueluti flos.
ab his auertētes erecto animo cœleſtia ſpectemus, & æterna. Scriptura humanæ uitæ
fragilitatē deſcribens, flori illam comparat, quòd mox euaneſcens perit, Iob 17. Homo
natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miſerijs, qui quaſi flos egre-
ditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.
Cauſam ergo adducit, cur non ſit diuitijs fidendum, comparationem proponens, ean-
Diuitiæ floribus ſimiles.
dem explicat. Diues non fidat diuitijs, quoniam ſicut flos fœni tranſibit: id eſt, diui-
tiæ ſimiles ſunt floribus, quibus ut nihil pulchrius in orbe eſt, ita nihil inſtabilius, &
diuturnum minus. Exortus eſt ſol cum ardore, id eſt, æſtu, & areſecit fœnum, id eſt,
exaruit fœnum, ſeu herba, & flos eius decidit, id eſt, flacceſcit. Et decor uultus, id eſt,
aſpectus eius, deperijt: id eſt, non delectat uidere flaccidum florem, qui heri iocundus
aſpectu erat. Ita & diues marceſcet, & areſcet, & peribit in itineribus ſuis: id eſt, in
ſtudio & acquiſitione diuitiarum ſuarum. Aut marceſcet in abundantia ſua. Nam
quò diuitijs & rebus externis (quibus mundo placeat) magis eſt addictus, eò magis
animus flacceſcit, putreſcit & corrumpitur. Mox huic exoritur Sol cum calore: id
eſt, tentatio, & Dei iudicium, tum herbæ quæ radicem non habent, pereunt: ita &
huius conſcientia nullam charitatis radicem habens, peribit: ueluti de ſemine in pe-
Carnis gloria fœnum.
tricoſa delapſo prædixit Chriſtus, Matthæi 13. Exaruit fœnum, id eſt, gloria carnis,
mundus, & caro, quæ non poteſt ferre iudicium Spiritus ſancti. Non ergo glorietur
diues in diuitijs ſuis, ſed ſeruiat alijs: alioqui & ipſe peribit in uijs ſuis, quia iter do-
mini rectum negligit. Nouit Dominus uiam iuſtorũ, Pſalmo 1. & iter impiorum peri-
bit. Quoniam, Pſalmo 36. tanquam fœnum uelociter areſcent, & quemadmodum ole-
ra herbarum cito decident. Hic locus deſumptus eſt ex Prophetis, maximè ex Iſaiæ
cap. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum,
& cecidit flos: quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo. Verè fœnum eſt populus, exicca-
tum eſt fœnum, & cecidit flos, uerbum autem Domini manet in æternum.

Beatus uir qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus
fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromiſit Deus diligenti-
Beatitas nõ ex metallo conflatur.
bus ſe. *Quoniam neque ex diuitijs, neq; ex metallo conflatur uera beatitudo: ſed*
ſi quis in morem metalli per ignem tribulationis fuerit eliquatus, expurgatus, & ex-
coctus, ſolidus in fide uiua fuerit inuentus, is uerè beatus erit. Perſeuerat in admonen-
do, ut conſtantes ſimus in afflictionibus & preſſuris propter Chriſtum, duabus me-
taphoris petitis: altera à metallis, quæ igne eliquantur, & expurgantur: altera ab
athletis aut curſoribus, quibus pro pugna aut curſu proponitur corona. Nemo enim
coronatur, niſi qui legitimè certauerit. 2. ad Timot. 2. cap. & 2. ad Timot. Bonum
certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi co-
rona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die, qui eſt iuſtus iudex: non ſolùm
mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius. Qui ſuffert tentationē: id eſt, qui propter
Deum & iuſtitiā patienter tolerat afflictiones, eſt uir beatus, hoc eſt, ſpe uiuit beatus,

eius

eius conuerſatio in cœlis eſt. Signum & arrabonem beneuolentiæ fauoriſq; diuini ad
beatitudinem à Deo habet. Tentatio hæc, ſiue afflictio indicat Deum non abeſſe: imò
amorẽ Dei erga eum, qui tentatur, exprimit. Iob 5. Beatus homo qui corripitur à Do-
mino. Hebræorum 13. ex Prouerb. 3. capite, Quem diligit Dominus, caſtigat: flagellat
autem omnem filium, quem recipit. Præmium nunc proponit ampliſſimum, dicens,
Quoniam quum probatus fuerit, ſcilicet per tentationes & afflictiones, (Fides enim
uiua piorum afflictionibus probatur & exploratur, uelut aurum igne) accipiet, ſup-
ple poſt decurſum alacriter ærumnoſæ huius uitæ ſtadium, Coronam uitæ, id eſt, re-
tributionem regni cœleſtis, illa corona ſeu retributio erit uita æterna. Quam uitam
æternã repromiſit, non otioſis, non ſolam fidem ſeu notitiã de Deo & Euangelio ha
bentibus, ſed diligẽtibus ſe, hoc eſt, inſignitis charitate & fide uiua, ſine qua nihil ac-
ceptum Deo credimus, autore Paulo, 1. Corinth. 13. Huc pertinet, quod Apocal. 2. ſcri
bitur: Hæc dicit Primus & Nouiſſimus, qui fuit mortuus & uiuit: Scio tribulationem
tuam, & paupertatem tuam, ſed diues es, & blaſphemaris ab his, qui ſe dicũt Iudæos
eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga Satanæ. Nihil horum timeas, quæ paſſurus es.
Ecce miſſurus eſt Diabolus aliquos ex uobis in carcerẽ, ut tentemini, & habebitis tri-
bulationem diebus decem. Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ.

Fides piorum tẽtationib⁹ uelut aurum igne probatur.

Quare in aduerſis & preſſuris nõ frangamur, animos non deſpondeamus, puſilla-
nimes non efficiamur: ſed memores ſimus, ait Iudith 8. cap. quia tentati ſunt patres
noſtri, ut probarentur, ſi uerè colerẽt Deum ſuum. Memores eſſe debemus, quomodo
pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus
effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & omnes qui placuerunt Deo, per mul-
tas tribulationes tranſierunt fideles.

Nemo quum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur. Certiſſi-
mum eſt, epiſtolam hanc ſcriptam eſſe aduerſus eos, qui fidem uerbis profeſſi, eandem
uita & factis negabant. Quorum errorẽ nunc refellit Apoſtolus: qui ut interim à ma-
lis & peccatis ſuis excuſarentur, totam ſuorum ſcelerum culpam Deo, ut autori ad-
ſcribebant, dicentes, Deus ſic uoluit: quis poteſt ipſi reſiſtere? At ij uehementer er-
rant. Nam etſi Deus omnia in omnibus operetur: non eſt tamen culpa peccati in eum
reijcienda, ſed in nos ipſos, & malos ipſos affectus, malamq; uoluntatem noſtram, qua
deſyderijs & concupiſcentijs adhæremus. Deus malũ prohibet, quomodo ergo nos ad
malum tentaret? Eſt reuera omnium rerum principium Deus. Ipſe quidem eſt cauſa
mali, ſed cauſa (ut cum doctoribus loquar) ſine qua non. Permittit malum, non autem
immittit peccatum: hoc eſt, non eſt autor peccati, ſeu culpæ & deformitatis, quæ eſt
quædam priuatio nõ habens (ut familiaribus Theologicæ ſcholæ utar uerbis) cauſam
efficientem, ſed deficientem: uoluntatem ſcilicet creatam, ut defectiuam. Quare obſer-
uandum uenit duplex eſſe genus tentationis, cõmune tum pijs, tum impijs, diuerſa ta-
men ratione. Alterũ quum morbis, fame, bonorum proſcriptione, & id genus aduerſis
homines explorat Deus, nõ ut ſciat, qui omniſcius eſt, ſed ut intelligere & ſcire faci-
at: hoc eſt, ut piorum fides & uirtus emicet, atque ſpectatior fiat, non ſolùm alijs, ſed
etiam ſibijpſis, & ut cognoſcant homines, Deum non in hoc immittere afflictiones, ut
perdat, & in impatientiam conijciat: ſed ut pro ſua bonitate materiam ſegetemq; pie
tatis ſuppeditet: hoc eſt, occaſionem præbeat, auctum faciendi præclaris illis uirtu-
tibus fortitudini, conſtantiæ, patientiæ, fidei, & ſpei. Præclaræ enim hæ uirtutes ſeſe
exercent maximè in tentationibus & afflictionibus. Hæc tentatio non fit ad malum,

Scopus epiſtolæ Iacobi Apoſtoli.

Culpa noſtra non eſt in Deũ reijcienda.

Deus rerum omnium principium.

Cauſa ſine qua non.

Tentationis genus duplex.

Deus tentat ut ſciat, hoc eſt ſcire faciat.

Afflictiones à Deo nõ ut perdat, ſed ſeruet & ſanet.

ſed ad piorum probationem, & cognitionem. de qua, id eſt, de afflictionibus, quibus Deus tentat, id eſt, explorat fidem noſtram, probatq́;, hactenus loquutus eſt Apoſtolus. Nunc de altero genere tentationis mentionem facit, quum Satanæ ſuggeſtionibus, & carnis affectibus tentantur homines, tentationibusq́; non rarò ſuccumbunt. Vbi alij ad mortem æternam ſic cadunt, ut nunquam reſurgant: Alij poſt lapſum Dei beneficio reſurgunt, & humiliores, cautioresq́; redduntur. Hac tentatione nunquam tentat Dominus. Nemo ergo quū tentatur, id eſt, quum ad peccatum ſolicitatur, dicat, hoc eſt, ſuæ culpæ excuſationem non quærat, quoniam à Deo tentatur, excuſabit ad

Carnalium excuſationes.

hunc modum culpam: Fateor, lapſus ſum, fidem & CHRISTVM in aduerſis negaui, terrena magis quàm cœleſtia ſum ſectatus: ſed hæc culpa non mea ſed Dei eſt. Quare me tentauit? Aut ſi omnino me tentare uoluit, cur non dedit mihi uires & facultatem aduerſa uincendi? Adeò malunt carnales Deum arguere iniuſtitiæ, quàm morbum ſuum agnoſcentes, ſalutaris medelæ remedia per Chriſtum conſequi. Sed hinc faceſſat caro, & ſpiritales ſpiritalia amplexemur. Agnoſcamus nos peccatores, & peccati autores: non autem Deum dicamus ad malum nos excitare: ſed hunc adoremus, & à malo liberatorem fide uiua amplexemur.

Deus enim intentator malorum eſt: ipſe autem neminem ten-

Deus intentator malorum.

tat. *À natura Dei argumentatur aduerſus huiuſmodi blaſphemos nebulones, qui culpam ſuam in Deum reijciunt. Deus intentator malorum eſt: Quaſi dicat, Deus ſuapte natura bonus eſt, & malorum inexpertus, ergo malus eſſe non poteſt: Fit igitur, ut neminem tentet, id eſt, neminem ad malum ſolicitet.*

Vnuſquiſque uerò tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. *Cùm à Deo non ſit culpa, Cui ergo imputauimus peccatum noſtrum? aiunt carnales. Reſpondet Apoſtolus: Vnuſquiſque dum tentatur, id eſt, ad malum & peccatum ſolicitatur, abſtractus & illectus eſt, id eſt, ineſcatur à ſua, id eſt, propria concupiſcentia, id eſt, ex ſeminario illo peccati, ſiue à procliuitate illa ad peccandum nobis inſita, & agnata ex primorum parentum uitio.*

Obſerua, cùm dicit, à ſua, id eſt, à propria. Eſt peccatum propriè noſtrum, quod ſuggeſtione diaboli enatum eſt. Nunc uerò eadem illa fouetur augeſcitq́; in dies apud homines corruptos. Huc pertinet quod Chriſtus de Satana loquutus, ait Ioann. 8. Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius: id eſt, mendacij pater. Reijce ergo culpam in teipſum, qui adhæres ſuggeſtioni, & tentatori te ad malum inuitanti. Deus fons eſt & origo bonorum omnium. Ab illo malum ſcaturire non poteſt. In quem ſi fide uiua proſpexeris, omnem tuam culpam abſumes, te tui peccati autorem cognoſces, & Deum ut patrem miſericordiæ adorabis, qui te è cœno peccati & morte in puritatem & uitam euocauit.

Deinde concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum uerò cùm conſummatum fuerit, generat mortem.

Concupiſcētia parit peccatū.

Peruenuſta eſt metaphora à conceptione, partu, & effectibus hominis tracta. Vbi concupiſcentia cœpit, nititurq́; facere malum diutulè in corde conceptum, producit tandem ac emittit fœtum, ueluti mulier fœta gignit: qui quidem fœtus à concupiſcentia ortum accipiens, conſenſu libero perficitur, & opere tandem ſeſe prodit. Itaque operatio illa interna, ſiue peccatum illud per conſenſum in concupiſcentiam & ſuggeſtionem, effundit ſe tandem in opus ipſum, & opere complet homo, quod animo prius conceperat mali. Deinde quum concupiſcentia conceperit, id eſt, conſenſum ad

ſam ad ſe traxerit & perduxerit, parit peccatum, id eſt, reum agit. Nam conſentiente uoluntate ipſi illicito & prohibito, peccatum eſt. Peccatum uerò quum conſummatum fuerit, id eſt, plenè deliberatum, & ex integro ipſi concupiſcentiæ conſenſerit ipſa uoluntas, ſiue in actum externum exierit, ſiue non, generat mortem, hoc eſt mortale eſt. Ezechiel. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Matthæi 5. ca. dicebat Chriſtus: Ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Primò itaque concupiſcentia oritur titillans ad malum, huic ſtatim quædam delectatio adnectitur, qua ad malum ineſcatur homo. Tandem concupiſcentiæ & delectationi conſenſus ille uoluntatis deliberatus (ut ita dicam) adhæret, & mortale eſt peccatum, deducens ad pœnam & damnationem æternam.

Nolite itaque errare fratres mei dilectiſsimi. Itaque ò fratres mei dilectiſſimi, nolite errare, nolite in eum errorem incidere, quem nebulones illi ſibi perſuaſerunt, qui dum ſe à peccato excuſant, omnem culpam in Deum reijciunt. Errant peſſimè, Cùm ex nobis & concupiſcentijs noſtris oriatur malum, & non à Deo, qui ſuapte natura bonus eſt.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt. Perornata antitheſi docet, quàm uehementer errant, qui culpam ſuam in Deum, ut illius autorem, reijciunt. Priorem partem antitheſis paulò ante poſuit, qua docuit, malum omne à nobis eſſe. Nunc uerò altera antitheſeos parte docet, Deum omnium bonorum fontem eſſe, ab eoq; nil niſi bonum: Atque ſi quid boni in nobis eſt, non à nobis (qui in peccatis concepti, nati ſimus filij iræ) ſed à Deo eſſe, neceſſe eſt agnoſcamus. Omne datum: id eſt, donatio, ſiue omne quod acceperimus, boni rationem habens, & omne quod ad perfectionem euehit: Deſurſum eſt, id eſt, è ſupernis, & à Deo eſt: Deſcendens à patre luminum, id eſt, ab eo, qui lux eſt, & tenebræ eſſe non po teſt. Omne ergo quod acceperimus, ſiue exterum, ſiue internũ bonum, uelut ſunt uita, ſapientia, fortitudo, forma, eruditio, ſanitas, prophetia, diuitiæ, remiſſio peccatorum, adoptio in filios Dei, & quòd malis reſiſtere poſſumus. Omnis inquam perfecta & ſancta donatio eſt à Deo, liberalitas eſt uerius, quàm merces: dona ſunt uerius, quàm præmia. Quicquid ergo boni & ſalutis in nobis eſt, id totum diuinæ bonitati acceptum feremus, ſi ſapimus, & Deo grati eſſe uolumus. Videtur hæc oratio, Omne datum optimum, &c. enallagen, id eſt, immutationem, & Hebraiſmum ſapere. Omne datum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum: pro hac oratione, Quicquid à Deo eſt, aut deſurſum, ſeu de ſupernis uenit, bonum ſit neceſſe eſt, tam abeſt, ut quidquam mali à Deo ſit. Nihil ergo mali Deo adſcribendum eſt. Huc pertinet, quod ſcribitur Ioan. 3. Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cœlo. Et quod Paulus, Quid habes, quod non accepiſti?

Culpa in Deũ reijcienda non eſt.

Deus omnium bonorũ fons.

Enallage.

Deſcendens à patre luminum. Patrem luminum iuxta dialecton Hebraicam dixit, pro autore lucis, aut pro ſumma luce, quòd omnes illuminat, ſiue quo uerſi ſumus in tenebris, & denſiſſimo errore. Ab illo, quicquid lucis eſt in cœlo & terra, profluit. Eſt ergo pater luminum Deus, Pater, Filius & Spiritus ſanctus: non tria lumina, ſed unum lumen. Ipſe Pater lumen ingenitum, Verbum lumen unigenitum, & Spiritus ſanctus à Patre & Filio eſt procedens: lumen illuminans corda noſtra ad amandum IESVM Chriſtum, cuius gratia & beneficio redempti, & renati ſumus.

Pater luminũ.

Apud

Apud quem non eſt tranſmutatio, nec uiciſsitudinis obumbratio. *Aliam rationem à natura Dei petitam adducit. Deus ſui ſimilimus eſt, æternus & immutabilis eſt, non conuertitur aut mutatur ueluti quidam Vertumnus, aut Protheus: ut qui fuerit pater luminum, mox fiat pater tenebrarum: qualiter Sol aut luna obumbrautur, & ſuam habent uiciſſitudinem, iam lucida & clara, mox nubila & caliginoſa. In Deum uerò æternum & puriſſimum Solem, nihil obumbrationis cadit, ſemper lucidus, ſemper manet idem, ſemper puriſſima lux: non tranſmutatur, nec aliam ſubinde induit perſonam: ſicut de ſe in Propheta teſtatur Malach. 3. Ego Dominus, & non mutor. Et Pſal. 101. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Obſerua clauſulam iuxta dialecton Hebraicam, nec uiciſſitudinis, ſeu ſucceſſionis & conuerſionis obumbratio, pro, obumbratione ſuas habente uices. Quaſi dicat, Apud Deum nulla eſt tranſmutatio, aut conuerſio, qualis eſt in umbra, & re umbratili, aut deumbrata: ubi fallacia quædam rei ſimulachra adumbrantur, non res ſolidæ exprimuntur. Quid umbra inanius, fugacius, inconſtantius? In rebus creatis mutabilitas uaria, umbræ, tenebræ, & crebra uiciſſitudo. At Deum nullæ tenebræ intercipiunt, lucem habitat inacceſſibilem. Numeri 23. Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur: nec ut filius hominis, ut mutetur.*

Deus immutabilis.

Voluntariè enim genuit nos uerbo ueritatis, ut ſimus initium aliquod creaturæ eius. *Hac propoſitione, qua propinat nobis guſtum diuinæ bonitatis Apoſtolus, euertit errorem eorum, qui Deum culpæ & mali autorem faciebant. Omnium rerum opifex uoluntariè, id eſt, iuxta ſuam deſtinatam uoluntatem, & conſilium ſuum æternum, genuit, id eſt, creauit nos, uerbo ueritatis, id eſt, uerbo ſuo, dicens, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Aut, Cùm genuiſſet nos Adam morti, ſerpentis enim perſuaſione & fallacijs occæcatus uitam amiſit, & nos tenebris obnoxios genuit. Sed Deus noſtræ calamitatis miſertus, non coactè, ſed uoluntariè, id eſt, ſua ſponte, propenſione ſui animi, iuxta ſuam uoluntatem, non autem noſtrum meritum nos genuit, imò regenuit uerbo ueritatis, id eſt, per filium ſuum uerbum æternum, per quod omnia creata ſunt. Aut uerbo ueritatis, id eſt, Euangelio, per quod credentes in filium Dei naſcimur, ſumus'que filij Dei. Ad hunc modum, 1. Corinth. quarto dicebat Paulus, Per Euangelium ego uos genui. Et ad Galatas 4. Filioli mei, quos iterum parturio. Per uerbum ergo Domini regeneramur, qui male eramus geniti ex carne & ſanguine. Rogabis, Ad quid ſumus progeniti? Reſpondet Apoſtolus, Vt ſimus initium aliquod creaturæ eius. Quaſi dicat, Optimus opifex & pater, qui neminem tentat, neminem ad peccatum ſolicitat, omnibus ne impingant lucem præbet, ægris medetur, læſas conſcientias ſanat, à morte æterna eripit, nos per prædicatorem, & fidem Euangelij, regenuit, non tantum ut eſſemus creatura eius, ſed ut eſſemus initium aliquod, id eſt, primitiæ creaturæ eius, ſeu, ut eſſemus omnium creaturarum præſtantiſſima. Quaſi intelligat Apoſtolus, nos eſſe cæteris rebus creatis præſtantiores, Quòd olim ſingularum rerum primitiæ offerrentur, hoc eſt, præcipua quæque. Aut, ut eſſemus primitiæ creaturarum, filij Dei, primogeniti electiſſimi, optimi de frugibus, ſanctificati Domino. Omnia enim primogenita ſecundum legem Exodi 13. Numeri 3. Domini ſunt. Vt eſſemus, inquam, quiddam optimum inter ipſius Domini creaturas, &*

Deus genuit nos.

Adam genuit nos morti.

Verbum ueritatis.

Verbo Domini regeneramur.

Homo regenitus ut eſſet creaturarum præſtantiſsima.

Primogenita ſunt Domini.

tales

tales, qui offerantur Deo. Omnes enim ſumus oblati Deo in Chriſto IESV, ſicut
Iſraëlitæ in Leui, tanquàm aliquid optimum in Chriſto facti ſumus primogeniti, filij
Dei, hæredes Dei, cohæredes IESV Chriſti. Ad hæc facit quod Ieremias 3. cap. de
Iſraële dicebat: Sanctus Iſraël domino, primitiæ frugum eius. Magna laus Chriſtia-
norum. Ad hunc modum non audent Angeli ſe nobis conferre: quia uident Chriſtum
per humanam naturam nobis ſimilem factum. Vnde nobis ſeruiunt, Pſal. 99. & Hebr. 1.
cap. Colligamus ex his, homines ſuo malo, non autem à Deo malos eſſe, atque de ſancta
Dei prouidentia reuerenter loquendum. Obiter dixerim, Euangelium ſermonem uera-
cem, ſeu ueritatis dictum, non tam quòd nihil mendacij in ſe habeat, ſed & quòd ueraces
faciat. Ioan. 8. Si uos manſeritis in ſermone meo, uere diſcipuli mei eritis: & cognoſce-
tis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Secundò, Verbum ueritatis dictum eſſe iuxta He-
braiſmum, pro Verbo ueraci: imò pro ipſa ueritate: ut Chriſtus ad patrem inquit Io-
annis 17. Sermo tuus ueritas eſt. Et de ſe, Ego ſum ueritas & uita. Rurſus alibi dicitur,
Verbum uitæ, pro uerbo uitali, & uiuifico. Eſt enim Chriſtus filius Dei, uerbum verita-
tis, & uitæ: id eſt, ueritas, & uita.

Fideles omnes in Chriſto oblati, ut Iſraëlitę in Leui.

Homines ſuo malo, non autē à Deo mali.

Euagelium eſt uerbum ueritatis ſeu uerax.

Chriſtus uerbum ueritatis, & uitæ.

Scitis, fratres mei dilectiſsimi, ſit autem omnis, &c. Poſtquàm do-
cuit quantis beneficijs nos ſua bonitate cumularit Deus, hortatur, monetq; caueamus à
linguæ petulantia & ira fomite impatientiæ: quæ incautum hominem à ſublimæ charita-
tis gradu deijciunt & deturbant. Non eſt quod uos doceam, fratres mei dilectiſsimi, hoc
ſcitis, eſtis in lege docti, nihil horum uos latet, ſed uehemēs amor meus, & ferуēs charitas
in uos, me huc impellit, ut uos adhorter & admoneam. In primis, Omnis homo ſit uelox:
id eſt, impiger & diligēs ad audiendū, id eſt, ad diſcendū. Prius ſe uerum diſcipulū, quàm
magiſtrum agnouerit. Tardus, id eſt, lentus & cūctans ad loquendū, id eſt, docendū. Ac ſi
dicat, Cum quis dicturus eſt, ſit circunſpectus, ne lingua mentē præcurrat, & uerius cor-
nicari quàm dicere uideatur. Nō abs re à Philoſophis dictū eſt, Naturā homini duas au-
res tribuiſſe, & unum os, ut multa audiat, pauca uerò loquatur. hæc linguæ petulātia or-
tum habet ex ignorantia rerum diuinarū. Oportet reuerà de religione & Dei operibus,
prius probè didiciſſe, quàm de illis diſſerere, & docere. Nullus ergo docendi prouinciam
arripiat, non uocatus, non miſſus. Sit item tardus: id eſt, lentus, atque tam tardus, ut nun-
quàm ad iram (quæ rationem præoccupat) perueniat. Aut tardus ad iram, hoc eſt, ſit pa-
tiens & longanimis, ut non quaslibet ob cauſas (ait Beda) ſerenitatem noſtri uultus in
auſteritatem uertamus, ſed certa exiſtente ratione. Iraſcimini enim (ait propheta) & no-
lite peccare. Cauſam ſubiungit: Nam ira uiri, quæ eſt appetitus uindictæ rationem occæ-
cans, iuſtitiam Dei non operatur: hoc eſt, nihil pietatis in homine irato percipi poteſt:
quò hominem ira ſibijpſi eripit, quæ uerè nuncupatur uis & fomes impatientiæ. At ubi
...tus, patiens, & longanimis eſt homo, toto uirtutum choro ornatur. Si Chriſtiani ſu-
mus, non commoto efferueſcimus animo, non indignamur fratribus: ſed condonamus, re-
linquentes diſceptationem, atq; iracundiam. Roma. 12. Non uoſmetipſos defendentes cha-
riſsimi, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim, Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit
Dominus. Vbi ergo iracundia, ibi non eſt iuſtitia Dei. Hæc nos docent diligere inimicos,
non uindicare de male merentibus, bene precari malè precantibus. Obſerua, iuſtitiā Dei
...it, quæ Deo iudicante ſubſiſtit: quæ Deo probatur ac grata eſt.

Ira fomes impatientiæ.

Lingua mētem non pręcurrat.

Natura cur homini duas aures, & unā linguam dederit.

Linguæ petulantia unde oritur.

Ira rationē ne præoccupet.

Ira quid eſt.

Ira fomes eſt impatientiæ.

Iuſtitia Dei.

Propter quod abijcientes omnem immunditiam, & abundan-
tiam malitiæ, in māſuetudine, &c. Eleganti metaphora ab agricolatione pe-
tita hortatur ad munditiem tum mētis, tum corporis. Quemadmodū agricola ſemē ſuum

Agricolę in repurgando agro diligentia.

terræ mandaturus, in primis curat agrum lapidibus, carduis, ſentibus & cæteris id genus repurgari, ut quod ſeminatur felicius creſcat, & uberius matureſcat. Ita cùm geniti ſumus non ex corruptibili ſemine, ſed uerbo ueritatis, neceſſe eſt huic ſemini, naturæq́; diuinæ reſpondeamus. Propter quod abijciẽtes, *ac ſi dicat,* Agite, *deponamus à nobis omnem immunditiam, hoc eſt, omnem infidelitatem, & abundantiam malitiæ : id eſt, uanas, & inanes cogitationes, ſuperfluos & impios de rebus diuinis ſermones, omnem deniq; tum mentis tum corporis ſcoriam, ut mens noſtra illius diuini, & cœleſtis ſeminis: id eſt, uerbi* Euãgelici, *ſit capax.* Quod *ſi in uiſcera & ſulcos animi ſemel iactum & inſitum fuerit, non ſolùm fructum uberrimum & optimum reddet, ſed etiam animas ueſtras conſolari, firmare, & ab omni tempeſtate iræ, & cupiditatum turbine ſeruare, & tãdem beare poterit.* Suſcipite *: id eſt,* recipite *: uerbum, ſupple,* Dei : Inſitum *: id eſt, per regenerationem illam cœleſtem recipiamus uim inſitam pectoribus noſtris.* Euangelium *enim uirtus* Dei *eſt, in ſalutem omni credenti.* Recipiamus *inquam,* in manſuetudine *: id eſt, cum omni manſuetudine, & pace, citra ullam diſceptationem, aut cõtentionem, & iram, audiamus uerbum* Dei, *modeſtè & prudenter ſentientes de operibus* Dei, *& de his ſanctè loquentes, iuſtè quoque uiuentes in hoc ſeculo.* Quod *uerbum in animis noſtris inſitum poteſt ſaluare animas noſtras : id eſt, faciet ne perperam de rebus ſacris ſentiamus, ne impudicè loquamur, nobiſq; plus æquo placeamus philautia ducti :* Sed *ut pie uiuamus, & tandem æternum beatitate fruamur per* Chriſtum *noſtræ ſalutis autorem.*

Semen Euangelicum.

Verbum inſitum.

Status epiſtolę Catholicæ Iacobi.

Eſtote autem factores uerbi, & non auditores tantùm. *Totius epiſtolæ ſtatum paucis perſtringit.* Vt *regnum* Dei *non in ſermone, ſed in uirtute conſiſtit, ait* Paulus 1. Corinth. 4. Ita Chriſtiana *religio non uerborum garritu, ſed charitate, & mandatorum* Dei *obſeruatione conſiſtit.* Eſtote *factores uerbi : id eſt, quod ex doctrina ueritatis didiciſtis, opere pietatis complete.* Neceſſe *eſt diſcipulum* CHRISTI, *præceptoris ſui doctrinam excipere, & ad præſcriptum* Dei *mores formare, totamq́; uitam inſtituere.* Nam *qui* Euangelium *memoria tenent, de* CHRISTO *egregiè diſſerunt, cantillant ſuauiſſimè, alios eruditè docẽt, ſed uim & ſpiritum ipſius* Euangelij *nunquàm delibarunt, nihilq́; præſtant* Euangelio *dignum, ſolo uerbo, non uerbi factis ornantur, hypocritæ, & pſeudochriſtiani ſunt.*

Sacræ literæ attẽtè legãtur.

Fallentes uoſmetipſos. *Alludit ad ſupputatores, & calculis ratiocinantes.* Quemadmodum, *qui calculos, & negotiorum rationes inconſideratè, negligenter, & præcipitanter in ſuis ſupputationibus ductant, falluntur : ita qui leuiter & non attentè, ſed incogitanter ſacras literas legit, uel obiter audit, non attẽdens ſenſum & ſcopum lectionis, & ob id putans ſe ſummam religionis* Chriſtianæ *aſſequutum, fallitur.* Scopus Chriſtianæ *religionis eſt, quæ ex doctrina ueritatis didicimus, opere compleamus.* Qui *ergo ſummam pietatis uerbis & non factis collocant, falſa ſupputatione ſeſe, non* Deum *fallunt.* Totus *hic locus uidetur reſpicere in illud* CHRISTI, Luc. 11. Beati *qui audiunt uerbum* Dei, *& cuſtodiunt illud.* Item Matth. 7. Omnis *ergo qui audit uerba hæc, & facit ea, aſſimilabitur uiro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram.* Rurſus Roma. 2. Non *enim auditores legis iuſti ſunt apud* Deum, *ſed factores legis iuſtificabuntur.* Non *ſunt uerbi effectores, niſi fideles, qui credunt in* IESVM Chriſtum *legis perfectorem.* Incredulus *nunquàm complet legem, etiam quando multis operibus ſimularit legem.* Fucus *eſt, peccatum eſt, hypocriſis eſt, quicquid ex fide non eſt.*

Chriſtianę religionis ſcopus.

Sacra lectio ſpeculo cõparata.

Quia ſi quis auditor eſt uerbi, & non factor, &c. *Peruenuſta ſimilitudine lectionem ſacram ſpeculo comparat, explicans quàm uanum ſit, legiſſe, uel audi-*

uiſſe

uiſſe ſacram lectionem,et nihil cogitaſſe de inſtituendis corrigendis'ue moribus,ad illius lectionis præſcriptum.Obſeruabis iuxta dialecton Hebraicam dicit, Vultum natiuitatis: id eſt,faciem naturalem,natiuam,& germanam,ac minime fucatam. Quemadmodũ homo in ſpeculo cõtemplatur faciem ſuam,ſi quas habet labes,næuos,rugas,& ſordes,denique quid faciei deſit,an lota ſiue impura ſit,conſpicit. Conſiderauit enim ſe,& abijt: id eſt,qui cùm acceſsit ut uideret,qua forma eſſet,nec interim cogitauit,de mutandis formæ uitijs,ille idem & non alius abijt,& ſtatim oblitus eſt,qualis fuerit:hoc eſt,ne memi nit quidem qualem ſe conſpexerit.Ita qui ſe auditorem uerbi Dei ſolum accommodarit, nihil fructus conſequetur:Idem,& non alius,niſi fortaſsis deterior,redibit.Lex Dei,& ſacra lectio,eſt ſpeculum,in quo cognoſcimus peccatũ noſtrum, lapſus noſtros,infirmitatem noſtram & morbum,ac quid dominus requirat à nobis,quid facere , quid fugere debeamus,quæ ſit uoluntas Dei,quis illius erga nos amor. Cùm legem audimus in literã tantùm (quæ occidit) non intẽdamus,ſed introſpiciamus penitius,& in legis medullam penetremus,ubi uera animæ ſagina,& fructus ſuauiſsimus reperitur. Litera autẽ ferit, ſed ſpiritus cordibus inſidet,& uitam immutat ac renouat.Quare ſi quæ in uita audien tium,legentium'ue maculæ ſunt,labes,& ſcelera,ſtatim relucẽt in ſacro ſpeculo,repercutiunturq́; in facie contuentium. Hic niſi cogitauerit de repurgãdis conſcientiæ maculis,inutilis lector,auditor'ue fuit : imò ſtatim atque in auribus uerbum ſonuit,præterijt, & oblitus non modò peccatorum,ſed & omnium,quæ audierat, ut cœpit, perditiſsimè uiuit.Hæc omnia à ſimilitudine, & ſpeculi ratione ſumpta ſunt. Minus nobis notæ ſunt facies noſtræ,quàm alienæ,quòd noſtras in ſpeculo tantùm,alienas autem uerè, & non per repercuſſas imagines uidemus: Minusq́; hærent,quæ in ſpeculo, quàm quæ uerè intuemur.Iſta eſt cauſa, propter quam nobis placentes aliorum notas & uitia uideamus, noſtra uerò uel negligamus , uel diſsimulemus. Nunquam aut rarò in nos ipſos demitti tentamus.Nunquam,qui ſumus,qualesq́; eſſe debeamus,in mentem uenit:ſed qui ſint alij, aut quales eſſe debeant,curamus.Si auditores & factores uerbi fuerimus, quales ſumus ſentiemus,morbos curabimus,& uitam noſtram ad diuini uerbi,& ſacræ lectionis præſcriptum inſtituemus.

Vultus natiuitatis.

Lex Dei eſt ſpeculum.

Litera autem ferit , ſpiritus autẽ cordibus inſidet.

Cur potius aliorum notas, quàm noſtras deprehẽdimus.

Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, &c. Hæc ſententia cum precedẽte antitheſim habet,qua apertius oſtendit, quàm inutile fuerit audire uerbum Dei ſine fructu. Legem perfectæ libertatis Euangelium & ueritatis doctrinam uocat. Quam hic dicit Legem,prius Speculum nuncupauit : non iuxta uim legis, ſed auditorum uarietatem,& imperfectionem.Nam uanè accedenti,legenti, & audiẽti, ſcriptura ſuperficies quædam eſt & ſpeculum: Legenti autem ex animo,& Deum quærenti ſcriptura & uerbum eſt lex perfectionis & libertatis. Euangelium enim aducbit ſecum ſpiritum libertatis,quo liberamur à iugo ſeruitutis,& peccati. Qui ergo nudam legis literam legunt , uel corticem tantùm lingunt , nihil libertatis conſequuntur , ſolùm terrentur,& facilè pereunt. Litera enim occidit. ob id legem & Euangelium auertur. Sed qui ex animo, & purgata mente penitius inſpicit,& in autorem legis fertur, amorem Dei erga ſe cognoſcit,& expendit, in eum totus tendit, & ſpiritum libertatis recipit : quo fretus omnem terrorem excutit,& cum fiducia clamat , Abba pater. Cuius conſcientia libera fit & tranquilla : is uerè liber eſt : quoniam filius Dei, qui eſt ueritas,& lex ſpiritus uitæ,per CHRISTVM Ieſum in quem credit, liberum eum reddidit.Rogabis: À quo ? À Peccato. Roma. 8. Nihil ergo nunc damnationis eſt ijs, qui ſunt in CHRISTO IESV, qui non ſecundũ carnem ambulãt.Rurſus ab ignorantia

Lex perfectæ libertatis.

Scriptura incogitantes legẽti eſt ſuperficies, ſed cogitanter legenti eſt lex perfectæ libertatis.

Euangeliũ comitẽ habet ſpiritum.

Lex ſpiritus uitæ liberat nos à peccato.

rantia & tenebris: CHRISTVS *enim, Ioan. 12. Lux eſt mundi.* A' *Metu cordis: qui*
enim fidit in CHRISTVM, *mortis uictorem habet: quantum conſpirauerit mundus*
contra eum, is nō concidet, intelligēs ſe Deo curæ eſſe, & uitam ſuam in manu Dei eſſe,
è qua maligni opera non eripietur. Nihil ergo fidenti in CHRISTVM *uerendum,*
timēdum'ue eſt ſeruili iſto timore, cùm CHRISTVM *habeat, qui pro nobis mortuus*
eſt, ut ab omni iniquitate nos liberaret. Qui *ergo perſpexerit: id eſt, ex animo uel au-*
dierit, uel legerit: in lege perfectæ libertatis: id eſt, in Euangelio, & doctrina ueritatis,
tanquam ad abſolutam uitæ regulam, & omnium functionum ſuarum directorium. Nec
incipit ſupple, ſolùm pio zelo, ſed etiā permanſerit in ea, hoc eſt, toto ſtudio & cura di-
ligenti perſeuerauerit in obſeruatione eorum, quæ in lege ſancta præſcribūtur: cùm nō
ſit auditor obliuioſus, ſed effector operis: id eſt, quæ audiuit in animum recondit et ope-
re complet, hic beatus in facto ſuo erit, nō quòd audierit, ſed quòd auditum præſtiterit:
id eſt, uerè & ex animo crediderit, fidemq; factis expreſſerit. Non *huc tendunt uerba*
Scopus Iacobi. *noſtri Apoſtoli, quò doceat nos iuſtificari (hoc eſt, remitti nobis peccata noſtra, &*
quòd ex impijs pij efficimur) noſtris meritis, & operibus (hoc enim gratia IESV
CHRISTI *habemus: Nam non ex operibus, ait Paulus ad Titum, quæ fecimus nos,*
ſed ſecūdum ſuam magnam miſericordiam ſaluos nos fecit.) Sed quò intelligamus, quàm
inanis eſt, & uana opinio eorum, qui iactant fidem ſine operibus.

Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, &c. *Exemplo aperit, qui ha-*
Linguæ petulantia. *beāt uanam fidem. Atq; quod familiare eſt Hebræis una & altera ſpecie peccati, utpura*
Cor ſedes affectuum. *petulantia linguæ, quæ ex uago & inſtabili corde naſcitur, omnia alia comprehēdit ui-*
tia. In lingua enim & corde (quod eſt affectuum ſedes) inhærere ſolent peccata & o-
mnia, & maxima. Qui *petulantem habent linguam, & eandem non frænant, ſtatim de*
Deo irreuerenter loquuntur, de fide, religione, & cæteris ad pietatem facientibus. Satis
eſt his, ſi dicāt ſe credere, utcunq; interim impurè uiuant. Hypocritæ ſunt, uagum & in-
ſtabile cor habētes, Deum & timorē eius expectorantes, ſeu magna & ardua de Deo
& eius religione iactantes, ſeſe totos interim affectibus ſuis & concupiſcentijs tradunt.
Religioſus. *Si quis putat ſe eſſe religioſum: id eſt, timentem Deum, cultorem Dei, fidelem, Chri-*
ſtianum: Non refrænans linguam ſuam: id eſt, non ſibi temperat à conuicijs, obtrecta-
tionibus, & turpiloquijs: Sed ſeducens cor ſuum: id eſt, aberrare ſinens, ut etiam in
quæuis uitia prorumpat: huius uana eſt religio: id eſt, cultus huius eſt ingratus, & non
acceptus coram Deo, qui mauult miſericordiam, quàm ſacrificium, & recōciliationem,
quàm oblationem, Oſeæ 6. Matth. 5. Pſal. 33. Prohibe linguam tuam à malo, & labia
tua ne loquantur dolum. Hic locus auerſatur indoctos, qui neglecto uerbo Dei, dum ſua
ſequuntur ſomnia, non docent, cùm docere nituntur, ſed ſeducunt, & ſuis impoſturis au-
ditores fallunt. De his mentionem facit Hieremias cap. 23. Non mittebam eos, & ipſi
currebant.

Religio multiplex. Religio munda, & immaculata apud Deum, &c. *Eſt quædam reli-*
gio hypocritica, quæ ſolo uerborum ſonitu cōflatur, nihil charitatis in ſe habens. Eſt &
alia munda: id eſt, pura, & immaculata religio, grata & accepta apud Deum, &, pro
id eſt, patrem, qua filij ſe Deo patri adprobare ſtudent. Atque ut paulò antè ſub uno ui-
tio cætera omnia comprehendit, ita hic ſub una ſpecie bonorum operum reliqua chari-
tatis opera complectitur. Vera religio Deo acceptiſſima maxime conſiſtit in miſericor-
dia ſiue charitate: in innocentia, ſiue cuſtodia puræ uitæ. Religio munda & immaculata
apud Deum & patrem: id eſt, gratiſſimus Deo cultus, & qui locum habet apud Deum,
eſt

eſt Viſitare pupillos: id eſt, orphanos, & uiduas in tribulatione eorum. Per Pupillos & Viduas intelligit omnes auxilio, et cõſilio deſtitutos, quibus noſtra opera prodeſſe poſſumus. Et immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo, id eſt, abnegare ſeſe, & omnibus, quæ hic mundus habet, renuntiare, & accepta in humeros cruce, Chriſtum ſequi. Per Seculũ intelligit Mundum, ſeu omnia, quæ ſunt in mundo, ut ſunt concupiſcentia carnis & oculorum, &c. 1. Ioan. 2. De his egregiè diſputauit Beatus Auguſtinus libro ad Bonifacium contra duas Pelagianorũ epiſtolas, 3. cap. 5. Sancti fideles in Mundo ſunt, ſed de Mundo non ſunt, Ioan. 15. & 17. Vtunturq; hoc Mundo tanquam non utentes. 1. Corinth. 7. Id eſt, non hærent rebus huius Mundi, non fidunt terrenis, caducis, & momentaneis, ne inquinentur ceu reliquus Mundus, qui totus eſt in malo conſtitutus. 1. Ioã. 5. Vnde idẽ, Ne diligamus Mundum, neque ea, quæ in Mundo ſunt. 1. Ioan. 2. Sed exeamus ad Chriſtum extra caſtra, opprobrium eius portantes. Hebræorum 13.

Pupilli. Viduæ. Seculum. Sancti in mundo, non ſunt de mundo.

CONCILIATIO.

IN SPECIEM pugnare uidentur hi loci Geneſ. 22. cap. Tentauit Deus Abraham: Et hic, Deus neminem tentat.

RESPONDEO, Duas in Scripturis reperiri tentationes: Alterã quæ eſt probatio, alteram quæ ad malum ſolicitat. Iuxta eam, quæ probat, tentauit Deus Abraham: id eſt, Deus experimentum ſumere uoluit de fide Abrahæ: non quòd ignoraret, ſed quòd omnibus hominibus documentum præbere uoluit, quàm fuerit Abraham Deo obſequentiſsimus. Ad hunc modum dicebat Moyſes, Deut. 13. Tentat nos dominus Deus ueſter: id eſt, probat. Non autem ad malum impellit, & ſolicitat. Idq; eſt, quod noſter Apoſtolus dicit, Deus neminem tentat: hoc eſt, Quemadmodum Deus neque in mala labitur, neque propellitur, ita neminem in malum propellit, ſed magis ut probet, & ſeruet: Sicut mortificat, non ut pereamus, ſed ut uiuificemur. Diabolus autem tentat, id eſt, ad malum impellit, & ſolicitat, ut decipiat, & perdat.

Tentatio duplex. Deus mortificat ut uiuificet.

QVID HIC uult nos uarijs agitatos tentationibus gaudere Iacobus, cùm Chriſtus abſolutum patientiæ exemplar, in afflictionibus triſtis fuerit, atq; in cruce clamauerit, Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me? Nihil hîc gaudij uidetur eſſe. RESPONDEO, Gloriantur, & gaudent ſancti iuxta rationem in afflictionibus, quas ſenſus & caro fugiunt. Vide primam Conciliationem, quam in 5. cap. ad Roma. ſcripſimus.

DICTIO.

IACOBVS, tetraſyllabum penultimam producit. Claudianus, Quid laceras uerſus Dux Iacobe meos? Hic fuit Hieroſolymitarum Epiſcopus. Dicitur Iacobus Alphæi, ... baudi filius, ait Auguſtinus libro primo loquutionis de Geneſi, Frater domini ex co... latione Mariæ matris Domini nuncupatus. Legito præfationem Hieronymi in hanc ... piſtolam.

Iacobus Alphæi, & frater domini.

GRAECI in capite epiſtolarum χαίρειν, id eſt, gaudere, collocant: qua dictione ... tant ut animus lætitia fruatur, utcunq; externa infeliciter cadant. Latini ſalutare aut ... utem interpretantur.

χαίρειν.

LEX generali uocabulo (cùm hic dicitur, ſi permanſerit in lege) uidetur accipi ... omni ſcilicet doctrina, per quam Deus hominem docet. Thora Lex enim Hebræis à ... endo, dirigendo, & inſtruendo nomen habet.

Lex.

VISITANDI uerbum, iuxta Hebræorum morem, in bonam partem accipitur, ... pe pro Conſulere, Iuuare, Aſſerere. Quia uiſitauit, & fecit redemptionẽ plebis ſuæ. ... uãdo in malã ſumitur partem. ſignificatq; Punire, Caſtigare, Vindicare. Exod. 32.

Viſitare.

Viſitatio impiorum

Ego autem in die ultionis uiſitabo & hoc peccatum. Vnde uiſitatio impiorum, in ſacris, dicitur eorum iudicium.

Inſerere.

I N S I T V M *ab inſero, inſeui, inſitum, quod de arbore dicitur, quando ſcilicet ſciſſo trunco, ſurculus fœcundæ arboris inſeritur in ſterili: ſiue quum oculus unius arboris alteri adhibetur, quod quidam inoculationem uocant: uel quando ſeminatur, uel quando plantatur. Per metaphoram, uerbum Dei, quod eſt ſurculus fœcundæ arboris, inſeritur in corde noſtro, quod reuera ſuapte natura ſterile eſt.*

Inoculatio. Cor noſtrum ſterile.

Refrænare.

R E F R A E N A R E *coërcere eſt, atq; cohibere, & quaſi retrahere, cōpeſcere.*

Reſpectus perſonarum non habendus. CAP. II.

Leuit. 19.c Deut. 1.c. 16.d Prouerb. 24.c Eccl. 42. a

FRatres mei, nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri IESV Chriſti gloriæ. Etenim ſi introierit in cōuentum ueſtrum uir aureum annulum habens, in ueſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt ueſte præclara, & dixeritis ei, Tu ſede hic bene: pauperi autem dicatis, Tu ſta illhic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: non'ne iudicatis apud uoſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationū iniquarum? Audite fratres mei dilectiſſimi: Non'ne Deus elegit pauperes in hoc Mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligētibus ſe? Vos autem exhonoraſtis pauperem. Non'ne diuites per potētiam opprimunt uos, & ipſi trahunt uos ad iudicia: Non'ne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod inuocatum eſt ſuper uos? Si tamen legē perficitis regalem ſecundum ſcripturas, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: bene facitis. Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi trāſgreſſores. Quicunq; autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno: factus eſt omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit &, Non occides. Quòd ſi non mœchaberis, occides autem: factus es tranſgreſſor legis. Sic loquimini, & ſic facite ſicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudiciū enim ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. Superexultat autem miſericordia iudicium. Quid proderit fratres mei, ſi fidē dicat quis ſe habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigeant uictu quotidiano, dicat autem aliquis ex uobis, illis, Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis, quæ neceſſaria ſunt corpori: quid

proderit

Left margin: Pauperes. Diuites. Leuit. 19.d Matth. 22.d Marc. 12.c Roma. 13.c Galat. 5.c Lex tota implenda. Miſericordia. Fides ſine operibus nō eſt fides. 1. Ioan. 3.c

Right margin:

Cum ſitis Chriſtiani, ne habeatis perſonarum delectum.

Gloriæ] uel glorioſi.

Sub ſcabello] uel, iuxta ſcabellum.

Nōnne iudicatis] uel nōnne iudicati eſtis in &c. aut nōnne delectum perſonarū habetis.

Exhonoraſtis] contemptui habuiſtis.

Et ipſi] &, pronam.

Iudicia] tribunalia.

Blaſphemant bonum nomē] male loquūtur de bono nomine, ſeu de religione Chriſtiana.

Redarguti] & redarguimini.

Incipientes iudicari] iudicādi.

Superexultat autē miſericordia iudiciū] Id eſt, gloriaſ miſericordia aduerſus iudiciū.

Calefacimini] calefcite.

In ſemetipſa] per ſe & ſola.

proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Sed dicet quis, Tu fidem habes, & ego opera habeo: oſtende mihi fidem tuam ſine operibus: & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meã. Tu credis, quòd unus eſt Deus. Bene facis. & dæmones credunt & contremiſcunt. Vis autẽ ſcire ô homo inanis, quoniã fides ſine operibus otioſa eſt? Abraham pater noſter non'ne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniã fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides cõſummata eſt? Et ſuppleta eſt ſcriptura dicẽs, Credidit Abraham Deo, et reputatũ eſt illi ad iuſtitiã, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis quoniã ex operibus iuſtificatur homo: & non ex fide tãtum? Similiter & Rahab meretrix, non'ne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuntios, & alia uia eijciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides ſine operibus mortua eſt.

Dæmones credunt Deum.

Otioſa] inefficax.

Abrahæ opera per fidem. Geneſ. 22. b

Suppleta] impleta.

Geneſ. 15. b Roma. 4. a Galat. 3. a

Rahab opera per fidem. Ioſue 2. a

Fratres mei, nolite in perſonarum acceptione, &c. *Videtur hæc clauſula dici per antitheſim cum fine præcedentis capitis. Nam quum dixiſſet, ueram religionem conſiſtere in miſericordia & cuſtodia innocentiæ: Nunc oſtendit, non eſſe ueram religionem, ſi perſonam accipimus, ſi ſpretis pauperibus, potentes Mundi in pretio habeamus. Vanitatem ſui & noſtri ſeculi redarguit Apoſtolus. Non pauci erant (quales & hodie ſunt multi) qui fidem iactabant, & de Chriſti doctrina magnifica dicebant, nullam interim proximorum rationẽ habentes, imò neglecta charitate, & ſpreta in pauperes beneficentia, diuites, & Mundi potentes (à quibus uel lucelli, uel gloriæ aliquid expectare licebat) magnificabant, & magnipendebant. Aduerſus hos hypocritas, imò ueros palpones, diſſerit noſter Apoſtolus. Fratres mei. Auditorum beneuolentiã bis uer-bis ſibi conciliat. Vox blanda & ſuauis eſt. Nolite habere fidem Domini noſtri IESV Chriſti: id eſt, non putetis uos habere fidem domini: id eſt, ueram religionem, & pieta-em Chriſtianam in perſonarum acceptione: hoc eſt, Nolite attendere & reſpicere per-ſonarum titulos & qualitates, nihil ad id, quod exercere debetis, ſpectantes: hoc eſt, No-te reſpicere iuxta ueſtram exiſtimationem carnalẽ, qua potius corporis, quàm animi, do-s intuimini. Si Canonicatum, Curionatum, aut Præfecturam aliquam in Chriſti Eccleſia -llaturus es, cõfer: nõ quia frater, aut cõſanguineus, aut diues, ſtemmatisq; clarus eſt: Sed -ia ſtudioſus, pius, & multis animi dotibus ornatus. Nõ quòd uelim fratris, aut conſan-guinei titulũ, modò adſint uirtutes, impedimẽto eſſe, ne fratri conferas: adiutabunt potius -cũſtãtiæ illæ, quã obſint. At ſi diuites in pretio habes, neglectis his, quibus res anguſta -mi eſt, quos tantopere Chriſtus commendauit: perſonã accipis, & fidẽ Domini non ha-.Fides enim, uera religio eſt: Religio docet charitatẽ & miſericordiam: Ergo ſi fidem -mini IESV habetis (qui doctrina & exemplo uitæ, miſericordiam commendauit) non -rtet uitã iſtam agatis, qua fidem cõmendantes, charitatẽ & munificentiam in paupe-interim negligitis. Dictũ eſt, Domini noſtri IESV Chriſti gloriæ, iuxta Hebraiſmũ: -t, IESV Chriſti glorioſi. Vt Hebr. 1. Splẽdor gloriæ: id eſt, ſplẽdor gloria, ſeu ſplẽ-glorioſus. Eſt certè IESVS Chriſtus dominus & rex gloriæ, potens & glorioſus.*

Perſonarũ acceptio fugienda.

Chriſtus gloriæ.

Etenim ſi introierit in conuentum ueſtrum uir aureum annullum habens, &c. *Elegans paradigma, quo exponit & explicat, quid ſit illa perſonarum acceptio, quam damnat. Primo loco receptionem perſonarum ponit. Secundo illam duriter profligat. Si quiſpiam introierit in conuentum ueſtrum, id eſt, in congregationem. Videtur Apoſtolus intelligere locum ubi publica exercentur officia, & Chriſtiana quidem, ut publica Euangelij annuntiatio, aut quum pro tribunali ſedent iudices, & huiuſmodi, ubi publicæ fiunt functiones. Habens aureum annulum: hoc eſt, aureo inſignitus annulo, aut torque. In ueſte candida: id eſt, ſplendida: hoc eſt, holoſericatus eſt. Olim magnificum erat ac regale candidis amiciri. Ingenui homines, & qui multis animi dotibus præſtantes erant, annulis, ueluti uirtutum, & rerum præclarè geſtarum inſignibus, ornabantur. Vnde merita & honores in Republica iuxta ſolidam uirtutem & res bene geſtas decernebantur, non autē ſecundum diuitias, fortunam, aut ſplendorem. Quod ſi hodie obſeruatum uideremus, multò melius tum publicis tum priuatis rebus conſultum foret. Introierit autem & pauper in ſordido habitu, id eſt, non purpura, ſed uili ueſte tectus: & intendatis in eum, qui indutus eſt ueſte præclara: id eſt, eum geniculatione purpurato & holoſericato aſſurgatis, dicentes, Tu ſede hîc bene: id eſt, honoratiorem locum ipſi immerito deſtratis: Pauperi autem, ueluti contempto, dicatis, Tu ſta hîc, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum. Nec ob aliud, huic nihil honoris defertis, niſi quòd pauper eſt, & tenui ueſte tectus. Hæc indicant receptionis perſonarum modum & rationem. Audiamus nunc quàm durè hos Palpones arguit Apoſtolus. Non'ne, ſupple, dum hæc facitis, iudicatis apud uoſmetipſos: id eſt, apud uos uicti eſtis, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum: id eſt, an non ſtatim animus ueſter & conſcientia ueſtra uos condemnat, & reclamat hoc factum ueſtrum, qui adulamini auro, purpuræ, diuitibus & holoſericatis, non tribuentes honorem debitum uirtuti, & ſtudioſis uiris, qui fide, ſynceritate, moleſtia, & cæteris animi dotibus commendantur? Iudicatis ſolùm ſecundum ueſtes, non autem uirtutes. Quid, rogo uos, ueſtes ad iuſtitiam faciendam, Rempublicam regendam, & ad alia uirtutum munia exercenda faciunt? Nihil certè. Abſit ergo apud fideles uiros, ſiue in priuatis, ſiue in publicis negotijs, perſonarum acceptio.*

Locus publicæ functionis.

Candidis ueſtiri regale erat.

Annulus inſigne uirtutis.

Honorum partitio iuxta merita.

Non'ne Deus elegit pauperes in hoc Mundo, &c. *Perſonarum acceptionem diſſuadere proſequitur, argumento à perſona pauperis & diuitis ſumpto. Audite fratres mei dilectiſſimi: Non'ne Deus elegit pauperes: id eſt, non'ne Deus amat pauperes: aut, non'ne pauperes Deo grati ſunt? Certam notam addit, qua facilius agnoſcamus de quibus loquitur pauperibus. Pauperes in Mundo, id eſt, pauperes ſpiritu, ſeu ſpiritales & humiles, quorum tenuis eſt fortuna, & quibus res anguſta domi eſt, qui præ Chriſto Mundum, & omnia Mundi contemnunt, quibus crucifixus eſt Mundus, & ipſi Mundo. Sed hi pauperes, ſunt diuites, non auro, aut argento, ſed in fide, ſupple uiua, qua iuſtificati ſunt, & filij Dei uocati: filij ſunt Dei, ergo hæredes regni, quod regnū Deus promiſit, non otioſis, ſed diligentibus ſe: id eſt, ijs, à quibus fuerit dilectus: hoc eſt, credentibus in Deum, in nouitate uitæ ambulantibus, & perſeuerantibus. Vide quàm nihil ſit Deo acceptum, niſi adſit dilectio & charitas. His opponit Iacôbus quod ſequitur, Vos autem exhonoraſtis pauperem: id eſt, contemptui habuiſtis, & ignominia affeciſtis pauperem, quem Deus amat, uetuitq; in lege, ne reſpectum & acceptionem perſonarum haberemus, Leuit. 19. Nec conſideres perſonam pauperis, nec honores uultum potentis. Hos dum contemnitis, & Deum contemnitis. Nam amicorum communia ſunt omnia. Deus & pauperes amici ſunt: ergo neceſſe eſt iniurias communes eſſe. Saulo per-*

Pauperes in mundo, ſunt diuites.

Afflictiones cõmunes ſunt Chriſto & pauperibus.

ſequenti

ſequenti Eccleſiam, dixit Chriſtus, ſe à Saulo perſequutum. Rurſus Matth. 25. Amen
dico uobis, quandiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

Non'ne diuites per potentiam opprimunt uos; &c. *Dixerat pau-*
peres ſpiritu diuites eſſe in Chriſto. Nunc alios quoſdam Mundi diuites cum certis no-
tis, quibus cognoſci poterunt, deſcribit. Hi opprimunt uos per potentiam: id eſt, ij in Diuites mūdi.
uos tyrannidem exercent. Opprimunt uos rapinis, uſuris, militibus: & trahunt uos ad
iudicia: hoc eſt, propter religionem uos accuſant, aut propter debita ad tribunalia uos
pertrahunt, abutunturq́; ſuo magiſtratu & poteſtate in ueſtrum malum.

Non'ne ipſi blaſphemāt bonum nomen, &c. *Non'ne ipſi tyranni di-*
uites blaſphemant: id eſt, criminantur & calumniantur uos: & repugnantes Euan-
gelicæ ueritati abominantur, & blaſphemant bonum nomen: id eſt, religionem Chriſti-
anam: Quod inuocatum eſt ſuper uos: id eſt, de quo nomine, ſiuè de qua religione Chri-
ſtiana uos appellationem traxiſtis, & nomen adepti eſtis, ut dicamini Chriſtiani. Hæc
loquutio, Inuocatum eſt nomen tuum ſuper nos, pro, Nomine tuo uocabimur, aut ſimi-
li, frequens eſt in ſacris iuxta idiotiſmum uulgarem Hebræorum. Quemadmodum Ge- Inuocare nomē ſuper nos, eſt uocari, & nominari.
neſis 48. Iacob benedicens filijs Ioſeph, inquit, Inuocetur ſuper uos nomen meum: id
eſt, nomine meo uocentur, Vt dicantur filij Iſraël, filij Abrahæ, filij Iſaac. Item Iſaiæ 4.
Apprehendent ſeptem mulieres uirum unum in die illa, dicentes, Panem noſtrum com-
edemus, ueſtimentis noſtris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper
nos: hoc eſt, ſit nobis à te appellatio, ut uxores tuæ dicamur, & tu maritus noſter.
Ieremiæ 15. Inuocatum eſt nomen tuum ſuper me domine Deus exercituum. hoc eſt,
ſum & uocor propheta Domini. 2. Reg. 6. Reduxit Dauid arcam, ſuper quam inuoca-
tum eſt nomen Domini: id eſt, quæ uocata eſt nomine Domini. Sic Ieremi. 34. Domus, in
qua inuocatum eſt nomen meum ſuper eam: id eſt, quæ dedicata eſt nomini Domini. Cre-
berrimæ ſunt iſtiuſmodi loquutiones in Prophetis. Ita noſter Apoſtolus dicit, Inuoca-
tum eſt bonum nomen ſuper uos: id eſt, Chriſtiani à Chriſto, quem inuocatis, dicimini.

Si tamen legem perficitis regalem, &c. *Occupatio eſt. Inſtitutum ſuum*
quòd non ſit perſonarum acceptio, clarius explicat, argumento ab autoritate & gra-
uitate præcepti diuini, ſumpto. Dicent aliqui, Quum adeo demittas diuites, non lice-
bit nobis impendere illis honorem. Huic obiecto peruenuſta antitheſi ſatisfacit noſter Honor quibus deferendus.
Apoſtolus. Si perficitis (ait) legem regalem, ſeu regiam: id eſt, præceptum de charitate,
ſecundum ſcripturas, id eſt, iuxta legem & Prophetas, aut, ſicut Lex dicit, Diliges pro-
ximum tuum ſicut teipſum: bene facitis. Ac ſi diceret, Si etiam diuites honoratis, ſan-
ctè facitis, modò id fiat iuxta regulam charitatis. Si autem accipitis perſonam: id eſt,
reſpectum habetis ad ea quæ non ueniunt attendenda, cùm deferendus eſt honos, Vt
quia diues eſt, holoſericatus, aut huiuſmodi, hunc reueremini, peccatum operamini: id
eſt, peccatis. Nam redarguti: id eſt, accuſati eſtis à lege prohibente Leuit. 19. & Deut.
1. acceptionem perſonarum. Et à lege iubente, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.
Hæc particula ſicut, proportionem denotat. Diliges proximum tuum in officio, in digni- Sicut particula, proportiones ſignat.
tate, in priuilegio ſuo, ſicut teipſum in gradu, dignitate & priuilegio. Redarguti à le- Diligere ſicut ſeipſum qualiter intelligitur
ge eſtis, ueluti tranſgreſſores legis, quæ erit ueſter iudex, & condemnabit uos. Ioan. 5. Lex iudex eſt.
Nolite putare quia ego accuſaturus ſum uos apud patrem: Eſt qui accuſat uos, Moy-
ſes, in quo uos ſperatis. Non ergo prohibet deferendum eſſe honorem parentibus, maio-
ribus, prudentibus, in potentia & dignitate conſtitutis, modò non externa, ſed Deum
& dona eius in ipſis conſiderauerimus, propter quæ honorem deferimus. Rogabis,

Lex regia.

Quid uocat legem regalem ſeu regiam? Reſpondeo, Præceptum Charitatis. Charitas enim ueluti corona, adeoq́; omnium uirtutum regina eſt, omnium mandatorum eſt ſumma. Imò Paulus Roma. 13. Omnia præcepta in Charitate ſummatim comprehendit, & in uno omnia compleri ait. Chriſtus mandatum de dilectione maximum & ſummum pronunciat, utpote in quo & leges & Prophetæ omnes pendeant. Atque ut rex regnum ſuum comprehendit, ita & uirtutum uniuerſitatem charitas complectitur, auget, perficit & conſummat. Rurſus ſi quæſieris, Quid eſt, regiam illam legem perficere? Reſpondeo, Eſt ex fide per Charitatem operante, eam adimplere. hoc eſt, Deum & proximum diligere. At cùm fides non tam externa curet, quin potius legem uiuam penitius, & uſque ad ſpiritum legis penetret, Deum ut ſcopum in omnibus attendens: hoc habet, ut hac legem illam regiam impleamus. Sed ſi externa reſpexerimus per Charitatem non operantes, perſonam accipimus, & reos nos facit lex regia, ueluti tranſgreſſores pœna dignos. À quibuſdam uocatur lex regia lex Euangelica, quia à rege regum, & domino dominantium data ſit.

Charitas om̃ia complectitur.
Perficere leg\u0113 quid eſt.

Quicunque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno, &c. *Locum hunc eſſe difficilem & obſcurum, qui multos torſit, ex multorum commentarijs didici. Sed ex contextu magis ac magis, Deo adiutore clareſcet. Præoccupat Apoſtolus. Dicebant quidam Iacobi auditores, Cùm honoratiorem locum diuitibus præſtitimus, non ob id legem ſumus tranſgreſſi: quia iſta facientes pauperi nihil detraximus, nihil illi incommodauimus, quòd honoratiore loco diuitem ſedere fecerimus. Ad hæc Iacobus, Imò tranſgreſſores leges facti eſtis. Nam qui offendit in uno, factus eſt omnium reus. Sed cùm ob diuitias honoraueritis diuitem contempto paupere, perſonam accepiſtis: facti eſtis ergo omnium rei. À connexis & natura legis argumentatur Apoſtolus. Quemadmodum in præcepto Charitatis, ſi ſeruetur, omnia mandata ſeruantur: ſic in eodem, ſi uiolatur, omnia reſiguntur. Omnes leges ſunt ueluti unum corpus, cuius caput eſt Charitas. Huius corporis membram quiſquis uel minimum læſerit, totum corpus læſiſſe iure adcuſabitur. Non dicit Apoſtolus, qui offendit in uno, omnia peccata fecit quæ in lege prohibentur: Sed ait, Factus eſt omnium reus: id eſt, tranſgreſſor non minus factus eſt, quàm ſi ex uniuerſitate illa peccatorum aliud quodpiam peccaſſet.*

Charitas caput legum.
Offendens in uno, fit omniũ reus.

Tranſgreſsiones aliæ alijs grauiores.
Comparatio & æquiparatio penſanda in tranſgreſsione legis.

Non quòd omnes tranſgreſſiones legum ſimiles ſint. Sunt proculdubio aliæ alijs grauiores, ut diuerſæ ſcelerum pœnæ conſtitutæ docent. Sed hic obſeruanda eſt comparatio, non autem æquiparatio, ut ad hunc ſenſum dicamus, Qui in uno offendit, factus eſt omnium reus: id eſt, legislatorem æque offendit. Subducamus exemplum, quo intelligamus comparationem ſiue æquiparationem. Qui mœchatur, tranſgreſſor eſt legis diuinæ: quemadmodum is qui manu trucidat, & aduerſus reliquum legis præter mœchiam commuſit: Licet poſterioris culpa ſit grauior quàm prioris, neuter tamen à peccato immunis eſt: Vterque tranſgreſſor legis eſt. Et id eſt, quod dicit in textu, Qui dixit: id eſt, qui præcepit, Non mœchaberis, is dixit, Non occides. Hoc eſt, ſi occideris, & non fueris mœchatus, tranſgreſſor legis es. Si fueris mœchatus, & non occideris, ſimiliter tranſgreſſor diceris. Quare non eſt neceſſe, dicamus, quòd qui manu trucidauit dicatur omnium reus, hoc eſt mœchus, falſus teſtis, ſicarius, & huiuſmodi, ſed uocatur tranſgreſſor: dicitur offendiſſe legislatorem, ſicut qui in totam legem peccauit, licet poſterioris culpa grauior ſit, eodem nomine & titulo nuncupabitur: hoc eſt, tranſgreſſor uocabitur. At quoniam Bonum eſt ex integra cauſa, ait Dionyſius, malum uerò ex defectu unius: neceſſe eſt rebus noſtris agendis adſit Charitas omnium operationum uita;

Charitas, operationum lux & uita eſt.

uita: quæ ſi abſuerit, nihil conſpicuum fieri poteſt. Quicunque ſeruauerit totam legem,
(ſeruabit autem ſi charitas adfuerit,) offendat autem in uno, hoc eſt, tranſgrediatur
unum mandatum, reliqua uerò in ſpeciem & ſecundum apparentiam ſeruauerit, factus
eſt omnium reus: hoc eſt, tranſgreſſor legis eſt, & condemnabitur: neque cæterorum ob-
ſeruatio ualida eſt, quia non adeſt Charitas, nullumq́; ut oportet, ſeruat mandatum. Ra-
tionem ſubiungit. Qui dixit, &c. Idem legiſlator eſt qui præcepit, Non occides, et Non
mœchaberis. Quare ſi mœcharis, & non occidis, tranſgreſſor es. Similiter ſi occidis, &
non mœcharis, tranſgreſſor diceris. Hunc locum multis aperit Beatus Auguſtinus ad
D. Hierony. epiſtola 29.

Sic loquimini & ſic facite, ſicut per legem libertatis, &c. *Animos*
noſtros ad Charitatis opera excitat, & ad illius feruens ſtudium hortatur, argumento à
dignitate legis ſumpto. Sic loquimini, & ſic facite: id eſt, ita uerba ueſtra & opera com- Lex libertatis.
ponatis, ſicut, id eſt, ueluti, incipientes iudicari, dictum eſt pro, iudicandi, hoc eſt, ueluti
iudicandi per legem libertatis, id eſt, per legem regiam, per legem Charitatis, & Euan-
gelicam. Hoc uidetur dicere Apoſtolus, Ipſa lex gratiæ iudicabit uos, ſi iuxta ſuum præ-
ſcriptum non ambulaueritis. Moyſes, inquit Chriſtus Ioan. 5. uos accuſat, non ego. Al-
ludit hic locus ad id quod dicebat Chriſtus Matth. 25. Eſuriui, & non dediſtis mihi man-
ducare, &c. Hæc enim ſunt merita legis libertatis Euangelicæ, ſecundum quæ iudicandi
ſumus. Diuinæ ergo gratiæ iuſtis operibus reſpondentes, ſimus inuicem benigni, miſeri- Merita legis Euangelicę iuxta quæ iudicabimur.
cordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit nobis. Rogabis, Quid uocat
Legem libertatis? Lex libertatis eſt lex Chriſti, Lex noua, lex gratiæ, & amoris, quæ Lex libertatis.
maximè uehementerq́; commendat miſericordiam. Matth. 9. Euntes (ait Dominus)
diſcite quid eſt miſericordiã uolo, & non ſacrificium. Atque ut lex Moſaica, lex ſerui- Lex ſeruitutis.
tutis nuncupatur: ita lex Chriſti, lex libertatis. Roma. 8. Non enim accepiſtis ſpiritum
ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clama-
mus Abba, pater. & 2. Corinth. 3. Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. In hanc ergo li-
bertatis legem introſpiciamus, non in cortice hæreamus, ut id quod in lege eſt potiſſi-
mum adprehendamus, nempe Charitatem, quam ubi conſequuti fuerimus, & omnium
uirtutum cumulum conſequemur. Hæc lex gratiæ, quò cæteris eſt perfectior, tantò ar-
dentiores ad illius obſeruationem eſſe debent qui illam profitentur. Hebræo. 2. cap. A-
bundantius oportet nos obſeruare ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui
per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia
accepit iuſtam mercedis retributionem: quomodo effugiemus, ſi tantam neglexerimus
ſalutem? Propterea à Chriſto dictum eſt, Cui plus datum eſt, plus requiretur ab eo. Hic
locus per Enallagen, hoc eſt, immutationem intelligi poteſt, Vt ueluti per legem liber-
tatis iudicandi, in hunc ſenſum dicatur, Per legem liberi iudicandi: id eſt, Sic loquimini, Iudicandi per legẽ libertatis.
& ſic facite: hoc eſt, omnem ueſtram uitam ſic componite, ut cùm tempus iudicij appe-
tierit & aduenerit, lex nihil iuris in uos habeat, ſed à lege ſitis liberi. quod fiet, ſi iuxta
Charitatis præſcriptum uitam hanc tranſegeritis.

Iudicium enim ſine miſericordia illi qui non facit miſericor-
diam. *Hortatur ad mutuam beneficentiam, & deterret ab inhumanitate, argumento* Immiſericors miſericordiam non meretur.
à pœnis ſumpto. Sacra eſt ſententia. Non accepturus eſt miſericordiam, qui non præ-
ſtat miſericordiam. Alluſit ad id quod Chriſtus Matth. 18. poſt narratam de ſeruo ne-
quam parabolam, ait, Sic & pater meus cœleſtis faciet uobis, ſi non remiſeritis unicui-
que fratri ſuo de cordibus ueſtris. Rurſus Lucæ 6. cap. Remittite, & remittetur uobis.

Qua enim menſura menſi fueritis, eadem remetietur & uobis. Ergo qui non facit miſericordiam, id eſt, qui eſt immiſericors, erit illi iudicium, id eſt, damnatio ſine miſericordia, hoc eſt, ſine ulla ſpe ueniæ. Miſericordiam intelligit eleemoſynam, hoc eſt, animi uirtutem, qua alienis malis indoleſcimus, dum famem & miſeriam, qua proximus torquetur, in uiſceribus noſtris ſentimus. Nonnunquam etiam accipitur pro beneficio, quod ex hac commiſeratione pauperibus exhibetur, quo neceſsitati alicuius ſubuenitur. Qui ergo uult Deum ſibi miſericordem, præbeat ſe erga proximum uel peccantem uel egentem, miſericordem: ne ſi immiſericors fuerit, puniatur grauius & acrius, quò maius à Deo ſenſit beneficium.

Miſericordia. Eleemoſyna.

Superexultat autem miſericordia iudicium. *Videtur hæc ſententia per comparationem ab Apoſtolo dicta. Miſericordia, id eſt, uirtus animi, qua indoleſcimus alienis malis, & miſeriam proximi leuamus, ſuperexultat, id eſt, ſuperat iudicium, id eſt, iuſtitiam. Miſericordia & Charitas iuſtitiæ præſtat. Paradigma. Sint duo: Alter iuſtus iuſtitia iuxta morem humanum dicta: qui neminem lædat, ſontes & maleficos uiuere non ſinat, ſed miſeria & calamitate proximii nihil aut parum moueatur, ut uel conſilio uel auxilio adſit. Alter uerò aliqua carnis infirmitate ſuperatus, in peccatum aliquod cadat, ſit tamen miſericors & proximum iuuare paratus: is reuera priori præferendus eſt. Poteſt hic locus per enallagen, id eſt, immutationem explicari, ut intelligamus Apoſtolum miſericordiam dixiſſe, & miſericordem intellexiſſe, rem pro perſona. Creberrimum eſt per auxeſim, id eſt, augmentum, ſtudioſum hominem & pacificum, ipſam uirtutem & pacem appellemus: ita hominem apprimè miſericordem, uocemus dicamusq; miſericordiam. Deinde iudicium hoc loco, pro ipſa ſententia, ipſi reo pronunciata à iudice, dicitur. Senſus ergo erit, Miſericordia, id eſt, miſericors, ſuperexultat iudicium, id eſt, eritq; confidenti animo in iudicio. Quid enim metueret peccata, cùm dominus promiſerit miſericordiam miſericordi, Matth. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Hanc ſententiam, Superexultat autem, &c. per antitheſim Apoſtolus proximæ, iudicium enim ſine miſericordia, &c. oppoſuit. Elegans & peruenuſta eſt hæc antitheſis, Immiſericors non conſequitur miſericordiam, & Miſericors conſequitur miſericordiam. Huc pertinet quod dicitur primæ Ioannis quarto, In hoc perfecta eſt Charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die iudicij. Vbi ergo beneuolentia, charitas, & miſericordia ſuperexultant & triumphant, illhic iudicium, ira & condemnatio non habent uires, ſed torpent, confunduntur, & uicta iacent.*

Miſericordia iuſtitiæ præſtat.

Iuſtitia iuxta morem humanum.

Miſericordia pro miſericorde.

Auxeſis.

Iudicium.

Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat, &c. *Confutat, & prorſus euertit errorem eorum, qui inani tantum fidei uocabulo gloriantur, libertatem Chriſtianam, corticem & uelamẽtum ſuorum ſcelerum facientes, dum ſibi & Mundo, non autem Chriſto (quem ſolo uerbo iactant) uiuunt. Porci ſunt & ſues: qui poſtquam loti fuerunt, redeunt in cœni uolutabrũ, pedibus conculcantes ſanguinem IESV Chriſti, & rurſus ipſum in ſemetipſis crucifigentes. Vana & inutilis eſt hæc fides, imò & ea quam hiſtoricam & Ariſtotelicam dicunt. Sola uera eſt fides, quam uiuam dicimus, & quæ ut ignis calorem, charitatem habet annexam. Hæc fides ex Deo eſt, per Spiritum ſanctum in corde credentium excitata. Hæc uiua eſt, uitã habet, hac iuſtificamur & pro iuſtis apud Deum habemur: illa uerò mortua eſt, utpote quæ uitam, id eſt, charitatem non habet. Iſte eſt ſcopus noſtri Apoſtoli, iſta eſt eius mens in Deum ardentiſsima, non eſſe uiuam fidem, imò indignam nomi-*

Vera & ſola fides eſt, quã uiuam dicimus.

ne ſi

ne fidei, niſi adſit charitas. Neq; eò tendit, quò doceat nos noſtris operibus remiſſionem
peccatorum aſſequutos ſeu iuſtificatos eſſe, ſed uanos & prorſus ſteriles eſſe, qui ſolo Fides indigna
nomine fidei gloriantur, nihil interim, quod ad charitatis partes & functionem attinet, nomine fidei, ſi
operantes. Quò uehementius urgeat, oratione interrogatoria utitur. Quid proderit, abſit charitas.
Quæ utilitas fuerit, ſi quis dicat ſe habere fidem, opera autem non habeat? hoc eſt, ſi
quis ſimulator, & ſterilis fidei iactator fuerit: nunquid poterit fides, ſupple illa ſterilis,
& fidei nomine indigna ſaluare illum? quaſi dicat, Non: imò magis ſuſtuario dignum
oſtendet. Quoniam Luc. 12. Seruus ſciens uoluntatem domini ſui, & non faciens, plagis
uapulabit multis. Subiungit huius negotij euidentem parabolam Iacobus, qua aperit,
quàm ridiculi & ſteriles ſint, qui ſolo fidei uocabulo gloriantur, non minus quàm hi
qui aliquos fame laborantes ſolo uerbo paſcunt, dicentes, Vade, caleſce, ede, bibe: inte-
rim nihil miniſtrant, quo fames proximi leuetur. Si autem frater aut ſoror nudi ſint, &
indigeant uictu quotidiano: aliquis autem ex uobis dicat, ſupple blandis uerbis, illis
pauperibus, Ite in pace, abite cum pace: dominus prouideat uobis uictum & amictum:
calefacimini, id eſt, caleſcite & ſaturamini: non dederitis autem eis, quæ neceſſaria ſunt
corpori: id eſt, dum hæc effunditis uerba, nihil eorum quæ uitæ ſuſtentandæ neceſſaria
ſunt, dederitis: Quid proderit? Quæ utilitas erit? Nulla certè. Sic & fides, ſi non habeat
opera, mortua eſt in ſemetipſa: hoc eſt inane fidei uocabulum, inefficax eſt. Atque ut ca- Fides ſine ope-
dauer aut ſimulacrum, ſpeciem quidem hominis, non autem uim & opera hominis ha- ribus mortua
bet, ita & fides ſine charitate & operibus. Illhic non eſt fides, ubi non ſunt opera bene- eſt.
ficentiæ: ſi non ſuppeditauerimus neceſſaria egentibus, ipſum opus declarat infidelitatem
noſtram. Vana uerba nihil proderunt pauperi: non enim famelicum ſatiabunt ſtoma-
chum, nudum corpus non amicient. Vnde Eccleſiaſtes, Non dicas amico tuo, uade &
reuertere, & cras dabo tibi, cùm ſtatim poſſis dare. Prouerb. 2. & 3. Qui obturat au-
rem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit & non exaudietur. Huc pertinet
quod ſcribitur 1. Ioan. 3. Si quis habuerit ſubſtantiam huius mundi, & uiderit fratrem
ſuum egere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli
mei, non diligamus uerbo, neq; lingua, ſed opere & ueritate.

Sed dicet quis, Tu fidem habes, & ego opera habeo. Oſtende
mihi fidem tuam ſine operibus, &c. *Non docet fidem ſeparandam ab ope-*
ribus, aut quòd quis ſic dicere debeat, quaſi fidẽ operibus ſpoliet. Sed peruenuſta proſo- Proſopopœia.
popœia utitur, qua introducit perſonam, ſiue magiſtrum quempiam fide uiua præditum
ad confutandos hypocritas, & eoſdem erroris conuincendos, argumento ſumpto à
natura fidei, cuius genius eſt ut per charitatem operetur: ſicut natura ignis eſt ut ar-
deat & luceat. Et à connexis: impoſſibile enim eſt ut uera fides opera charitatis non Fidei genius.
proferat. Sed dicet quis, quaſi dicat, Si quis uera fide ornatus, uobiſcum (qui uerbo
tenus fidem iactatis) ſerio colloqueretur, intelligeretis quàm uana ſit ueſtra de fide
iactantia. Conueniamus ita: Adſit præceptor uiua fide ornatus, qui ad hunc modum
uos expoſtulet, Tu fidem habes. Quaſi diceret, Dicitis uos habere fidem: ſed certiſſi-
mum eſt, fidem uiuam, uim & efficaciam habere ad cœleſtem regenerationem, ut Deo
reconciliemur & ipſi placeamus. Ergo ubiubi fuerit fides hæc, neceſſe eſt & fructus
eius adeſſe. Sed nullo fructu, nulliſue effectis, oſtenditis mihi uos habere fidem. Sunt
igitur ſola uerba, ſola uox, & aëris repercuſſio, quum fidem uos habere iactatis.
Ego opera beneficentiæ, quæ uidetis, habeo. Sed uos oſtendite mihi fidem ſine ope-
ribus: hoc quum non poſſitis, conuincam uos non habere, utcunque eam iactetis. Non

poteſtis certè. Quantum ad me attinet, ego ex operibus meis explicare uobis potero fidem meam. Bona opera ſunt fructus & ſigna fidei, ceu hædera ſuſpenſa uinariæ tabernæ, aut uini uendibilis ſignum. Deus nouit cor, & oculi ipſius fidem reſpiciunt. Ieremiæ 5. Homo uerò quia intus & in cute non agnoſcit hominem, per opera certior fit alienæ fidei. 2. Petri 1. Satagite ut per bona opera certam ueſtram uocationem & electionem faciatis. Rogabis, Cùm hæc, quam iactant fidem, non ſit fides, quare Apoſtolus uocat illam fidem, dicẽs, Fides ſine operibus mortua eſt: Reſpondeo, Appellat fidem per

Mimeſis.

mimeſim, hoc eſt, per imitationem aliorum ſic loquentium: non hanc ſimpliciter dicit fidem, ſed fidem mortuam.

Tu credis quòd unus eſt Deus. Bene facis: & dæmones credũt, & contremiſcunt. *Adduco (ait ille uiua fide præditus magiſter) uobis exemplum, quo conuincamini, fidem quam iactatis, hypocriticam, & non ueram fidem eſſe. Vos creditis quòd unus eſt Deus, hoc eſt, cognitionem Dei habetis: hoc bonum eſt: ſed quàm*

Dæmones credunt.

hoc non ſufficiat, manifeſtum eſt: Nam & dæmones credunt, id eſt, Dei cognitionem habent, imò & contremiſcunt, id eſt, timorem Dei habent, non filialem, ſed ſeruilem: non enim Deum ut patrem amant, neq; eo fidunt. Rogo uos an illa dæmonibus cognitio ſit uera fides? Non certè. Ergo nec ueſtra, quam plenis buccis, et titulo tenus, iactatis. Ob-

Fides uiua.

ſerua, Viua fides, & ſalutaris, duo in ſe complectitur, Cognitionem Dei, & Fiduciam, aut Amorem in Deum cognitum. Amorem præcedit cognitio, propterea dictus eſt intellectus, lucerna uoluntatis: Spiritus ipſe intellectum illuminat & uoluntatem excitat, inflammatq; ad opera.

Voluntatis lucerna eſt intellectus.

Spiritus intellectum illuminat & uoluntatem excitat.

Vis autem ſcire ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus otioſa eſt? Abraham pater noſter, nónne ex operibus iuſtificatus eſt, &c. *Exemplis ſcripturæ præceptor ille uiua fide præditus conſtringit hypocritas, explicans & aſſerens ueram fidem, falſam uerò cõfutans, hypocritam, & ſolo fidei uo-*

Inanis homo.

Hypocritarum & dolij uacui ſymbolum.

cabulo iactabundum, inanem hominem uocat, tracta metaphora à uinario uaſe uacuo; quod quò minus plenum eſt, hòc dum uoluitur & quaſſatur magis crepitat, & ſonum edit eminentiorem: ita & hypocritæ quò bonis operibus magis ſunt uacui, eò inaniores & uerboſiores ſunt. Tantum abeſt alijs proficiant, ut ne ſibi quidem ſint frugi. At fide

Fides otioſa.

uiua præditi, ſolidi ſunt & conſtantes, proximos beneficentia & conſilio iuuant. O homo inanis, id eſt, fide uiua carens, uis ſcire quòd fides ſine operibus eſt otioſa, id eſt, inefficax? Ego duplici paradigmate te edocebo. Priore ex Geneſ. 22. cap. de Abrahamo,

Abrahã pater credentium.

poſteriore de Rahab. Animos piorum exemplo Abrahæ patris credentium excitat: ut, quum natura ita comparatum ſit, ut filij parentes referant: diſcant omnes à patriarcha & credentium patre, ueram fidem, & ueros ſeſe filios Dei hac uiua fide profiteantur. Hoc exemplum adduxit Paulus Rom. 4. aduerſus fiduciam operum. Noſter Apoſtolus adducit ad commendationem operum pietatis & charitatis. Vide quæ in 4. cap. Pauli ad Rom. ſcripſimus in Conciliatione huius loci ad illum, Non'ne Abraham pater iuſtificatus eſt ex operibus, id eſt, iuſtior factus, iuxta dictum Ioan. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Aut non'ne opera Abrahæ patris noſtri indicant ipſum iuſtificatum eſſe, hoc eſt, pro iuſto habitum eſſe apud Deum, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Hæc oblatio filij, fructus & opus erat fidei Abrahæ in promiſſa & mandata Dei. Hæc fides non erat hypocritica, non ficta, uana & inanis, ſolo uocabulo fidei contenta. Eius energia,

Bonitas operis externi eſt ab interno.

uis, & efficacia eſt in opere manifeſtata. Hoc opere & hac oblatione intellexit noſter Apoſtolus fidem factis efficacem. Tota bonitas aut malitia operis externi eſt ab opere

interno

interno. Quo fit ut ſolum opus internum pleruncq; tanti fiat, atque ſi uim ſuam in exter- Opus internũ aliquando tanti fit ſine externo, atque cum externo.
num opus exeruerit. Quod in oblatione Abrahæ conſpicuum eſt. Angelus enim Abra-
hæ libranti manum in puerum, acclamat, Ne mittas manum tuam in puerum: quia iam
cognoui quòd tu timeas Deum, quia non pepercisti filio tuo unico propter me. Cogno-
ſcere potes ex his opus Abrahæ, ſignum & argumentum eſſe uiuæ & ueræ fidei. Pater
erat Abraham, filius unicus Iſaac, infœcundus, & ſenio confectus pater, ſpes prolis nul- Pugna Abrahę immolantis filium.
la, hæres unicus, uxor ſterilis: inſurgunt ſanguis & caro, & ne mactetur puer reclamant
uiſcera: & tamen prætulit Abraham mandatis Dei obſequi, quàm affectui paterno indul-
gere. O quãta, & quàm efficax fides, quàm magno aduerſariorum exercitui, nempe na-
turæ, affectui paterno, orbitati, ſpei ſenectutis refocillandæ & ſuſtentandæ, multisq; hu-
iuſmodi reſtitit! Ex his colligimus Abrahamũ ex animo dilexiſſe Deum ſuper omnia quæ
condita ſunt. Vides quòd fides cooperabatur operibus illius: id eſt, uides per opera Abra-
hæ quàm efficax fuerit fides eius, & Abrahamum non ſolo fidei uocabulo gloriatum. Et
ex his operibus fides conſummata eſt: id eſt, fides uiua Abrahæ exeruit uim ſuam in ope-
ra, id eſt, otioſa non fuit, ſed quod credidit, opere compleuit. Opus ipſum oſtendit fidem
Abrahæ non fuiſſe hypocriticam & ſimulatam, ſed ueram, utpote quæ abſoluta, perfecta,
& conſummata fuerit, ſeu (ut ita dicam) in finem uenerit. Iſta docent nos opus externum
non iuſtificare nos, ſed ueræ fidei uim & energiam iudicare. Ex operibus fides conſum-
mata eſt: id eſt, ornatur, exprimitur, perficitur, & uera eſſe omnibus declaratur. Et ſup- Fides operibus conſummata.
pleta eſt, id eſt, impleta & probata eſt ſcriptura, dicens, Credidit Abraham: qui contra Scriptura ſuppleta.
ſpem, in ſpem credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Hoc myſterium multis ape
rit Paulus Rom. 4. Et amicus Dei appellatus eſt. non in Geneſi, ſed Iudith 8. cap. Abra-
ham per multas tribulationes probatus, amicus Dei factus eſt. Huc pertinet quod ſcribi- Abraham amicus Dei uocatus.
tur Io. 15. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio uobis: id eſt, ſi credideritis in
me, & uerbo meo. Luc. 8. cap. Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui uerbum Dei audi-
unt, & faciunt. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo: id eſt, manifeſtum eſt uo-
bis, hominem beneficentia, pietate, & operibus charitatis, iuſtum probari. Et non ex fi-
de tantum, hoc eſt, ex ſola Dei cognitione non iuſtificatur homo, ſed ex cognitione & a- Iuſtificatio noſtra.
more in Deum, hoc eſt, ex uiua fide, ut præmonuimus. Ex his colligimus, quemadmodum
Deo præcipienti Abrahæ immolationem filij, obediuit, & commendatus eſt, ita & nobis
etiam oſcitantibus præcipitur, & præcipientem ſpiritum audimus, Eſtote miſericordes,
Diliges proximum tuum, & huiuſmodi in ſacris ſcripta legimus. Quò fit ut ſi miſericor-
diam & beneficentiam in pauperes non impenderimus, ab exemplo, & fructu Abrahæ
alieni erimus. Obſerua, Cùm dicitur, Abraham filium Iſaac obtulit, loquutio eſt, ait D.
Leo, Dimidium facti qui bene cœpit habet. & Qui in opere cœpto non ceſſat, facere aut
perficere cenſetur. Nam quod ad uoluntatem Abrahæ attinebat, obtulit filium ſuum, ni- Quod cœptum eſt fieri, pro abſoluto habetur.
ſi intercepiſſet factum eius Angelus è cœlo. Conſequens eſt, ut qui ex animo ſtudent &
aſſentiunt uoluntati diuinæ, dicuntur facere aut perficere uoluntatem Dei.

Similiter & Rahab meretrix, nõ'ne ex operibus iuſtificata, &c.

Poſteriore exemplo ex Ioſue cap. 2. petito pergit idem explicare, & perſuadere Apo-
ſtolus, fidem ſcilicet nudam eſſe inutilẽ: fidem uerò factis comprobatam, ſummis laudibus
uehendam. Similiter & Rahab meretrix, non'ne iuſtificata eſt ex operibus: id eſt, non'ne
opera eius, quibus benigniſſimè excepit nuntios Iſraëliticos, & alia uia eiecit, indicant Rahab meretrix.
quãtam fidem in Deum uerum habuerit, qua iuſtificata eſt? Hoc opus multas habet par- Opera Rahab oſtendũt ipſius fidem & uirtutem.
tes. Primò opus eius in Iſraëlitas, oſtendit hanc ex animo agnouiſſe Deum uerum, &

ob

obſe id Iſraëlitis & religioni ipſorum iungit: atque ſecundum hanc fidem ſuam operatur. Nam cùm capitis ſui, ſuorumq; bonorum periculo nuntios Iſraëlitarum hoſpitio ſuſcipit, defendit, docet uiā pericula euadēdi, cum illis paciſcitur, ſe illis non defuturam pollicetur: hæc ſi reſciuiſſet rex Ierichuntinus pacta inter exploratores, & ipſam Rahab, actum erat de uita eius. Sed omnibus his contemptis Rahab fidē ſequitur, & bene operatur. Hæc opera indicant Rahab timuiſſe Deum, & uitam contempſiſſe propriā, ut proximorū tueretur: ſe in periculum dediſſe, ut proximos ſeruaret. Iſta ſunt'ne uiuæ fidei & animi in Deum fidentis argumentum, parentes, patriam, uitam denique propriam contemnere, ut Deum lucrifaciat? Ex his, & Paulo ad Hebr. 11. Intelligimus fidem eorum commendandam eſſe, qui in religione ſancta celebres fuerunt, atque hanc commendationem ex factis egregijs & inſignibus nobilitaſſe. His appendit Iacobus elegantem ſententiam pulcherrima ſimilitudine ornatam, Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: id eſt, quemadmodum deſtitutum uita nullum uitæ officium exercet, non mouetur, nemini utile eſt: ita fides ſine operibus mortua eſt: id eſt, ſi non exierit in opera: & uires exerit, inutilis & uana eſt, non mouetur, nihil pietatis habet, nullam in proximum exercet beneficentiam. Obſerua, Non intelligas neceſſarium eſſe fidem uiuam ſemper uires ſuas exerere, quaſi uerò nunquam intermitti poßit opus: ſed loco & tempore depromit in opera, ſiue exteriora, ut beneficentiam in proximum, regimem rei familiaris, aut publicæ, & huiuſmodi: ſiue interiora ſolùm, ut deſideria, mentis in Deum eleuationem, gaudium, pacem, & alia id genus, quæ ſpiritus ipſe ſuggerit.

Fides loco, & tempore exerit opera externa.

CONCILIATIO.

IACOBVS *uetans perſonarum acceptionem, aduerſari uidetur* Paulo Roman. 13. *præcipienti honorem exhibendum eſſe magiſtratibus, & ijs quibus debemus. Reſpondeo, Aliud eſt exhibere honorem, aliud adulari. Iacobus non uetat quin deferamus honorem parentibus, maioribus, & his, qui in dignitate conſtituti ſunt, in quibus Dei dona relucere agnoſcimus, propter quæ honos exhibendus eſt: ſed prohibet adulari, & perſonam accipere: hoc eſt, ne oculos noſtros & animum in externum hominis habitum defigamus, eumq; ex hoc ſolo externo, uel æſtimemus, uel contemnamus.*

CVM *omnis doctrina Chriſtiana doceat peccata alia alijs grauiora: quid hic Iacobus aſſerit, Qui offendit in uno factus eſt omnium reus? Reſpondeo, Non dicit Apoſtolus eum, qui iraſcitur, peragi reum, ſeu accuſatum eſſe mœchiæ & omnium aliorum ſcelerum, iuxta Stoicorum ſententiam, qui in ſuis diſputationibus, admirabilia quædam & contra omnium opinionem placita ponunt, de connexione uirtutum, & paritate uitiorum: ut eſt uidere apud Ciceronem in Paradoxis, quum inquit, Vna uirtus eſt conſentiens cum omni ratione, & perpetua conſtantia. Paria item eſſe uitia. Sed docet Apoſtolus, ut præmonuimus, & ſi mandata omnia ex animo & fide compleuerit, peccauerit autem in uno, factus eſt omnium reus: nihil ad ſalutem proderunt obſeruationes mandatorum præteritæ, mortua ſunt opera, quia abeſt uita, id eſt, ſpiritus & charitas. Si tamen reſipuerit, proderunt reſurgenti. Aut factus eſt omnium reus: id eſt, non minus peccauit, quàm ſi omnium tranſgreſſor fuiſſet. Non quòd grauius non peccaret ſi trium aut quatuor mandatorum traſgreſſor eſſet, quàm ſi unius: ſed tranſgreſſor dicitur tranſgrediens unum mandatum, ſicut dicitur tranſgreſſor, uiginti mandatorum contemptor. Propterea adnotauimus in hoc loquendi genere obſeruandam eſſe comparationem, non æquiparationem.*

Stoicorum ſententia.

Reſipiſcenti redeūt & proſunt peccato perdita bona.

DICTIO.

MISERICORDIA *dicta à Græcis Eleemoſyna, eſt omnis illa beneficentia, qua extra publicam collationem proximorum neceſsitati ſuccurritur. Sic enim Paulus Hebraica phraſi utitur. Qui miſeretur in hilaritate. Quibus uerbis miſericordiam, ac omnino effuſam quandam bonitatem, ſtudiumq́ bene merẽdi ſignificat. Item beneficium Dei in nos dicimus miſericordiam.*

MOECHOR, *id eſt, adulteror, à quo mœcha & mœchia, adulterium.* Mœchor.

Lingua coërcenda. CAP. III.

plures] multi

offendit,] labitur,

circunducere] moderari

S[autem] ecce

cùm magnæ] cum tantæ

minentur,] agãtur, uehantur,

ubi] quocunq;

exultat,] iactat

quantus] quantulus, exiguus

uniuerſitas] mũdus, cumulus

rotam natiuitatis] id eſt totũ corpus, quod eſt uehiculũ animæ.

cæterorum] cetorum (marinarum ferarum)

à natura humanat] ab ingenio humano

inquietum] incoërcibile

Ex ipſo ore] ex eodem

emanat] ſcatebra emittit

diſciplinatus] ſcientia prędi-tus

zelus] uel æmulatio

NOlite plures magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quoniam maius iudiciũ ſumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir, potens etiam fræno circunducere totum corpus. Si autem equis fræna in ora mittimus: ad conſentiendum nobis, omne corpus illorum circunferimus. Et ecce naues cùm magnæ ſint, & à uentis ualidis minentur, circunferuntur à modico gubernaculo ubi impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua modicũ quidem membrum eſt, & magna exultat. Ecce quãtus ignis quàm magnã ſyluam incendit? Et lingua, ignis eſt, uniuerſitas iniquitatis. Lingua cõſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehẽna. Omnis enim natura beſtiarum & uolucrum, & ſerpentum & cæterorum domantur, & domita ſunt à natura humana: linguã autem nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena ueneno mortifero. In ipſa benedicimus Deum & patrem: & in ipſa maledicimus homines, qui ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nũquid fons de eodẽ foramine emanat dulcem, & amaram aquam? Nũquid poteſt fratres mei, ficus uuas facere: aut uitis ficus? Sic neq; ſalſa, dulcem poteſt facere aquam. Quis ſapiens & diſciplinatus inter uos? Oſtendat ex bona cõuerſatione operationẽ ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Quòd ſi zelum amarum habetis, & cõtentiones ſint in cordibus ueſtris: nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus ueritatem. non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens à Patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio: ibi incõſtantia, & omne opus prauum. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, pri-

Matth. 23. a

Linguæ uitiũ deſcribitur.

Aemulationes & cõtentiones uitandæ.

mùm quidem pudica eſt:deinde pacifica,modeſta,ſua- dibilis,bonis conſentiens,plena miſericordia & fructibus bonis,iudicans ſine ſimulatione.fructus autem iuſtitiæ,in pace ſeminatur,facientibus pacem.

ſuadibilis,]tractabilis.

Iudicans ſine] nihil diſcernēs & nihil ſimulans.

Docēdi munus nō ambiendū, ſed uocatione obeundum.

Non eſt literis inſerendus ſenſus,ſed ab ipſis petendus.

Eccleſiaſtes certus ſit de uerbo quod docet.

Nolite plures magiſtri fieri,&c. *Videns Iacôbus Apoſtolus in Iudæis ferè omnes uelle docere magis,quàm quæ docerent efficere,& ad magiſtratum docendiq; munus adſpirare,& neminem uelle ſe auditorē præſtare,hoc uitiū arguit in eis,deterrens ipſos iudicio Dei.Quales hodie (prô dolor) multi ſunt, qui ſolū ſuas opiniones, quas hauſerūt de ſcriptura,docēt,incerti de uerbo Dei,uolētes ſenſum literis inferre, & nō ex ſcripturis ſenſum petere.Vnde tot ſectæ repullulant,& hæreſes pudēdæ,dū ſuas ſequūtur cogitationes.1.ad Timoth.1.Quidā aberrantes cōuerſi ſunt ad uaniloquiū,uolētes eſſe legiſdoctores,nō intelligētes neq; quæ loquūtur, neq; de quibus affirmant.Debet reuera doctor & cōcionator certus eſſe,quòd uerbū Dei & ſyncerū Euāgeliū doceat,non autē ſua ſomnia,& ea quæ tum Euāgelio,tum doctrinæ catholicæ aduerſantur. 1.Petri 4.Si quis loquitur, tanquā ſermones Dei:ſi quis miniſtrat, tanquā ex uirtute quam adminiſtrat Deus.Hoc ſanctiſsime faciet, & uerè cōcionabitur,ſi ſanctæ matri Eccleſiæ catholicæ(quæ ſpiritū Dei certò habet)adhæſerit.Ne qs ergo temerè ſibi doctoris officiū accipiat,ſed potius uocationē expectet. Hebr.5.cap. Nec quiſquā ſumit ſibi honorē,ſed qui uocatur à Deo, quēadmodū & Aaron.Nunc idem admonet noſter Apoſtolus,dicēs,Nolite plures fieri magiſtri, ne ſcilicet quiſq; præſumat docere:ne dū male docet,ſeductus alios quoq; ſeducat, & in maius iudiciū*

Plures magiſtros fieri quid eſt.

incidat.Auguſt.lib.1.Retractationū,in prologo,ait,Magiſtros autē tunc plures fieri exiſtimo,cùm diuerſa atq; inter ſe aduerſa ſentiūt.Cùm uerò idipſum dicūt,et uerū dicūt,ab unius ueri magiſtri magiſterio nō recedāt.Offendūt autē, nō cùm illius multa dicūt,ſed quū addūt ſua.Sic qppe incidūt ex multiloqo in falſiloquiū.Hæc ille.Plures, id eſt,promiſcuè,et citra delectū ac uocationē, nolite docēdi munus obire.Dicamus ergo Apoſtolū nō doctrinā,ſed doctrinarū multitudinē,& docēdi ābitionē prohibere.

Non doctrina. ſed doctrinarū multitudo phibetur.

Huc ptinēt quæ dicebat magiſter noſter Chriſtus Matt.23.Nolite uocari rabbi:Vnus enim eſt magiſter ueſter:nec uocemini magiſtri,qa magiſter ueſter unus eſt Chriſtus.

Qui ſyncerè nō docent grauius puniētur.

Scientes quoniā,&c. *À docēdi Ambitione deterret,argumēto ab incōmodo & pœna ſumpto.Qui gregis dominici curā ſuſcipiūt,onus lōge difficilius,& fortaſſis periculoſius,quàm cōijciāt,accipiūt,nēpe qd' hoc Eccleſiaſtæ & cōcionatoris nomine,reqretur ſanguis ouiū de māibus corū,niſi ſanctè et diligēter docuerint.Sciētes ꝙ maius iudiciū ſumitis,id eſt,grauius puniemini,ſi aliter quàm oportet docueritis.*

Imbecillitas humana.

Omnes ad peccandum procliui.

Doctoris lapſus turpiſsimus.

Doctoris uitiū facile in alios manat.

In multis,&c. *Aperit quàm periculoſam cōditionē ſubeāt,qui munus docendi obeūt,argumēto ab infirmitate & imbecillitate humana ſumpto. Qua fit,ut dictū ſit ab Apoſtolo,In multis enim offendimus omnes:id eſt,procliui ſumus omnes ad peccādum.Nemo non errat,peccat,labitur,& offendit.Omnis homo mēdax. Septies in die cadit iuſtus.Prouerb.24.Non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonū, & non peccet. Cùm ergo in cæteris lapſus ſit turpis:in doctore , qui cæterorum lux eſſe debet, turpiſsimus erit. Et quò eſt editiore loco & gradu cōſtitutus, eò grauior & periculoſior eſt eius lapſus.Nam doctorū uita eſt omnibus conſpicua. Quo fit ut corū uitia facile in alios manēt,magiſtrorū autoritate commendata.Facile plebs ait,doctor noſter hoc agit : licet ergo nobis quibus agendi rectam uiam aperit.Doctorem ſuorum facinorum uelamen habent.Mobile mutatur ſemper cum principe uulgus.*

Si quis

Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir, potēs etiam fræno circunducere, &c. *Exemplo linguæ ad inſtitutū ſuum aptiſsimo probat Apoſtolus quàm multis offendimus omnes. Argumētaturq́; à minore ad maius. Si quis non offendit, id eſt, non peccat uerbo: hoc eſt, Si quis poteſt coërcere linguam, hic eſt, hoc eſt, uideri poteſt uir perfectus, potens etiam circunducere fræno totum corpus, id eſt, qui poßit & reliqua ſua membra moderari, & res ſuas omnes ſanctè componere. Ab oppoſito, non mirenur ſi in multis offendimus omnes. Quia ſi lingua noſtra minimo corporis offendimus, quantum igitur omnibus membris peccabimus? Quare cùm tanta ſit ad peccandum procliuitas, atq; turpiſsimum ſit doctori labi, non eſt ambiendum aut affectandum docendi munus.*

Linguam coërcens eſt perfectus.

Si autem equis, &c. *Totius huius loci ſcopus eſt, linguā coërcendā eſſe. Magna eſt linguæ uis & energia, quam aptiſsimis ſimilitudinibus declarat. Harū ſimilitudinū ſenſus planus eſt, & cuius facilè obuius. Explicabimus tamen aliqua ad inſtitutū Apoſtoli pertinētia. Quod frænū equo, & temo, ſiue gubernaculū, naui eſt, hoc homini lingua. Equi frænis gubernātur, naues remis et gubernaculis regūtur iuxta ſeſſoris et nautæ arbitriū. Atq; ut hæc puſilla inſtrumēta magnā molē circūagunt: ita lingua puſillū membrū, ingentia proijcit ſiue bona, ſiue mala. Lingua magna exultat, id eſt, iactat, et res maximas adornat, aut magnificè ſe iactat. Puſilla quidē lingua eſt, ſed turgida & iactabunda, latè miſcens exitiū, & ingentes excitans tumultus, totos populos & regna inter ſe cōmiſcēs, niſi cohibeatur fræno rationis, et dirigatur temone charitatis. A uentis ualidis minētur, dixit, id eſt, agitētur ſiue uehantur. Tertia cōparatio.*

Lingua coërcenda.

Linguæ uis & energia.

Ecce quantus ignis, &c. *Vt ignis paruus magnā ſyluā incendit: ita lingua magna excitat incommoda. Lingua ignis eſt, neq; abſimilis ſpecie et colore ignis, neq; aliter uolubilis ac rotatilis quam eſt flamma, ideoq; & ignis dicitur, quo ſcilicet nos atq; alios incendimus, ſeducimus, ad iracundiā prouocamus, atq; perdimus. Lingua eſt uniuerſitas, id eſt, ſumma cōgregatio, & cōgeries, iniquitatis, id eſt, uitiorū omnium. Vt ſæuū illud ſyluæ incēdiū ex una natū eſt ſcintillula, ita puſillū quidē membrū lingua eſt, ſed ex ipſa eſt ſumma humani generis pernicies. Lingua cōſtituitur in membris noſtris, id eſt, in corpore noſtro: quæ ſi uirulenta eſt, maculat, id eſt, corrumpit totū corpus, hoc eſt, totum hominem, ſeu omnē noſtræ uitæ rationem, ſeu totam actionē & uitā hominis. Et lingua inflāmata, id eſt, afflata à gehenna, hoc eſt, ex igne gehēnæ ſeu ex impio ſpiritu inflāmat, id eſt, comburit et conſumit rotam natiuitatis noſtræ, id eſt, totā uitæ noſtræ reuolutionē, etiā à cunabulis ad extremū uſq;. Rotā natiuitatis iuxta Hebraiſmū dicit, id eſt, totam uitam noſtram, principiū, medium & finem. Atq; ut rota incenſa comburitur circunquaq;: ſic uita noſtra circūquaq; conſumitur à lingua uirulenta & impia. Rogabis, Vnde linguæ tanta malitiæ & iniquitatis energia? Reſpōdet Apoſtolus, Non à Deo autore & conditore linguæ, qui linguam dentibus circundedit, pro uallo, & labia admouit, ut circunſpectè, conſideratè & attentè loqueretur. Sed hanc accepit malitiæ uim ab impio ſpiritu inflammāte animum ad malitiam paratum: cuius lues per linguam, tanquam per òrganum, in maiorem prorumpit malitiam. Si ergo equis fræna, & naui temonem & clauū adhibemus, ut ſeſſoris & nautæ arbitrio regantur: erit diligentius lingua coërcenda fidei & charitatis perfectæ repagulis.*

Lingua igni non abſimilis.

Rota natiuitatis.

Omnis enim natura beſtiarum & uolucrum, &c. *Peruenuſta collatione declarat quàm difficile ſit linguam coërcere. Sunt inter bruta, ferociſſima: ſed nullum tam ferox quod non cicuretur, et manſuefiat ab homine, cui dominiū atq; po-*

Linguæ cohibitio difficillima.

teſtas tradita eſt à Deo, Geneſ.1.cap. Dominamini piſcibus maris & uolucribus cœli & uniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. Manſueſcunt tigrides, autore Plinio lib.8.cap.17. Aquilæ & uolucres. Et cetorum, id eſt, piſcium marinorum. Nam manſueſcunt & beluæ marinæ, ut delphines autore Plinio. A' natura humana, id eſt, ab homine. Nullus autem poteſt domare, id eſt, coercere, & obedientem reddere, linguam iniquam, quæ eſt malum inquietum, id eſt, incoërcibile, incohibile. Atq; eſt plena ueneno mortifero, id eſt, letali. Ex his colligimus Apoſtolũ docere linguam duplici malo laborare, feritate incoërcibili, & ueneno letali, id eſt, detractione, contumelijs, ſeminario diſcordiarum. Ieremiæ 9. Sagitta uulnerans lingua eorum.

Lingua duplici malo laborat.

In ipſa benedicimus Deum & patrem: & in ipſa maledicimus homines, &c. Exegeſis expoſitioq; eſt illius quod dixit, linguã eſſe malũ incoërcibile, & letale uenenum: ſed ſpeciatim explicat, quod in genere oſtendit. Obſerua, Quia lingua proximior nobis, & magis cognita eſt, quàm animus, ideo illi tribuimus malitiam, cùm reuera malitia ſit in animo: ſed mali animi organum & index eſt. Vnde cùm uidemus linguam petulantem, & animum petulantem dicimus. Non fit hic mentio ab Apoſtolo de his, qui nomen Domini blaſphemant, quos notũ eſt impios eſſe: ſed de his, qui quũ ſe Chriſtianos iactitabant, conuicijs interim & iniurijs proximos proſcindebant. Videtur iſte eſſe Apoſtoli ſenſus: Cùm Deus creaturas ſuas bonas, & in finem bonum crearit, ut illis utamur: quid decet Chriſtianum uirum lingua abuti, quæ organum ſpiritus eſſe debet, dataq; ſit ad Dei laudem, & proximi ædificationem? Peruertit ergo Dei ordinem, quum ex ore eius promanat laus Dei, & proximi iniuria. Sunt igitur abijciendi, qui ſe iactant Chriſtianos benedicẽtes Deum, dum interim famam hominis (qui eſt imago Dei) proſcindunt. Ex ipſo, id eſt, eodem ore procedit benedictio & maledictio, id eſt, bonũ & malum. Hos auerſatur Dominus per Prophetam Pſal.49. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu uerò odiſti diſciplinam, & proiecciſti ſermones meos retrorſum. Si uidebas furem currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Sedens aduerſus fratrem tuũ loquebaris, &c. Huiuſmodi ſunt, quorũ ſermo è ſpelæo ſeu ſpelunca cordis ſarcaſmum, id eſt, iocum cum amaritudine habet. Non ſunt ergo mala immiſcenda bonis. Non poteſt ex eodem animo malum & bonum emanare. Aut bonum erit, aut malum, dicebat ille, Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit. Bonum eſt ex integra cauſa, malum uerò ex defectu unius. Vides'ne linguæ uenenum, quo qui proximi famam lædit ſeipſum occidit, teſte Ioanne in priore canonica, Qui odit proximum, homicida eſt?

Malitia eſt in animo.

Lingua index eſt animi.

Linguæ uſus datus in ædificationem.

Sarcaſmus.

Non oportet fratres mei hæc ita fieri, &c. Vim & malum linguæ declarauit: Nunc cõcludit coërcendam eſſe, dicens, Non oportet hæc ita fieri inter Chriſtianos, ut quis uno ore benedicat & maledicat. Oſtenditq; hoc pugnare cum rei natura, adducẽs duas parabolas. Nunquid, quaſi dicat, non, fons emanat, id eſt, ſuffundit de eodem foramine aquam dulcem & amarã? Nunquid poteſt ficus facere, id eſt, producere uuas, & uitis ficus? Hoc reuera prodigioſum eſſet. Simile uidetur, Quod falſus fons ſuffundere non poteſt aquã dulcem. An non etiã cum natura pugnat eundem hominem ex eodem corde per eandem linguã, iniuriam & laudẽ, pietatem & impietatẽ, mortem & uitã, ueritatem & mendaciũ depromere? Sũmo ergo ſtudio coërcenda eſt lingua. His parabolis non abſimilia ſunt, quæ Chriſtus Matth.12. dicebat, Aut facite arborem bonã, & fructũ eius bonũ: aut facite arborem malam, & fructũ eius malum.

Lingua coërcenda.

ſiquid

ſi quidem ex fructu arbor cognoſcitur. Progenies uiperarum, quomodo poteſtis bona
loqui, quum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono
theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. Rurſus Luc. 6.
& Matth. 7. Nunquid colligunt de ſpinis uuas, & de tribulis ficus?

Quis ſapiens & diſciplinatus inter uos? Oſtendat ex bona con-
uerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ, &c.

Superius arguerat quoſdam indoctè doctos, qui munus docendi & prædicãdi ambie-
bant, ut per hoc ſapientes uiderentur. Vnde inter eos multæ ſuboriebantur conten-
tiones, neq; doctori, neq; Chriſtianæ profeßioni reſpondentes. Quis ſapiens & diſci- Diſciplinatus.
plinatus, id eſt, ſcientia præditus inter uos? Ac ſi diceret, Cùm tanta ſit uobis docendi
libido & ambitio, ſi quis eſt inter uos, qui uidetur ſibi ſapiens & ſcientia præditus,
unde ſufficientem & idoneum ſe putauerit, ad munus docendi obeundum: is oſten-
dat, id eſt, proferat operationem ſuam, id eſt, opera ſua ex bona conuerſatione: id eſt,
oſtendat conuerſationem ſuam ſanctam & bonam eſſe, operibus ſpiritualibus, in man
ſuetudine ſapientiæ, id eſt, cum manſueta ſapientia, id eſt, cũ lenitate & comitate uer- Manſueta ſapientia.
borum ac morum, non autem auſteritate & ferocia. Hæc manſuetudo omnibus homi-
nibus pulchra & conueniens eſt: in doctore autem pulcherrima, & aptißima, qua ut
perſuadeat, pellicit. Hac potißimum opus eſt, ubi afflictæ & deſperabundæ ſunt con-
ſcientiæ, ubi infirmitas peccat, ignorantia ac ſimplicitas. Qui ergo in puritate uitæ, in
moribus purgatis & ſapientia non rixoſa, ſed manſueta uiuit & uerſatur: is reuera
docendi prouinciam accipere poteſt, ſi mittatur. Quòd ſi zelum amarum habetis, &
contentiones ſint in cordibus ueſtris, hoc eſt, ſi moroſi atque inuidi eſtis propter ſa-
pientiam & eruditionem ueſtram, facto oſtenditis uos neq; Chriſtianos, neque diui-
na præditos eſſe ſapientia, quæ contentioſa non eſt. Sapientia cœleſtis, quæ eſt cogni
tio Dei, & uiua fides non pro ſuis opinionibus contendit, ueluti uos, ſed pro gloria Sapientia cœleſtis.
Dei. Nolite gloriari, quaſi perfecti. Nolite mendaces eſſe aduerſus ueritatem, quaſi uo
bis uideamini conſummati Chriſtiani & doctores. Veritas enim Euangelica, quæ uo-
bis aduerſatur, damnabit uos impietatis & mendacij. Docet enim neminẽ ſapientem,
qui non ſe agnouerit, & iuxta Charitatis præſcriptum inſtituerit, ut ſe totũ Deo &
proximo dedat. Vt autem oſtendat hos uanam habere ſapientiam, & mendaces, ait,
Non eſt enim iſta, id eſt, uana ſapientia, quam iactant, deſurſum deſcendens à patre lu
minum: id eſt, non eſt cœleſtis & ſpiritalis. Hanc pater cœleſtis (à quo omne bonum)
non inſufflat, ab eo originem non ducit. Sed eſt terrena, id eſt, non ſyncere repurgata,
ſed animalis, id eſt, naturalis, quam homo excogitat, quæ affectibus corrupta ex carne
& ſanguine naſcitur. Sed diabolica ſeu dæmoniaca, id eſt, quæ à dæmone ſuggeritur, Animalis ſapientia.
& ortum habet. Vnde Paulus 1. Timoth. 4. uocat doctrinas dæmoniorum. Hæc eadem
explicat per ſubiunctam ſententiã: Vbi enim zelus, id eſt, æmulatio, inuidia, & con-
tentio, id eſt, rixæ, & ſectæ, ibi eſt inconſtantia, id eſt, tumultus & ſeditio, imò omne
opus prauum: id eſt, quicquid operantur huiuſmodi æmuli & contentioſi, malum eſt,
cùm à radice mala, eorum prodeant opera. Eſt ergo uobis certißimum argumentum
quòd non eſtis ſapientes, cùm ſitis contentioſi & æmuli.

Quæ autem deſurſum eſt, &c. *Hæc eſt altera pars antitheſis, oſtẽdens ſa-*
pientiam cœleſtem & eius partes. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, id eſt, ſapiẽtia
cœleſtis & ſpiritalis, Primum quidem eſt pudica, id eſt, caſta, & nullis prauis affecti- Sapientia cœleſtis.
bus inquinata. Deinde pacifica, id eſt, nõ ſuſcitans rixas & ſeditiones. Modeſta, id eſt, Pudica. Pacifica.

Suadibilis. Plena miſericordia. Plena fructib' bonis.

non moroſa,humana.Suadibilis,id eſt,tractabilis,et cui facilè perſuadeatur. Plena miſericordia,quæ miſeris & afflictis indoleſcit,clemens et miſericors, nihil nō faciens ut lapſi & errātes reſipiſcāt.Plena fructibus bonis:id eſt,ſemper de omnibus bene merentur,deſperabūdos in ſpem reducēs,lapſos releuās,errabūdos ad uiā ueritatis reducēs, indoctos docēs,ocioſos excitās & extimulās.Iudicās ſine ſimulatione, nihil ſimulat, eſt abſq; fuſco & hypocriſi aut fraude,atq; ne tantillū quidē à ueritate abduci poteſt.

Seminandū eſt ſemper in Dei Eccleſia. Satores oportet eſſe pacificos.

Fructus autem,&c. *Concludit Apoſtolus elegāti ſententia. Scio(ait Iacobus) ſemper in Eccleſia ſerendum eſſe,ut colligatur meſſis, & fructus ex ſemine. Quo fit, ut opus ſit ſeminatoribus,ut iuſtitia promoueat in Dei Eccleſia. Non eſt opus æmulis & contentioſis magiſtris ueluti ſatoribus,ſed pacificis,et qui paci ſtudeant. Fructus iuſtitiæ,ſupple Euangelicæ ſeminatur in pace,id eſt,campo et agro pacifico,hoc eſt, in corde pacis & ueritatis amatore,à facientibus pacem,id eſt,à præceptoribus (qui ſunt ueluti ſatores & ſeminatores in Eccleſia Dei) facientibus,id eſt,ſeminantibus pacem,id eſt, ueritatem Euangelicam, tum uerbo, tum opere. Vt lis ex lite, ita iuſtitia Euangelica ex pace. Si pacifici ſeminauerimus,iuſtitiam metemus. Omne enim quod hic agimus,ſemen eſt futuræ retributionis. Ipſa autem retributio, fructus eſt operum præſentium, autore Paulo ad Galat.6. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua,de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu,de ſpiritu metet uitam æternam.*

CONCILIATIO.

Chriſtus poſitus in ruinam & reſurrectionem multorū. Chriſtus fidelibus eſt reſurrectio,incredulis autem lapis offenſionis. Chriſti doctrina.

QVID HIC *Iacobus ſapientiā cœleſtē, id eſt, doctrinā Dei uocat pacificā, quū totus mundus ad prædicationē Euangelij tumultuetur bellis,rixis plenus, ut nūc uidemus?* RESPONDEO, *Chriſtus iuxta Simeonis reſpōſum, poſitus eſt in ruinā & reſurrectionē multorū in Iſraël. Fidelibus eſt reſurrectio & uita:incredulis uerò lapis offenſiōis & petra ſcādali. Pijs doctrina Chriſti affert gratiā et pacē,remiſſionē peccatorū,& cōſciētiæ ſecuritatē: Impijs autē & obſtinatis eſt occæcatio, menſa eorū corā ipſis in laqueū,& in captionē,& in ſcādalū. Dedit enim illis Deus ſpiritū cōpunctionis,oculos ut nō uideāt,aures ut nō audiāt uſq; in hodiernū diē, Iſaiæ 6. Ro. 11. Regnū Chriſti ſemper paci ſtudet: Regnū uerò Satanæ ſemper interturbat regnū Chriſti,iniurijs,ſeditionibus,cōuicijs,tumultibus. Chriſtus ſemper colligit & ædificat: Satan aſſiduè diſpergit & deſtruit. Chriſtus pacē affert,nō pacē externā,imò gladiū aduerſus mundū. Pacē autē internā & quietā conſcientiam largitur. Eſt enim pacis Deus & non diſſenſionis: Satan ſemper bella parat. Quare pijs perpetuū eſt bellū cum regno tenebrarum: & quotquot ſeditioſi ſunt,ad regnum Satanæ pertinent.*

Seditioſi ad regnum Satanæ pertinent.

DICTIO.

Vniuerſitas iniquitatis.

VNIVERSITAS *iniquitatis, Græcis eſt* κόσμος, *id eſt, Mundus. Eſt autem aliquando mundus cumulus rerum ſimul repoſitarum, unde mundum muliebrem dicimus,cultum & ornatum.*

Ceti. Marinæ beluę manſueſcunt.

CETORVM *legunt,non cæterorum. Nam Græcis eſt* ἐναλίων, *id eſt, marinorum. Manſueſcunt enim & marinæ beluæ,ut delphinus.*

Emano.

EMANO *penultima producta,quod eſt per partes minutiſſimas ſtillo.*

Diſciplinatus.

DISCIPLINATVS, *ſciētia præditus dicitur,quē neoterici ſciētificū dicūt.*

Animalis.

ANIMALIS *hîc dicitur ab anima* ψυχικὸς, *ſic enī aliquādo uocat affectū humanū,ut opponamus ſpiritui. Animalis dicitur affectibus & corruptiōi obnoxius. Spiritalis uerò,q ſub imperiū ſpiritus cōceſſit,ab affectibus ipuris et corporeis repurgatus.*

SVAD

SVADIBILIS pro tractabili & morigera ponitur, & cui facilè perſuadeatur. ZELVS more ſcripturæ nõ ſignificat iram, qualis eſt inter inimicos, ſed eã quæ ex ardenti amore proficiſcitur, ueluti cùm parẽtes ob aliquam offenſam liberis ſuccẽſent, non quòd eis male uelint, ſed eo ipſo oſtendunt ſe erga eos amantiori eſſe animo. Interdum zelus ſignificat inuidiam, aliquando furorem. Zelum excitare apud Iſaiam 42. cap. eſt uindictam ſumere. Hoc loco accipitur pro æmulatione & inuidia.

Suadibilis, Zelus.

Zelum excitare.

Affectibus non indulgendum. CAP. IIII.

Concupiſcen.] uoluptatibus, libidinibus, cum id, ſequimur quod animo collibuit.
Occiditis &] inuidens.

VNde bella & lites in uobis? Nónne ex cõcupiſcẽtijs ueſtris quę militãt in mẽbris ueſtris? Cõcupiſcitis: & nõ habetis. Occiditis & zelatis: & nõ poteſtis adipiſci. litigatis, & belligeratis. non habetis, propterea quòd nõ poſtulatis. Petitis et nõ accipitis, eò quòd malè petatis: ut in cõcupiſcẽtijs ueſtris inſumatis. Adulteri, neſcitis quòd amicitia huius Mũdi, inimica eſt Dei? Quicũq; ergo uoluerit amicus eſſe ſeculi huius: inimicus Dei cõſtituitur. An putatis quòd inaniter ſcriptura dicat, Ad inuidiã concupiſcit ſpiritus qui habitat in uobis? Maiorem autẽ dat gratiã. Propter quod dicit, Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autẽ dat gratiã. Subditi ergo eſtote Deo: reſiſtite autem diabolo & fugiet à uobis. Appropiate Deo: & appropinquabit uobis. Emũdate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate. Riſus ueſter in luctũ conuertatur, & gaudiũ in mœrorẽ. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit uos. Nolite detrahere alterutrũ fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrẽ ſuum: detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis, ſed iudex. Vnus eſt enim legiſlator & iudex qui poteſt perdere & liberare. Tu autẽ quis es qui iudicas proximũ tuũ? Ecce nũc qui dicitis, Hodie aut craſtino ibimus in illã ciuitatẽ, & faciemus ibi quidẽ annum, & mercabimur, & lucrũ faciemus (qui ignoratis quid erit in craſtino. Quæ eſt enim uita ueſtra? Vapor eſt, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur) pro eo ut dicatis, Si Dominus uoluerit, & ſi uixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autẽ exultatis in ſuperbijs ueſtris. Omnis exultatio talis, maligna eſt. Scienti igitur bonum facere, & non facienti: peccatum eſt illi.

Bella. Concupiſcentiæ.
Oratio.
Amicitia Mundi.
Geneſ. 6, 2, 8, d
habitat] uel habitauit. domicilium elegit.
Prouerb. 3. d
1. Pet. 5. b
Subditi Deo.
Epheſ. 4. f
Peccatores.
Miſeri eſtote] affligimini. uox Græca à tolerantia dicitur.
1. Petri 5. b
Detractio.
Alterutrum] uobis inuicem
Rom. 14. a
[...]imus] eam[...]. [...] uertẽda ſunt [...]rba ſequen[...] [...] per futurũ [...]peratiui. [...]id erit in cra[...]no.] quæ ſit [...]ſtinæ diei [...]tuua. [...]terminabi[...]] euaneſcit [...]t dicatis,] [...]d dicere [...]eritis.
Vita noſtra uapor.

Vnde bella & lites, &c. Dixeram (ait Iacobus) Iuſtitiam & pacem decere [Chri]ſtianos. Sed inter uos neq; iuſtitiæ neq; paci eſt locus. Veſtrũ ſtudium in hoc totum

tum

tum eſt,ut auaritiæ detis operam,& concupiſcatis.Quo fit ut à uobis omnia prodeāt mala,tanquam à radice auaritia in uobis dominante.Vnde bella & lites,id eſt,ſectæ & cōtentiones in uobis,id eſt.inter uos? Non à Deo,qui malorum & ſcelerum autor non eſt,ſed pacis,ne quis fortè tam impudenti animo ſit, qui reijciat culpam ſuam in Deum, ueluti in autorem ſui criminis. Quem errorem abundè confutauimus ſuprà, primo cap.Non'ne ex cōcupiſcentijs ueſtris? Quaſi dicat, Neceſſe eſt dicatis,diſsidiorum ueſtrorum, ueſtrarumq; contentionum ſeminaria eſſe ueſtras cupiditates. Quæ concupiſcentiæ militant,id eſt,uigent,ſeu pugnant contra ſpiritum,regnantes in membris ueſtris,id eſt,in uobiſipſis. Hoc dictum eſt iuxta morem Hebraicum,ſicut Paulus ait Rom.7.Inuenio legem in membris meis,id eſt,in meipſo.

Cōtentionum ſeminaria ſunt cupiditates.

Membra pro homine.

Concupiſcitis,& non habetis.occiditis,& zelatis:&c. *Vitiorum exercitum expendit,oſtendens cōcupiſcentias in cōtentioſis dominari. Concupiſcitis, alius enim concupiſcit gloriā,alius lucro inhiat,hic ſtudet regno, ille uoluptatem ueuatur : Vultis ſapientiores eſſe alijs:Impenſe ſtudetis commodis ueſtris,aliorum rebus uel neglectis uel etiam afflictis.Et non habetis,id eſt, neq; aſſequimini quod tam uehementer appetitis,neq; ſapiētes eſtis,ſed inſipiētes.Omnis enim falſa doctrina ex concupiſcentia ſuboriri ſolet.Qui concupiſcunt,nunquā recta monenti,aut ſimplici uerbo Dei cedere uolunt. Occiditis,& zelatis,id eſt,Cum tam uhementer appetita non eſtis aſſequuti,diſcruciamini,incenſi auaritiæ flammis,in cædes prorumpitis,& inuidetis alijs prudentioribus uobis. Et dum uobis placetis, ueſtriq; admiratores eſtis, odio habetis reliquos.Quò fit ut cùm non poßitis adipiſci,quia non imitamini charitatem (quæ 1.Corinth.13.cap.non æmulatur,non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa,non quærit quæ ſua ſunt,non iritatur,nō cogitat malum,non gaudet ſuper iniquitate,congaudet autem ueritati:omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet) Litigatis,& belligeratis:id eſt,pugnatis contra alios,alijs non uultis cedere,protruditis competitorem, inuidetis aſſequuto,decertatis cum eo qui uidetur aſſequuturus.Tumultuatur ille cupiditatū exercitus in pectore : ſed foris,lingua, manus, brachia, pedes, caput,ungues, & reliqua corporis membra cum proximo pugnant. Non habetis,propterea quòd non poſtulatis,ut oportet ſupple,& docui ſuperius primo capite.Videmini ſuperbi & Dei contemptores,putantes uos ueſtro marte,litigio & tumultuatione aſſequuturos quod à Deo petendum eſt.*

Concupiſcentia primas habet in contentioſis.

Doctrinæ falſæ origo.

Cupiditatum exercitus.

Petitis,& non,&c. *Occupatio eſt.Dicent fortaſſe,Lucro inhiamus,Et quę res cōcupiſcimus,hoc facimus,nobis & noſtræ familiæ proſpiciētes. An non uiri boni eſt, proſpicere uxori & liberis?Reſpōdet,Eſt utiq;. Sed uiri Chriſtiani eſt malis artibus non uti,ſed Deo fidere (quē precibus cōtinuis ſolicitare debet) & rationibus honeſtis ſibi & ſuæ familiæ proſpicere.Petitis,ſed non hoc quod oportet,neq; quomodo oportet:ut in concupiſcētijs ueſtris inſumatis:id eſt,ut in uſum impium impēdatis,expleaturq; uoluptas ueſtra. Paup enim opes petit:has aſſequutus dū eſt,ſui oblitus magnificas ædes extruit,uoluptati indulget,luxu diffluit,faſtu turget. Alius doctrinā poſtulat,qua potitus ſuperbit,nemini cedit,cōtētioſus fit. Rebus externis, & effectis ipſis, quo quis ſit animo cognoſcitur.Nolite ergo mirari,ſi nō aſſequamini petita. Nō enim poſtulatis ex fide ſecundū uerbū Dei,ſed ad explendā uoluptatem,& affectuū carnis ingurgitationē,ut opiniones,ſectas,& concupiſcentias ueſtras confirmetis,nihil pro gloria Dei,aut ueritate Euangelij faciētes.Chriſtianus animus nihil iuxta ſuū affectū rogat,ſed omnia Dei uoluntati & beneuolentiæ committit,dicens, Fiat uoluntas tua:*

Viri boni eſt proſpicere ſibi & familiæ.

Malis artibus non eſt utendū.

Bonis abutuntur qui ſui obliuiſcuntur.

Effectis cognoſcitur animus.

Fidelis omnia Dei beneuolentiæ committit.

gloriam

gloriam tribuens Deo, & ſeipſum abnegans, is iurè orat ſecundum uerbum Domini, &
exauditur. Iſta eſt fiducia noſtra, quam habemus apud Deum, 1. Ioan. 5. Quia quodcunq;
petierimus ſecundum uoluntatem eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quicquid pe- Fiducia ad Deum.
tierimus, ſcimus quòd habemus petitiones, quas poſtulauimus ab eo. Benigniſsimus pater
non tribuit nobis, quæ iuxta affectus petimus, ſed quæ uel ipſum dare, uel nos accipere, Deus petentibus dat, quæ danda cognoſcit.
decet. Petamus ergo in fide, iuxta Dei uoluntatem, non autem ſecundum noſtros affectus,
ne noxia pro ſalubribus petamus, ſed in fide, ut quæ nobis uſui & neceſſaria ſunt certò
conſequamur.

Adulteri, neſcitis quòd amicitia huius Mundi, inimica eſt
Dei, &c. Allegoricè loquitur Apoſtolus explicans charitatem Dei erga ipſos concu-
piſcentes, quos ſibi fide uiua deſponſat. Atq; ut Paulus auaros idololatras uocat, ita Ia-
côbus deditos pecuniæ & auaritiæ, adulteros. Vt enim uxor alieno uiro iuncta, adultera
eſt: ita & anima Mundo (qui nihil cum Deo commune habet) adhærens, adulteratur. Anima mundo iuncta, eſt adultera.
O` adulteri, id eſt, O` qui à Chriſto duce & Imperatore ueſtro ad caſtra Mũdi, & car- Adulteri.
nis defeciſtis, an neſcitis quòd amicitia huius Mundi, inimica eſt Dei? Hic locus non ab-
ſimilis eſt ei Roma. 8. Nam prudentia carnis, mors eſt: prudentia autem ſpiritus, uita &
pax. quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo: Legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim
poteſt. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Concluſionem ſubiungit, Ergo
qui uoluerit eſſe amicus ſeculi huius, conſtituitur inimicus Dei: qui non magis fert Chri-
ſtianum inire amicitiam cum Mundo, quàm uir uxorem ſuam cum adultero hoſte iungi.
Iuxta morem Hebraicum uocat adulterium magnam perfidiam, & turpem à Deo deſe-
ctionem. Adhæreamus ergo fide uiua Chriſto, & eius ſponſæ Eccleſiæ, ne adulteros nos Adulterium.
deprehendat, id eſt, ingratos & perfidos, adulterinos, &, ueluti reprobatum numiſma,
in ignem conijciendos.

An putatis, quòd inaniter Scriptura dicat, Ad inuidiam con-
cupiſcit ſpiritus, qui habitat in uobis? Docui uos, quàm turpe ſit, & da-
mnatione dignum, ſi mens fidelis & ſponſa Chriſti cum iniquo mammona, & Mundo
rem habuerit. Quod manifeſtum eſt ex omnibus Scripturis, Deum zelotypum explican-
tibus, quas hic una ſententia comprehendo, An putatis, quòd Scriptura dicat inaniter?
Ac ſi dicat, Si uerum eſt, ut falſum eſſe nequit, id, quod prodidit Scriptura, nempe quòd
ſpiritus, ſupple ſanctus, quo ſignati eſtis in die redemptionis, Et qui habitat, pro habita-
uit, in uobis, concupiſcit ad inuidiam, id eſt, aduerſus odium cõcupiſcit, inuidet uos alteri,
utputa mammonæ iungi. Ex 20. capit. Exodi deſumptus uidetur hic locus, ſignificans
Deum zelotem & zelotypum, ut reſpõdeat metaphoræ ſuperiori de adulterio. Deus in-
uidet Mundo lucranti, & in ſui amorem animas fideles pellicienti. In bonam partem ſu- Deus zelotes.
mit hoc loco Iacôbus inuidiam pro zelotypia, ſecundum quam Scriptura Deum uocat
zelotem, non ſolum ut inſinuet flagrantiſsimam Dei in nos amicitiam, ne pereamus: ſed
etiam ut exprimat uindictam & ultionem diuinam, quæ ex hoc zelo ſequetur. Neceſſa- Zelotypia.
rium ergo eſt omnino ſponſum Chriſtum præ omnibus diligamus: & omnia ei aduerſa
contemnamus. Intelligamus adhæc Spiritum ſanctum in nobis habitantem exigere à no-
bis charitatem & miſericordiam, non odium, rixas, aut contentiones, perpetuamq; eſſe
ſpiritui cum carne pugnam. Roma. 7. Galat. 5.

Maiorem autem dat gratiam. Occupatio eſt. Dicetis fortaſſe, Rem à no-
bis omnium difficilimam exigis. Reſpondet Apoſtolus, Hanc quam à uobis requiro ope-
ram, nemo ſuis uiribus præſtare poteſt. Sed certò ſcio, Deum non ſuis defuturũ. Propterea Deus ſuis præſto eſſe ſolet.

tum eſt,ut auaritiæ d[illegible] *impendatis amorem, Qui dat maiorem gratiam, mala,tanquam à r*[illegible]*ras fieri non poteſt, eam operam præſtetis: ſed in hoc & cõtentiones* [illegible] *poſitis. Hoc adiutore neque Mundus,neque aſcelæ non eſt,ſed p*[illegible] *ne in conſpectum quidem prodire,tantum abeſt auer-Deum, u*[illegible]*, Maiorem autem dat gratiam:appendit proximè, quę primo c*[illegible]*piſcit.Non abſimilem addit in Exodo, cap.20. Faciens rum u*[illegible] *diligunt me:quæ appenditur huic,Ego ſum Deus zelotes. conc*[illegible]*nos deſpõdere,cùm auditis tantum exercitum aduerſus uos. br*[illegible] *habitat, uires ſuppeditabit.Reſiſtendo uincetis, ubi ſpiritus at*[illegible] *uictoria,quæ uincit mundum,fides noſtra.Et 1.Corinth.15.* [illegible]*bis uictoriam per dominum noſtrum* IESVM *Chriſtum.In* [illegible]*phis, non in ſolis noſtris uiribus. Quare non adulteremur,ſed* [illegible] *adhæreamus: qui uires ſuppeditabit aduerſus omnes Mundi* [illegible]

Cõtentionum ſeminaria ſunt cupiditates.

Membra pro homine.

Concupiſcentia primas habet in cont[illegible]tioſis.

[illegible]uod dicit, Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem [illegible] *Argumento ab autoritate Sapientis, Prouerb. 3. quam iuxta ſenſum* [illegible] *adulteros,ſeu legis diuinæ contemptores perterret, & manſuetos con-*[illegible]*quod, Quaſi dicat, ut intelligatis,quanto zelo Deus ſuis prouideat,&* [illegible] *cathedra peſtilentiæ deturbet, Scriptura ſupple dixit, Deus reſiſtit ſu-*[illegible] *ſuperbos imbelles reddit,abijcit,humiliat.Aut,ut Prouerb.3.dicitur,Deus* [illegible]*res.humilibus autem,id eſt,manſuetis & ſpiritalibus dat gratiam.*

Doctri[illegible] ſæ ori[illegible]

[illegible]iti ergo eſtote Deo: reſiſtite autem diabolo: & fugiet à [illegible] *Cùm Deum tam propenſum ad nos amandum agnoſcamus,ut zelotypus à Scri-*[illegible]*catur, qui non fert animam fidelem neque mammonæ, neque Mundo ſiue iungi,* [illegible]*re: huic indiuulsè adhærete, atque ut ſponſa uiro obtemperat, ita & uos Deo* [illegible]*perate, & morigeros uos per omnia exhibete. Scio diabolum nihil non facturum,* [illegible] *ab hoc amore retrahat, & fœdere,atque amicitia uos ſibi coniungat: ſed adhæ-rentes Chriſto, reſiſtite fide, & fiducia in Chriſtum, diabolo. Qui ubi primùm ſenſerit uos adhærere Chriſto, & eius ſodalitium abominari, ſtatim uos metuet, & uelut tranſ-fuga à uobis fugiet.*

Appropiate Deo: & appropinquabit uobis. *Dixerat,Humilibus au-tem dat gratiam. Quò quis ſe humiliorem,& magis ſe abnegat,eò Deum proximiorem habet.Quare appropiate,id eſt,humilitate, ueſtri abnegatione, & uiua fide accedite ad Deum: & Deus non ſolùm appropinquabit nobis,ſed in uobis habitabit.Quò enim ma-gis Mundum & concupiſcentias fugimus,hòc propius accedimus ad Deum.*

Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. *Cùm Deum uobiſcum non habeatis, non eſt mihi alia nomenclatura, qua uos nuncupem, quàm peccatores, & duplices animo, quales eſtis, & uos ueſtris operibus manifeſtatis. Mutate mores, mutabo & nomen, alijsq; titulis uos ornabo. Cùm mihi res uobiſcum ſit, neceſſe eſt uos nuncupem: neque mihi nomen commodius eſt, quàm ut uos peccatores uocem. Alluſit hoc loco Iacobus ad id quod Iſaiæ 1. cap. ſcriptum eſt, Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis. Quie-ſcite agere peruerſe, diſcite bene facere: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo,iudicate pupillo, defendite uiduam. O' peccatores,emundate manus, id eſt, ceſſate à malis operi-*

bus & peccato: deſinite uitam polluere uitijs, bene agite, & multa bona opera facite. Per manus intelligit ſymbolum omnium noſtrarum actionum. Lauare ergo ſiue mundare manus, eſt ab omni genere mali abſtinere: Et ſi quæ ſunt malæ operationes, fide uiua lauandæ ſunt. Paulus 1. ad Timoth. 2. cap. iubet in oratione puras manus leuare, id eſt, mentem puram nullo ſcelere inquinatam eſſe. Ad hæc facit quod ſequitur, Et purificate corda ueſtra, duplices animo. O' duplices animo, id eſt, inconſtantes, hypocritæ, & qui utroque genu claudicatis: Vultis enim ſeruire duobus dominis, Deo ſcilicet & mammonæ, quod Dominus auerſatur dicẽs, Nemo poteſt duobus dominus ſeruire. Purificate corda ueſtra, id eſt, ueſtros affectus. Hypocritæ ſunt, qui manus ſuas aut faciem ſolum lauant, non autem corda purificant. Propterea uos adhortor, & manus & corda mundare, ut magno Dei beneficio donati, ſitis ipſius Chriſti, cuius ſanguine lauabimini, ſi ſyncera fide ad eum acceſſeritis.

Manus lauare.

Duplices animo.

Hypocritæ.

Miſeri eſtote, & lugete, & plorate. Riſus ueſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. *Peccatores, & animo duplices ad pœnitentiam hortatur, ut nunc lugeant, & tripudia cum Mundi gaudijs relinquãt, ne æternum lugeant & affligantur: alludens ad id quod Dominus dicebat Luc. 6. Væ uobis diuitibus, qui habetis conſolationem ueſtram. Væ uobis, qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ nobis, qui ridetis, nunc: quia lugebitis, & flebitis. Ita & noſter Apoſtolus ait, Miſeri eſtote, id eſt, affligamini, & pœnitentiam agite. Et lugete, & plorate, hoc eſt, luctum celebrate propter commiſſa peccata, quibus uitam perdidiſtis. Riſus ueſter in luctũ conuertatur, et gaudium in mœrorem, ne rebus præſentibus capti, æterna amittatis. Multos enim rerum proſperitas fallit & ſeducit: atque qui præſentibus lætisq; rebus hærent, amarum finem cõſequuntur. Nolim exiſtimes, Apoſtolum Dei damnare honeſta & moderata gaudia. Sed non uult Chriſtianum profuſum & petulantem eſſe in riſu, & gaudio. Hoc loco Apoſtolus non loquitur de miſeria culpæ, ſed quæ pœna & afflictio eſt: quam qui uolens ſuffert in carnis caſtigationem, bene operatur, cum Paulo dicente, Caſtigo corpus meum, et in ſeruitutem redigo. Huc pertinet, quod ſacer ille Bernardus de Chriſto dicebat, Miſericordiæ Domini multæ, ſed & miſeriæ Domini multæ. Ergo cùm dicit Apoſtolus, Miſeri eſtote: id eſt, corporales afflictiones & tribulationes pro gloria Chriſti libenter tolerate.*

Gaudendum et ludendum temporale.

Exhortatio ad pœnitentiam.

Miſeria duplex.

Miſeria pro pœna.

Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit uos. *Sermonem ſuum ad omnes dirigit. Humiliamini, id eſt, abnegate uoſmetipſos, in conſpectu Domini, omnem honorem Deo tribuite, nihil uobis adſcribentes, ſed omnia in Dei laudem referentes. Et exaltabit uos. Iſte eſt fructus ueſtræ humilitatis. Matth. 23. Qui ſe exaltauerit, humiliabitur: Et qui ſe humiliauerit, exaltabitur.*

Humilitatis fructus.

Nolite detrahere alterutrum fratres mei, &c. *Inuehit in detractionem præſentiſſimum uenenum concordiæ. Superbia liuorem parit, Liuor detractionem, quæ eſt læſio famæ proximi abſentis, ex liuore & uindicta. Prima fronte præceptum profert Apoſtolus, Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Prouerb. 4. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te. Prouerb. 24. Cum obtrectatoribus ne commiſceaeris. Pſal. 100. Detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. Cauſam appendit, cur proximo non liceat detrahere. Qui detrahit fratri, ſiue qui iudicat fratrem ſuum, ſupple, temerè, & ex inuidia, qua fratris abſentis famã lædit, detrahit legi, id eſt, peccat in legem, quæ prohibet ne detrahamus: Et iudicat legem, quam non approbat, ſed damnat & uilipendit: cui tamen uelit, nolit, ſubditus eſt. Bis ergo peccat, qui fratri*

Detractio uenenum concordiæ.

Detractio.

Detrahens fratri bis peccat.

detrabit : ſemel in proximum, quem lædit : Deinde in legem, quæ hoc uetat. Datáq; eſt
lex ut eam ſeruemus,non ut eam iudicemus.Huc pertinet,quod dicebat Chriſtus, Noli-
te iudicare,& non iudicabimini : nolite condemnare,& non condemnabimini.

Si autem iudicas legem : non es factor legis,ſed iudex,&c. *Vult*

Iudiciũ de pxi mo eſt Deo cõmittendum.

Apoſtolus committamus Deo functionem iudicandi de proximo. Legi obediamus negle
ctis prauis affectibus,& dominationem non ambiamus. Si iudicas,id eſt,damnas,& ui-
lipendis legem,non es factor legis,id eſt,non obſeruas legem : ſed iudex es, id eſt , iudi-
cem te facis illius,cui te ſubditum reddas neceſſe eſt.Arrogas tibi iudicis functionẽ, quæ
ad Deum (qui legis Dominus eſt) attinet.Ipſe enim eſt legiſlator & iudex,qui poteſt

Iudiciũ ſolius Dei eſt, & quibus id demandat.

perdere & liberare,id eſt,qui uitæ & necis ſolus poteſtatem habet. Probibet ne quili-
bet è plebe iudicet,cùm ſolius Dei ſit iudicium,& eorum quibus id demandat.Vt intel-
ligas Iacobum,non interdicere iudicio magiſtratibus, & his qui iudicis officio fungun-

Iudicium temerarium fugiendum.

tur,ſed uetat temerarium illud iudicium,quod ex inuidia & malo affectu proficiſcitur.

Tu autem quis es,qui iudicas proximum tuum ? *Temerarium iu-*
dicium reprehendit,& ab eo auertit.Si te ipſum agnoueris,nihil reuera autoritatis,aut
ſupercilij arrogabis,quo de fratre tuo iudices.Roma. 14. Tu quis es , qui iudicas alie-
num ſeruum?Suo domino ſtat,aut cadit.Et paulò pòſt , Tu autem quid iudicas fratrem
tuum ? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Itaque unuſquiſq; noſtrum pro ſe
rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus : ſed hoc iudicate magis,
ne ponatis offendiculum fratri,uel ſcandalum.hactenus Paulus. Ex his colligamus uerè
Chriſtianos proximorum errata non iudicare , ſed ferre & emendare iuxta charitatis
regulam,& præſcriptum.

Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut craſtino ibimus in illam ciui-
tatem,&c. *Faſtuoſa,pompoſa , & præſumptuoſa diuitum negotiatorumq; (quales*

Mimeſis.

etiam hæc ætas fert) uerba reprimit.Idq; facit per elegantem Mimeſim,ſiue alienorum
morum imitationem,dum eorum ſtultos, & uanos aduerſus diuinam prouidentiam ſer-
mones refert.Non probibet hoc loco Iacôbus negotiari , neq; de negotiationibus iuſtis
& neceſſarijs hic agit.Sed ut Chriſtus Luc. 12. reuocat ab anxio diuitiarum ſtudio,ar-
gumento à breuitate uitæ ſumpto : ita noſter Apoſtolus hos abducit à uanitate illa,qua
toti addicti ſunt rebus terrenis. Vnde in illis nullus Dei timor : quo ſublato,omne malũ
progerminat.Quid enim iſti non audent lucri auiditate occæcati ? Putant omnia ſibi li-
cere,dummodo ſignũ crucis negotiationi præpoſuerint,aut in rationarijs nomẽ IESV,
præſcripſerint,aut in trigeſimo numero,honorificam Dei mentionem faciant, dicentes,
Deus babeat partem,aut huiuſmodi:interim proximum fœnore premunt,numero frau-
dant,adultera pecunia decipiunt,iurant,deierant,peierant.Hi ſolis uerbis Chriſtiani ui-
deri uolunt,magnifica de Deo quandoq; pronuntiantes,intus autem ſubdoli, & hypo-
critæ ſunt,nihil aliud cogitantes,quàm de lucrãdi rationibus,negotiationibus,emporijs,
mercibus,& diuitijs,quibus coaceruãdis per fas & nefas graſſantur.Ecce nunc qui di-
citis, Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem. Verbi gratia,dicitis, Ibimus Eduam,
& faciemus ibi quidem annum,& mercabimur,& lucrum faciemus, poſteà in domum
reuertemur.Iſta ſunt uerba ueſtra faſtuoſa,& auaritiæ plena. Primò toti, lucro inhia-
tis,nulli addictos uos manifeſtatis,quàm mammonæ.Secũdò,quod ſolius prouidentiæ di-
uinæ eſt,& ad ſolum Deum ſpectat,uobis uendicatis : Nempe , cùm nemo ne unum qui-
dem diem ſibi polliceri poßit,uos pollicemini uobis totos annos,temerarij eſtis præſum-
ptores,cauete uobis ne cum illo præſumptore Luc.12.dicente, Anima mea,habes multa

bona

bona poſita in annos plurimos,requieſce,comede,bibe,epulare: terribili reſpouſo feria-
miini : Dixit autem illi Deus,Stulte,hac nocte animam tuam repetunt à te. Quæ autem
paraſti,cuius erunt ? Sic eſt,qui ſibi theſaurizat,& non eſt in Deum diues. Sed hos ſer-
mones & animos ueſtros inconditos ſale condiatis,& omnia uoluntati diuinæ commit-
tatis.Pro eo ut dicatis,quaſi dicat,illis uerbis abſit faſtus , & addite hæc cum humilitate
loquentes,Si Dominus uoluerit. Si ita uiſum gratumq́; fuerit Domino. Si uixerimus,&
uitam Dominus dederit,hoc faciemus. Ad hunc modum loquebatur Paulus ad Philip. 2.
Confido autem in Domino , quoniam & ipſe ueniam ad uos citò. Ab hac uanitate illos
reuocat,argumento ab incertitudine & breuitate uitæ humanæ ſumpto , quam per pa-
renthеſim huic òrationi aſſertæ,explicat : Quæ eſt enim uita ueſtra ? Quaſi dicat , Cur
tam ſoliciti eſtis de hac uita corporali,et ijs,quæ ad ipſam faciunt? Huic uni proſpicitis,
huic uni noctes & dies inquieti laboratis , & molimini. Nimirum uapor eſt ad modi-
cum,id eſt,ad breue tempus apparens,& deinceps exterminabitur, id eſt, mox euane-
ſcet.Quid igitur de uita noſtra promittere poſſumus,quæ in uniuerſum nihil ualet ? quæ
fugit uelut umbra,& durat breuiſſimis quibuſdam momentis,ut eſt in Prouerbio , Ho- Vita hominis
mo bulla eſt. Sophocles eandem ſententiam his uerbis expreſſit, Homo ſpiritus eſt , & bulla et uapor.
umbra tantum.Sed & Pindarus aliquid uanius de hominis uita inuenit & protulit, ni-
mirum : Vmbræ ſomnium. Sophocles. Pindarus.

Nunc autem exultatis in ſuperbijs ueſtris, &c. *Sententia eſt gene-* Gloriandum
ralis aduerſus omnem uanam gloriationem. Quæ ſancta ſunt (ait) negligitis,exultatis nõ eſt in rebus
in ſuperbijs ueſtris : id eſt,in diuitijs & negotiationibus ueſtris uanis gloriamini. Velim uanis.
uos ab huiuſmodi exultatione,& gloria alienos eſſe. Quia omnis talis exultatio, id eſt,
gloriatio,eſt maligna, & quæ uobis durum paritura eſt exitium , & pœnam non inte-
rituram.

SCIENTI *igitur bonum facere,& non facienti,peccatum eſt illi. Hæc ſenten-*
tia negotio,& Apoſtoli inſtituto maximè eſt cõueniens. Scopus Apoſtoli eſt,ueros,&
non hypocritas habeat Chriſtianos. Cum hi,aduerſus quos ſcribit, magnifica de Chri-
ſtianiſmo iactent,& ſeſe Chriſtianos plenis buccis dicant:factis exprimant, quod dicunt
& intelligunt.Quòd ſi ſecus faciunt,impij,& hypocritæ ſunt,non autem Chriſtiani:de
quibus maiores pœnas Deus ſumet. Scienti, id eſt, qui talentum hoc habet à Domino,
quòd ſciat legem ueritatis,& Euangelicam,quid eſt bonum facere,peccatum eſt illi non
facienti bonum,quod ex lege didicit faciendum.Ex his colligamus,grauius peccare,qui
quod agendum eſt,ex ſacra lectione didicerunt,& non faciunt,cum operandum eſt,po- Sciens grauius
tius ſequentes corruptiſſimos ſuos affectus , quàm qui nondum didicerunt,& ſequuntur peccat.
ſuos affectus.Hac ſententia uidetur alludere Apoſtolus ei,quã Chriſtus Luc.12.dicebat,
Seruus qui cognouit uoluntatem domini ſui,& non ſe præparauit,& non fecit ſecũdum
uoluntatem eius : uapulabit multis. Qui autem non cognouit,& fecit digna plagis : ua-
pulabit paucis.Omni autem,cui multum datum eſt,multum quæretur ab eo: et cui com-
mendauerunt multum,plus petent ab eo. Scientes ergo bonum, reddamus talentum no-
bis creditum cum fœnore , non abſcondamus in terra , ne ſit otioſum , quoniam pecca-
tum eſt illi, dicit Apoſtolus. Quæ uerba emphaſim habent, quaſi dicat, Hic peccato te-
netur , ſeu huic peccatum ſuum imputabitur pro ſcelere maximo , & ob id maximum
quoque de ipſo ſumetur ſupplicium. Sunt enim huiuſmodi deplorati homines, qui ui-
dent , quid ſit liquidum in cauſa , quid ſit æquum & iuſtum , ipſi tamen contrarium Deplorati homines.
faciunt.

CONCILIATIO.

Mãſueto uiro non repugnat moderata ira.

SVPERIORE capite docuit manſuetudine utendum eſſe: in hoc uerò, durum & aſperum præceptorem ſe præbet, dicens, Adulteri, neſcitis quòd amicitia huius mundi, inimica eſt Dei? Reſpondeo, Vtcunq; Apoſtoli aſpera ſit oratio, eſt tamen in animo eius manſuetudo. Quis Chriſto manſuetior, qui manſuetudinis eſt exemplum? tamen ille contra Phariſæos & hypocritas, ſeuera utitur oratione, dicẽs, Generatio praua & adultera. Item: Væ uobis Scribæ & Phariſæi. Sic Moyſes manſuetiſſimus uir, duriter increpat Iudæos. Ad hunc etiam modum Ioannes Baptiſta fecit. Similiter & Stephanus: Qui interim charitate & manſuetudine non uacant, dum uulnus duriter attrectant, & curare conantur.

Petens accipit.

APOSTOLVS dicens, Petitis & non accipitis: aduerſatur dicto Chriſti Matth. 7. Omnis qui petit, accipit. Reſpondeo, Apoſtolus hoc loco cõtra quoſdã murmuratores ſermonem dirigit, cauſam ſubiungens, cur repulſam patiantur, eò quòd malè petatis, ut in concupiſcentijs ueſtris inſumatis. Ac ſi diceret, Deus non exaudit clamores ueſtros: quia non oratis ex fide, ſed contra uoluntatem Dei, in ueſtram uoluptatem.

Impiorum preces clamores dicuntur.

Impiorum preces nõ merentur dici preces, ſed clamores, aduerſus quos clamat Propheta Pſal. 108. Et oratio eius fiat in peccatum. Orandus eſt Deus cum fiducia, & ſecundũ uoluntatem eius, & exaudiet. Dicebat Chriſtus Marc. 11. Propterea dico uobis: Omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient uobis.

DICTIO.

Adulteratum. Adulteriũ pro idololatria.

ADVLTERATVM Latini dicunt uitiatum, & corruptum. Scriptura iuxta morem Hebraicum adulterij, & fornicationis nomine idololatriam, & cultum idolorum ſignificat, Ezech. 13. & 16. Iſa. 57. Vnde qui deficiunt à Deo ad caſtra dæmonis, adulteri uocantur & ſcortatores.

Humiliare.

EST SCRIPTVRAE uſus ut Humiliare uocet Abijcere, deprimere, & in nihilum redigere. Quo modo & mulieris humiliatio ad libellum repudij pertinet. Deuteron. 21. cap. Quare & Chriſtiani in plerisq; Scripturæ locis pauperes, afflicti, humiliati uocantur.

Manus pro quolibet negotio.

MANVS iuxta morem Hebraicum & Scripturæ, pro qualibet functione, & negotio quibus utimur, uidelicet ad ſuſtentandam uitam noſtrã, accipitur. Vt Iſaiæ 1. cap. Manus ueſtræ ſanguine plenæ ſunt: id eſt, ueſtra omnia negotia & ueſtræ functiones, & cum quibuſcunq; rem & negotium habetis, hos defraudatis.

Detrahere.

DETRAHERE eſt Obtrectare & obloqui: hinc detractio, abſentis famæ læſio.

Diuites oppreſſores exitium, pauperes felicitas manet.

CAP. V.

Diuites.

AGite nunc diuites, plorate ululantes in miſerijs ueſtris, quæ aduenient uobis. Diuitiæ ueſtrę putrefactæ ſunt: & ueſtimẽta ueſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum, & argentum ueſtrum æruginauit: & ærugo eorum in teſtimonium uobis erit, & mãducabit carnes ueſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis uobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones ueſtras, quę fraudata eſt à uobis, clamat:

A tineis comeſta] facta ſunt tĩneoſa uel tineis obnoxia in miſerijs] uel ob miſerias ueſtras.

Aeruginauit] ærugine uitiatum eſt.

Fraudata] fraude non eſt reddita.

Prædicatores uerbi non nutriti.

& cla

Eorum] qui meſſuerunt. Epulati eſtis] in delicijs uixiſtis. In luxurijs] laſciuiſtis. In die occiſionis] uel in die mactatiõis, hoc eſt in die feſto in quo ſolẽt mactari uictimæ in epulum. Addixiſtis]uel condemnaſtis. Temporaneũ & ſerotinum] pluuiã tẽpeſtiuam (matutinam) & ſerotinam (ueſpertinam) In alterutrum] alius in alium. Iudicemini] cõdemnemini. Beatificamus] beatos ducim⁹ Sub iudicio]in ſimulationẽ. Triſtatur] affligitur. q. d. in rebus afflictis opem petite, in proſperis gratias agite Deo. Alleuiabit] eriget. Alterutrum] alius alij. Saluemini]ſani ſitis. Similis nobis paſsibilis] ſimiliter affectus uel ſimilibus affectibus obnoxius) ut nos.

& clamor eorum, in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terrã : & in luxurijs enutriſtis corda ueſtra. In die occiſionis addixiſtis & occidiſtis iuſtũ, & nõ reſtitit uobis. Patientes igitur eſtote fratres, uſq; ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretioſum fructum terræ: patiẽter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum. Patientes igitur eſtote & uos, & confirmate corda ueſtra : quoniam aduentus Domini appropinquauit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum : ut non iudicemini. Ecce, iudex ante ianuam aſsiſtit. Exemplum accipite fratres exitus mali laboris & patientiæ, Prophetas : qui loquuti ſunt in nomine Domini. Ecce, beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini uidiſtis, quòd miſericors Dominus eſt, & miſerator. Ante omnia autem fratres mei, Nolite iurare neque per cœlum, neq; per terram, neque per aliud quodcunq; iuramentum. Sit autem ſermo ueſter, Eſt, eſt, Non, non : ut non ſub iudicio decidatis. Triſtatur autem aliquis ueſtrũ? oret. Aequo animo? & pſallat. Infirmatur quis in uobis? Inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini : & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata ueſtra : & orate pro inuicẽ ut ſaluemini. Multum enim ualet deprecatio iuſti aſsidua. Elias homo erat ſimilis nobis paſsibilis : & oratione orauit ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & mẽſes ſex. Et rurſum orauit : & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Fratres mei, ſi quis ex uobis errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum : ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, ſaluabit animã eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Expectemus aduẽtũ Chriſti. Patientia. Iurare. Matth. 5. f Infirmus. Oratio. Oleum. Confeſsio. Oratio. Elias. 3. Reg. 17. a. b. Luc. 4. d Peccatorẽ reducere in uiam. Matth. 18. b

Agite nunc diuites, plorate, &c. *Prophetico ſermone inſectatur acerbiſſi- eos, qui neglecta religione Chriſtiana, toti, lucro & quæſtui inhiant, nihil nõ facien- pro congerẽdis & coaceruandis diuitijs. Minatur illis iudicium Dei, ipſamq; damna- tem ſempiternam. Primo loco arguit eorum temeritatem, qua ſe putant ſecurè delicijs, uoluptatibus incumbere poſſe. Agitè nunc diuites, Quaſi dicat, Expergiſcimini ò di- s ueſtris immerſi diuitijs & uoluptatibus, ſecuri ludos & choreas exercẽtes. Exitium rendum paulò attentius conſiderate, in quod præcipites ruetis, ſi ſcholam iſtam non*

Auari temeritas.

reliq

tum eſt,ut auaritiæ detis operam,& concupiſcatis.Quo fit ut à uobis omnia prodeãt mala,tanquam à radice auaritia in uobis dominante.Vnde bella & lites,id eſt,ſectæ & cõtentiones in uobis,id eſt.inter uos? Non à Deo,qui malorum & ſcelerum autor non eſt,ſed pacis,ne quis fortè tam impudenti animo ſit, qui reijciat culpam ſuam in Deum, ueluti in autorem ſui criminis. Quem errorem abundè confutauimus ſuprà, primo cap.Non'ne ex cõcupiſcentijs ueſtris? Quaſi dicat, Neceſſe eſt dicatis,diſsidiorum ueſtrorum, ueſtrarumq́; contentionum ſeminaria eſſe ueſtras cupiditates.

Cõtentionum ſeminaria ſunt cupiditates.

Quæ concupiſcentiæ militant,id eſt,uigent,ſeu pugnant contra ſpiritum,regnantes in membris ueſtris,id eſt,in uobiſipſis.

Membra pro homine.

Hoc dictum eſt iuxta morem Hebraicum,ſicut Paulus ait Rom.7.Inuenio legem in membris meis,id eſt,in meipſo.

Concupiſcitis,& non habetis.occiditis,& zelatis:&c. *Vitiorum exercitum expendit,oſtendens cõcupiſcentias in cõtentioſis dominari.*

Concupiſcentia primas habet in contentioſis.

Concupiſcitis, alius enim concupiſcit gloriã,alius lucro inhiat,hic ſtudet regno, ille uoluptatem uenatur : Vultis ſapientiores eſſe alijs:Impenſe ſtudetis commodis ueſtris,aliorum rebus uel neglectis uel etiam afflictis.Et non habetis,id eſt, neq; aſſequimini quod tam uehementer appetitis,neq; ſapiẽtes eſtis,ſed inſipiẽtes.

Doctrinæ falſæ origo.

Omnis enim falſa doctrina ex concupiſcentia ſuboriri ſolet.Qui concupiſcunt,nunquã recta monenti,aut ſimplici uerbo Dei cedere uolunt. Occiditis,& zelatis,id eſt,Cum tam uehementer appetita non eſtis aſſequuti,diſcruciamini,incenſi auaritiæ flammis,in cædes prorumpitis,& inuidetis alijs prudentioribus uobis. Et dum uobis placetis, ueſtriq́; admiratores eſtis, odio habetis reliquos.Quò fit ut cùm non poſsitis adipiſci,quia non imitamini charitatem (quæ 1.Corinth.13.cap.non æmulatur,non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa,non quærit quæ ſua ſunt,non iritatur,nõ cogitat malum,non gaudet ſuper iniquitate,congaudet autem ueritati:omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet)

Cupiditatum exercitus.

Litigatis,& belligeratis:id eſt,pugnatis contra alios,alijs non uultis cedere,protruditis competitorem, inuidetis aſſequuto,decertatis cum eo qui uidetur aſſequuturus.Tumultuatur ille cupiditatũ exercitus in pectore : ſed foris,lingua, manus, brachia, pedes, caput,ungues, & reliqua corporis membra cum proximo pugnant. Non habetis,propterea quòd non poſtulatis,ut oportet ſupple,& docui ſuperius primo capite.Videmini ſuperbi & Dei contemptores,putantes uos ueſtro marte,litigio & tumultuatione aſſequuturos quod à Deo petendum eſt.

Petitis,& non,&c. *Occupatio eſt.Dicent fortaſſe,Lucro inhiamus,Et quæ res cõcupiſcimus,hoc facimus,nobis & noſtræ familiæ proſpiciẽtes.*

Viri boni eſt proſpicere ſibi & familiæ.

An non uiri boni eſt, proſpicere uxori & liberis? Reſpõdet,Eſt utiq;.

Malis artibus non eſt utendũ.

Sed uiri Chriſtiani eſt malis artibus non uti,ſed Deo fidere (quẽ precibus cõtinuis ſolicitare debet) & rationibus honeſtis ſibi & ſuæ familiæ proſpicere.Petitis,ſed non hoc quod oportet,neq; quomodo oportet:ut in concupiſcẽtijs ueſtris inſumatis:id eſt,ut in uſum impium impẽdatis,expleaturq́; uoluptas ueſtra.

Bonis abutuntur qui ſui obliuiſcuntur.

Paup enim opes petit:has aſſequutus dũ eſt,ſui oblitus magnificas ædes extruit,uoluptati indulget,luxu diffluit,faſtu turget. Alius doctrinã poſtulat,qua potitus ſuperbit,nemini cedit,cõtẽtioſus fit.

Effectis cognoſcitur animus.

Rebus externis, & effectis ipſis, quo quis ſit animo cognoſcitur.Nolite ergo mirari,ſi nõ aſſequamini petita. Nõ enim poſtulatis ex fide ſecundũ uerbũ Dei,ſed ad explendã uoluptatem,& affectuũ carnis ingurgitationẽ,ut opiniones, ſectas,& concupiſcentias ueſtras confirmetis,nihil pro gloria Dei,aut ueritate Euangelij faciẽtes.

Fidelis omnia Dei beneuolentiæ committit.

Chriſtianus animus nihil iuxta ſuũ affectũ rogat,ſed omnia Dei uoluntati & beneuolentiæ committit,dicens, Fiat uoluntas tua ad

gloriam

gloriam tribuens Deo, & ſeipſum abnegans, is iurè orat ſecundum uerbum Domini, &
exauditur. Iſta eſt fiducia noſtra, quam habemus apud Deum, 1. Ioan. 5. Quia quodcunq;
petierimus ſecundum uoluntatem eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quicquid pe- Fiducia ad Deum.
tierimus, ſcimus quòd habemus petitiones, quas poſtulauimus ab eo. Benigniſſimus pater
non tribuit nobis, quæ iuxta affectus petimus, ſed quæ uel ipſum dare, uel nos accipere, Deus petentibus dat, quæ danda cognoſcit.
decet. Petamus ergo in fide, iuxta Dei uoluntatem, non autem ſecundum noſtros affectus,
ne noxia pro ſalubribus petamus, ſed in fide, ut quæ nobis uſui & neceſſaria ſunt certò
conſequamur.

Adulteri, neſcitis quòd amicitia huius Mundi, inimica eſt
Dei, &c. *Allegoricè loquitur Apoſtolus explicans charitatem Dei erga ipſos concu-*
piſcentes, quos ſibi fide uiua deſponſat. Atq; ut Paulus auaros idololatras uocat, ita Ia-
côbus deditos pecuniæ & auaritiæ, adulteros. Vt enim uxor alieno uiro iuncta, adultera
eſt: ita & anima Mundo (qui nihil cum Deo commune habet) adhærens, adulteratur. Anima mundo iuncta, eſt adultera.
O' adulteri, id eſt, O' qui à Chriſto duce & Imperatore ueſtro ad caſtra Mũdi, & car- Adulteri.
nis defeciſtis, an neſcitis quòd amicitia huius Mundi, inimica eſt Dei? Hic locus non ab-
ſimilis eſt ei Roma. 8. Nam prudentia carnis, mors eſt: prudentia autem ſpiritus, uita &
pax. quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo: Legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim
poteſt. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Concluſionem ſubiungit, Ergo
qui uoluerit eſſe amicus ſeculi huius, conſtituitur inimicus Dei: qui non magis fert Chri-
ſtianum inire amicitiam cum Mundo, quàm uir uxorem ſuam cum adultero hoſte iungi.
Iuxta morem Hebraicum uocat adulterium magnam perfidiam, & turpem à Deo defe-
ctionem. Adhæreamus ergo fide uiua Chriſto, & eius ſponſæ Eccleſiæ, ne adulteros nos Adulterium.
deprehendat, id eſt, ingratos & perfidos, adulterinos, &, ueluti reprobatum numiſma,
in ignem conijciendos.

An putatis, quòd inaniter Scriptura dicat, Ad inuidiam con-
cupiſcit ſpiritus, qui habitat in uobis? *Docui uos, quàm turpe ſit, & da-*
mnatione dignum, ſi mens fidelis & ſponſa Chriſti cum iniquo mammona, & Mundo
rem habuerit. Quod manifeſtum eſt ex omnibus Scripturis, Deum zelotypum explican-
tibus, quas hic una ſententia comprehendo, An putatis, quòd Scriptura dicat inaniter?
Ac ſi dicat, Si uerum eſt, ut falſum eſſe nequit, id, quod prodidit Scriptura, nempe quòd
ſpiritus, ſupple ſanctus, quo ſignati eſtis in die redemptionis, Et qui habitat, pro habita-
uit, in uobis, concupiſcit ad inuidiam, id eſt, aduerſus odium cõcupiſcit, inuidet uos alteri,
utputa mammonæ iungi. Ex 20. capit. Exodi deſumptus uidetur hic locus, ſignificans
Deum zelotem & zelotypum, ut reſpõdeat metaphoræ ſuperiori de adulterio. Deus in-
uidet Mundo lucranti, & in ſui amorem animas fideles pellicienti. In bonam partem ſu- Deus zelotes.
mit hoc loco Iacôbus inuidiam pro zelotypia, ſecundum quam Scriptura Deum uocat
zelotem, non ſolum ut inſinuet flagrantiſſimam Dei in nos amicitiam, ne pereamus: ſed
etiam ut exprimat uindictam & ultionem diuinam, quæ ex hoc zelo ſequetur. Neceſſa- Zelotypia.
rium ergo eſt omnino ſponſum Chriſtum præ omnibus diligamus: & omnia ei aduerſa
contemnamus. Intelligamus adhæc Spiritum ſanctum in nobis habitantem exigere à no-
bis charitatem & miſericordiam, non odium, rixas, aut contentiones, perpetuamq; eſſe
ſpiritui cum carne pugnam. Roma. 7. Galat. 5.

Maiorem autem dat gratiam. *Occupatio eſt. Dicetis fortaſſe, Rem à no-*
bis omnium difficilimam exigis. Reſpondet Apoſtolus, Hanc quam à uobis requiro ope-
ram, nemo ſuis uiribus præſtare poteſt. Sed certò ſcio, Deum non ſuis defuturũ. Propterea Deus ſuis præſtò eſſe ſolet.

hoc unum uos rogo, ut Deo eximium impendatis amorem, Qui dat maiorem gratiam, *id eſt, uberrimam. Iuxta uires ueſtras fieri non poteſt, eam operam præſtetis: ſed in hoc ipſum largitur Deus uires, ut facilè poßitis. Hoc adiutore neque Mundus, neque aſſeclæ eius, demoliri quicquã poſſunt, imò ne in conſpectum quidem prodire, tantum abeſt auertant ab amore. Hanc ſententiam,* Maiorem autem dat gratiam: *appendit proximæ, qua dixit, Spiritus ad inuidiam concupiſcit. Non abſimilem addit in* Exodo, *cap.* 20. *Faciens miſericordiam in millia ijs, qui diligunt me: quæ appenditur huic, Ego ſum Deus zelotes. Dicit Apoſtolus, Nolite animos deſpõdere, cùm auditis tantum exercitum aduerſus uos. Spiritus ſanctus, qui in uobis habitat, uires ſuppeditabit. Reſiſtendo uincetis, ubi ſpiritus adfuerit.* 1. Ioan. 5. *Hæc eſt uictoria, quæ uincit mundum, fides noſtra. Et* 1. Corinth. 15. *Deo gratias, qui dedit nobis uictoriam per dominum noſtrum* IESVM *Chriſtum. In Chriſto eſt noſter triumphus, non in ſolis noſtris uiribus. Quare non adulteremur, ſed ſemper Chriſto indiuulsè adhæreamus: qui uires ſuppeditabit aduerſus omnes Mundi machinas, & inſidias.*

Propter quod dicit, Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam. *Argumento ab autoritate Sapientis,* Prouerb. 3. *quam iuxta ſenſum refert Apoſtolus, adulteros, ſeu legis diuinæ contemptores perterret, & manſuetos conſolatur. Propter quod, Quaſi dicat, ut intelligatis, quanto zelo Deus ſuis prouideat, & aduerſarios à ſua cathedra peſtilentiæ deturbet, Scriptura ſupple dixit, Deus reſiſtit ſuperbis: id eſt, ſuperbos imbelles reddit, abijcit, humiliat. Aut, ut* Prouerb. 3. *dicitur, Deus deludet illuſores, humilibus autem, id eſt, manſuetis & ſpiritalibus dat gratiam.*

Deus ſuperbis reſiſtit.

Subditi ergo eſtote Deo: reſiſtite autem diabolo: & fugiet à uobis. *Cùm Deum tam propenſum ad nos amandum agnoſcamus, ut zelotypus à Scripturis dicatur, qui non fert animam fidelem neque mammonæ, neque Mundo ſiue iungi, ſiue ſeruire: huic indiuulsè adhærete, atque ut ſponſa uiro obtemperat, ita & uos Deo obtemperate, & morigeros uos per omnia exhibete. Scio diabolum nihil non facturum, ut uos ab hoc amore retrahat, & fœdere, atque amicitia uos ſibi coniungat: ſed adhærentes Chriſto, reſiſtite fide, & fiducia in Chriſtum, diabolo. Qui ubi pimùm ſenſerit uos adhærere Chriſto, & eius ſodalitium abominari, ſtatim uos metuet, & uelut tranſfuga à uobis fugiet.*

Deus zelotypus.

Appropiate Deo: & appropinquabit uobis. *Dixerat, Humilibus autem dat gratiam. Quò quis ſe humiliorem, & magis ſe abnegat, eò Deum proximiorem habet. Quare appropiate, id eſt, humilitate, ueſtri abnegatione, & uiua fide accedite ad Deum: & Deus non ſolùm appropinquabit nobis, ſed in uobis habitabit. Quò enim magis Mundum & concupiſcentias fugimus, hòc propius accedimus ad Deum.*

Appropiare Deo.

Emundate manus, peccatores; & purificate corda, duplices animo. *Cùm Deum uobiſcum non habeatis, non eſt mihi alia nomenclatura, qua uos nuncupem, quàm peccatores, & duplices animo, quales eſtis, & uos ueſtris operibus manifeſtatis. Mutate mores, mutabo & nomen, alijsq; titulis uos ornabo. Cùm mihi res uobiſcum ſit, neceſſe eſt uos nuncupem: neque mihi nomen commodius eſt, quàm ut uos peccatores uocem. Alluſit hoc loco Iacobus ad id quod* Iſaiæ 1. cap. *ſcriptum eſt, Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite uiduam. O' peccatores, emundate manus, id eſt, ceſſate à malis operi-*

bus

bus & peccato: deſinite uitam polluere uitijs, bene agite, & multa bona opera facite. Per manus intelligit ſymbolum omnium noſtrarum actionum. Lauare ergo ſiue mundare manus, eſt ab omni genere mali abſtinere: Et ſi quæ ſunt malæ operationes, fide uiua lauandæ ſunt. Paulus 1. ad Timoth. 2. cap. iubet in oratione puras manus leuare, id eſt, mentem puram nullo ſcelere inquinatam eſſe. Ad hæc facit quod ſequitur, Et purificate corda ueſtra, duplices animo. O` duplices animo, id eſt, inconſtantes, hypocritæ, & qui utroque genu claudicatis: Vultis enim ſeruire duobus dominis, Deo ſcilicet & mammonæ, quod Dominus auerſatur dicẽs, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Purificate corda ueſtra, id eſt, ueſtros affectus. Hypocritæ ſunt, qui manus ſuas aut faciem ſolum lauant, non autem corda purificant. Propterea uos adhortor, & manus & corda mundare, ut magno Dei beneficio donati, ſitis ipſius Chriſti, cuius ſanguine lauabimini, ſi ſyncera fide ad eum acceſſeritis.

Manus lauare.
Duplices animo.
Hypocritæ.

Miſeri eſtote, & lugete, & plorate. Riſus ueſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. *Peccatores, & animo duplices ad pœnitentiam hortatur, ut nunc lugeant, & tripudia cum Mundi gaudijs relinquãt, ne æternum lugeant & affligantur: alludens ad id quod Dominus dicebat Luc. 6. Væ uobis diuitibus, qui habetis conſolationem ueſtram. Væ uobis, qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ uobis, qui ridetis, nunc: quia lugebitis, & flebitis. Ita & noſter Apoſtolus ait, Miſeri eſtote, id eſt, affligamini, & pœnitentiam agite. Et lugete, & plorate, hoc eſt, luctum celebrate propter commiſſa peccata, quibus uitam perdidiſtis. Riſus ueſter in luctũ conuertatur, et gaudium in mœrorem, ne rebus præſentibus capti, æterna amittatis. Multos enim rerum proſperitas fallit & ſeducit: atque qui præſentibus lætisq; rebus hærent, amarum finem cõſequuntur. Nolim exiſtimes, Apoſtolum Dei damnare honeſta & moderata gaudia. Sed non uult Chriſtianum profuſum & petulantem eſſe in riſu, & gaudio. Hoc loco Apoſtolus non loquitur de miſeria culpæ, ſed quæ pœna & afflictio eſt: quam qui uolens ſuffert in carnis caſtigationem, bene operatur, cum Paulo dicente, Caſtigo corpus meum, et in ſeruitutem redigo. Huc pertinet, quod ſacer ille Bernardus de Chriſto dicebat, Miſericordiæ Domini multæ, ſed & miſeriæ Domini multæ. Ergo cũm dicit Apoſtolus, Miſeri eſtote: id eſt, corporales afflictiones & tribulationes pro gloria Chriſti libenter tolerate.*

Gaudendum et ludendum temporale.
Exhortatio ad pœnitentiam.
Miſeria duplex.
Miſeria pro pœna.

Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit uos. *Sermonem ſuum ad omnes dirigit. Humiliamini, id eſt, abnegate uoſmetipſos, in conſpectu Domini, omnem honorem Deo tribuite, nihil uobis adſcribentes, ſed omnia in Dei laudem referentes. Et exaltabit uos. Iſte eſt fructus ueſtræ humilitatis. Matth. 23. Qui ſe exaltauerit, humiliabitur: Et qui ſe humiliauerit, exaltabitur.*

Humilitatis fructus.

Nolite detrahere alterutrum fratres mei, &c. *Inuehit in detractionem præſentiſſimum uenenum concordiæ. Superbia liuorem parit, Liuor detractionem, quæ eſt leſio famæ proximi abſentis, ex liuore & uindicta. Prima fronte præceptum profert Apoſtolus, Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Prouerb. 4. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te. Prouerb. 24. Cum obtrectatoribus ne commiſcearis. Pſal. 100. Detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. Cauſam appendit, cur proximo non liceat detrahere. Qui detrahit fratri, ſiue qui iudicat fratrem ſuum, ſupple, temerè, & ex inuidia, qua fratris abſentis famã lædit, detrahit legi, id eſt, peccat in legem, quæ prohibet ne detrahamus: Et iudicat legem, quam non approbat, ſed damnat & uilipendit: cui tamen uelit, nolit, ſubditus eſt. Bis ergo peccat, qui fratri*

Detractio uenenum concordiæ.
Detractio.
Detrahens fratri bis peccat.

detrahit: ſemel in proximum, quem lędit: Deinde in legem, quæ hoc uetat. Datáq; eſt lex ut eam ſeruemus, non ut eam iudicemus. Huc pertinet, quod dicebat Chriſtus, Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini.

Iudiciũ de pxi mo eſt Deo cõmittendum.

Si autem iudicas legem: non es factor legis, ſed iudex, &c. *Vult Apoſtolus committamus Deo functionem iudicandi de proximo. Legi obediamus neglectis prauis affectibus, & dominationem non ambiamus. Si iudicas, id eſt, damnas, & uilipendis legem, non es factor legis, id eſt, non obſeruas legem: ſed iudex es, id eſt, iudicem te facis illius, cui te ſubditum reddas neceſſe eſt. Arrogas tibi iudicis functionẽ, quæ ad Deum (qui legis Dominus eſt) attinet. Ipſe enim eſt legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & liberare, id eſt, qui uitæ & necis ſolus poteſtatem habet. Prohibet ne quilibet è plebe iudicet, cùm ſolius Dei ſit iudicium, & eorum quibus id demandat. Vt intelligas Iacobum, non interdicere iudicio magiſtratibus, & his qui iudicis officio funguntur, ſed uetat temerarium illud iudicium, quod ex inuidia & malo affectu proficiſcitur.*

Iudiciũ ſolius Dei eſt, & quibus id demandat.

Iudicium temerarium fugiendum.

Tu autem quis es, qui iudicas proximum tuum? *Temerarium iudicium reprehendit, & ab eo auertit. Si te ipſum agnoueris, nihil reuera autoritatis, aut ſupercilij arrogabis, quo de fratre tuo iudices. Roma. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Suo domino ſtat, aut cadit. Et paulò pòſt, Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Itaque unuſquiſq; noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus: ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, uel ſcandalum. hactenus Paulus. Ex his colligamus uerè Chriſtianos proximorum errata non iudicare, ſed ferre & emendare iuxta charitatis regulam, & præſcriptum.*

Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, &c. *Faſtuoſa, pompoſa, & præſumptuoſa diuitum negotiatorumq́; (quales etiam hæc ætas fert) uerba reprimit. Idq́; facit per elegantem Mimeſim, ſiue alienorum ſermorum imitationem, dum eorum ſtultos, & uanos aduerſus diuinam prouidentiam ſermones refert. Non prohibet hoc loco Iacôbus negotiari, neq; de negotiationibus iuſtis & neceſſarijs hic agit. Sed ut Chriſtus Luc. 12. reuocat ab anxio diuitiarum ſtudio, argumento à breuitate uitæ ſumpto: ita noſter Apoſtolus hos abducit à uanitate illa, qua toti addicti ſunt rebus terrenis. Vnde in illis nullus Dei timor: quo ſublato, omne malũ progerminat. Quid enim iſti non audent lucri auiditate occæcati? Putant omnia ſibi licere, dummodo ſignũ crucis negotiationi præpoſuerint, aut in rationarijs nomẽ IESV, præſcripſerint, aut in trigeſimo numero, honorificam Dei mentionem faciant, dicentes, Deus habeat partem, aut huiuſmodi: interim proximum fœnore premunt, numero fraudant, adultera pecunia decipiunt, iurant, deierant, peierant. Hi ſolis uerbis Chriſtiani uideri uolunt, magnifica de Deo quandoq; pronuntiantes, intus autem ſubdoli, & hypocritæ ſunt, nihil aliud cogitantes, quàm de lucrãdi rationibus, negotiationibus, emporijs, mercibus, & diuitijs, quibus coaceruãdis per fas & nefas graſſantur. Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem. Verbi gratia, dicitis, Ibimus Eduam, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, poſteà in domum reuertemur. Iſta ſunt uerba ueſtra faſtuoſa, & auaritiæ plena. Primò toti, lucro inhiatis, nulli addictos uos manifeſtatis, quàm mammonæ. Secũdò, quod ſolius prouidentiæ diuinæ eſt, & ad ſolum Deum ſpectat, uobis uendicatis: Nempe, cùm nemo ne unum quidem diem ſibi polliceri poßit, uos pollicemini uobis totos annos, temerarij eſtis præſumptores, cauete uobis ne cum illo præſumptore Luc. 12. dicente, Anima mea, habes multa*

Mimeſis.

bona

bona poſita in annos plurimos,requieſce,comede,bibe,epulare: terribili reſponſo feriamini : Dixit autem illi Deus,Stulte,hac nocte animam tuam repetunt à te. Quæ autem paraſti,cuius erunt ? Sic eſt,qui ſibi theſaurizat,& non eſt in Deum diues. Sed hos ſermones & animos ueſtros inconditos ſale condiatis,& omnia uoluntati diuinæ committatis.Pro eo ut dicatis,quaſi dicat,illis uerbis abſit faſtus , & addite hæc cum humilitate loquentes,Si Dominus uoluerit. Si ita uiſum gratumq; fuerit Domino. Si uixerimus,& uitam Dominus dederit,hoc faciemus. Ad hunc modum loquebatur Paulus ad Philip. 2. Confido autem in Domino , quoniam & ipſe ueniam ad uos citò. Ab hac uanitate illos reuocat,argumento ab incertitudine & breuitate uitæ humanæ ſumpto , quam per parentheſim huic orationi aſſertæ,explicat : Quæ eſt enim uita ueſtra ? Quaſi dicat , Cur tam ſoliciti eſtis de hac uita corporali,et ijs,quæ ad ipſam faciunt? Huic uni proſpicitis, huic uni noctes & dies inquieti laboratis , & molimini. Nimirum uapor eſt ad modicum,id eſt,ad breue tempus apparens,& deinceps exterminabitur, id eſt, mox euaneſcet.Quid igitur de uita noſtra promittere poſſumus,quæ in uniuerſum nihil ualet ? quæ fugit uelut umbra,& durat breuißimis quibuſdam momentis,ut eſt in Prouerbio , Homo bulla eſt. Sophocles eandem ſententiam his uerbis expreßit, Homo ſpiritus eſt , & umbra tantum.Sed & Pindarus aliquid uanius de hominis uita inuenit & protulit, nimirum : Vmbræ ſomnium.

Vita hominis bulla et uapor.

Sophocles.

Pindarus.

Nunc autem exultatis in ſuperbijs ueſtris, &c. *Sententia eſt generalis aduerſus omnem uanam gloriationem. Quæ ſancta ſunt (ait) negligitis,exultatis in ſuperbijs ueſtris : id eſt,in diuitijs & negotiationibus ueſtris uanis gloriamini. Velim uos ab huiuſmodi exultatione,& gloria alienos eſſe. Quia omnis talis exultatio, id eſt, gloriatio,eſt maligna, & quæ uobis durum paritura eſt exitium , & pœnam non interituram.*

Gloriandum nõ eſt in rebus uanis.

SCIENTI *igitur bonum facere,& non facienti,peccatum eſt illi. Hæc ſententia negotio,& Apoſtoli inſtituto maximè eſt cõueniens. Scopus Apoſtoli eſt,ueros,& non hypocritas habeat Chriſtianos. Cum hi,aduerſus quos ſcribit, magnifica de Chriſtianiſmo iactent,& ſeſe Chriſtianos plenis buccis dicant:factis exprimant, quod dicunt & intelligunt.Quòd ſi ſecus faciunt,impij,& hypocritæ ſunt,non autem Chriſtiani:de quibus maiores pœnas Deus ſumet. Scienti, id eſt, qui talentum hoc habet à Domino, quòd ſciat legem ueritatis,& Euangelicam,quid eſt bonum facere,peccatum eſt illi non facienti bonum,quod ex lege didicit faciendum.Ex his colligamus,grauius peccare,qui quod agendum eſt,ex ſacra lectione didicerunt,& non faciunt,cum operandum eſt,potius ſequentes corruptißimos ſuos affectus , quàm qui nondum didicerunt,& ſequuntur ſuos affectus.Hac ſententia uidetur alludere Apoſtolus ei,quã Chriſtus Luc.12.dicebat, Seruus qui cognouit uoluntatem domini ſui,& non ſe præparauit,& non fecit ſecũdum uoluntatem eius : uapulabit multis. Qui autem non cognouit,& fecit digna plagis : uapulabit paucis.Omni autem,cui multum datum eſt,multum quæretur ab eo: et cui commendauerunt multum,plus petent ab eo. Scientes ergo bonum, reddamus talentum nobis creditum cum fœnore , non abſcondamus in terra , ne ſit otioſum , quoniam peccatum eſt illi, dicit Apoſtolus.Quæ uerba emphaſim habent, quaſi dicat,Hic peccato tenetur ,ſeu huic peccatum ſuum imputabitur pro ſcelere maximo , & ob id maximum quoque de ipſo ſumetur ſupplicium. Sunt enim huiuſmodi deplorati homines, qui uident , quid ſit liquidum in cauſa, quid ſit æquum & iuſtum , ipſi tamen contrarium faciunt.*

Sciens grauius peccat.

Deplorati homines.

CONCILIATIO.

Mãſueto uiro non repugnat moderata ira.

SVPERIORE *capite docuit manſuetudine utendum eſſe: in hoc uerò, durum & aſperum præceptorem ſe præbet, dicens, Adulteri, neſcitis quòd amicitia huius mundi, inimica eſt Dei? Reſpondeo, Vteunq; Apoſtoli aſpera ſit oratio, eſt tamen in animo eius manſuetudo. Quis Chriſto manſuetior, qui manſuetudinis eſt exemplum? tamen ille contra Phariſæos & hypocritas, ſeuera utitur oratione, dicẽs, Generatio praua & adultera. Item: Væ uobis Scribæ & Phariſæi. Sic Moyſes manſuetiſſimus uir, duriter increpat Iudæos. Ad hunc etiam modum Ioannes Baptiſta fecit. Similiter & Stephanus: Qui interim charitate & manſuetudine non uacant, dum uulnus duriter attrectant, & curare conantur.*

Petens accipit.

APOSTOLVS *dicens, Petitis & non accipitis: aduerſatur dicto Chriſti Matth. 7. Omnis qui petit, accipit. Reſpondeo, Apoſtolus hoc loco cõtra quoſdã murmuratores ſermonem dirigit, cauſam ſubiungens, cur repulſam patiantur, eò quòd malè petatis, ut in concupiſcentijs ueſtris inſumatis. Ac ſi diceret, Deus non exaudit clamores ueſtros: quia non oratis ex fide, ſed contra uoluntatem Dei, in ueſtram uoluptatem.*

Impiorum preces clamores dicuntur.

Impiorum preces nõ merentur dici preces, ſed clamores, aduerſus quos clamat Propheta Pſal. 108. Et oratio eius fiat in peccatum. Orandus eſt Deus cum fiducia, & ſecundũ uoluntatem eius, & exaudiet. Dicebat Chriſtus Marc. 11. Propterea dico uobis: Omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient uobis.

DICTIO.

Adulteratum. Adulteriũ pro idololatria.

ADVLTERATVM *Latini dicunt uitiatum, & corruptum. Scriptura iuxta morem Hebraicum adulterij, & fornicationis nomine idololatriam, & cultum idolorum ſignificat, Ezech. 13. & 16. Iſa. 57. Vnde qui deficiunt à Deo ad caſtra dæmonis, adulteri uocantur & ſcortatores.*

Humiliare.

EST SCRIPTVRAE *uſus ut Humiliare uocet Abijcere, deprimere, & in nihilum redigere. Quo modo & mulieris humiliatio ad libellum repudij pertinet. Deuteron. 21. cap. Quare & Chriſtiani in plerisq; Scripturæ locis pauperes, afflicti, humiliati uocantur.*

Manus pro quolibet negotio.

MANVS *iuxta morem Hebraicum & Scripturæ, pro qualibet functione, & negotio quibus utimur, uidelicet ad ſuſtentandam uitam noſtrã, accipitur. Vt Iſaiæ 1. cap. Manus ueſtræ ſanguine plenæ ſunt: id eſt, ueſtra omnia negotia & ueſtræ functiones, & cum quibuſcunq; rem & negotium habetis, hos defraudatis.*

Detrahere.

DETRAHERE *eſt Obtrectare & obloqui: hinc detractio, abſentis famæ læſio.*

Diuites oppreſſores exitium, pauperes felicitas manet. CAP. V.

Diuites.

AGite nunc diuites, plorate ululantes in miſerijs ueſtris, quæ aduenient uobis. Diuitiæ ueſtrę putrefactæ ſunt: & ueſtimẽta ueſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum, & argentum ueſtrum æruginauit: & ærugo eorum in teſtimonium uobis erit, & mãducabit carnes ueſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis uobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones ueſtras, quę fraudata eſt à uobis, clamat:

A tineis comeſta] facta ſunt tineoſa uel tineis obnoxia in miſerijs] uel: ob miſerias ueſtras.

Aeruginauit] ærugine uitiatum eſt.

Fraudata] fraude non eſt reddita.

Prædicatores uerbi non nutriti.

Eorum] qui meſſuerunt.
Epulati eſtis] in delicijs uixiſtis.
In luxurijs] laſciuiſtis.
In die occiſionis] uel in die mactationis, hoc eſt in die feſto in quo ſolẽt mactari uictimæ in epulum.
Addixiſtis] uel condemnaſtis.
Temporaneũ & ſerotinum] pluuiã tẽpeſtiuam (matutinam) & ſerotinam (ueſpertinam)
In alterutrum] alius in alium.
Iudicemini] cõdemnemini.
Beatificamus] beatos ducim⁹
Sub iudicio] in ſimulationẽ.
Triſtatur] affligitur. q.d. in rebus afflictis opem petite, in proſperis gratias agite Deo.
Alleuiabit] eriget.
Alterutrum] alius alij.
Saluemini] ſani ſitis.
Similis nobis paſsibilis] ſimiliter affectus (uel ſimilibus affectibus obnoxius) ut nos.

& clamor eorum, in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terrã: & in luxurijs enutriſtis corda ueſtra. In die occiſionis addixiſtis & occidiſtis iuſtũ, & nõ reſtitit uobis. Patientes igitur eſtote fratres, uſq; ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretioſum fructum terræ: patiẽter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum. Patientes igitur eſtote & uos, & confirmate corda ueſtra: quoniam aduentus Domini appropinquauit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum: ut non iudicemini. Ecce, iudex ante ianuam aſsiſtit. Exemplum accipite fratres exitus mali laboris & patientiæ, Prophetas: qui loquuti ſunt in nomine Domini. Ecce, beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. Suſferentiam Iob audiſtis, & finem Domini uidiſtis, quòd miſericors Dominus eſt, & miſerator. Ante omnia autem fratres mei, Nolite iurare neque per cœlum, neq; per terram, neque per aliud quodcunq; iuramentum. Sit autem ſermo ueſter, Eſt, eſt, Non, non: ut non ſub iudicio decidatis. Triſtatur autem aliquis ueſtrũ? oret. Aequo animo? & pſallat. Infirmatur quis in uobis? Inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata ueſtra: & orate pro inuicẽ ut ſaluemini. Multum enim ualet deprecatio iuſti aſsidua. Elias homo erat ſimilis nobis paſsibilis: & oratione orauit ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & mẽſes ſex. Et rurſum orauit: & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Fratres mei, ſi quis ex uobis errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum: ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, ſaluabit animã eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Expectemus aduẽtũ Chriſti. Patientia.
Iurare.
Matth. 5. f
Infirmus.
Oratio.
Oleum. Confeſsio.
Oratio. Elias.
3. Reg. 17. a. b. Luc. 4. d
Peccatorẽ reducere in uiam. Matth. 18. b

Agite nunc diuites, plorate, &c. *Prophetico ſermone inſectatur acerbiſsime eos, qui neglecta religione Chriſtiana, toti, lucro & quæſtui inhiant, nihil nõ facientes pro congerẽdis & coaceruandis diuitijs. Minatur illis iudicium Dei, ipſamq; damnationem ſempiternam. Primo loco arguit eorum temeritatem, qua ſe putant ſecurè delicijs, & uoluptatibus incumbere poſſe. Agite nunc diuites, Quaſi dicat, Expergiſcimini ò diuites ueſtris immerſi diuitijs & uoluptatibus, ſecuri ludos & choreas exercẽtes. Exitium horrendum paulò attentius conſiderate, in quod præcipites ruetis, ſi ſcholam iſtam non*

Auari temeritas.

reliq

reliqueritis, & corruptos mores non exueritis. Porrò his relictis potius plorate, ululantes in miſerijs ueſtris, quæ aduenièt uobis: hoc eſt, plangite, & grauiſsimo fletu compungamini propter imminens iudicium Dei. Superueniet enim ira Dei ſuper uos, tam fœdis uoluptatibus propter diuitias ueſtras immerſos, & iudicabit uos Dominus.

Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt, &c. *Cùm nulla ſit nocentior peſtis, quàm philargyria, id eſt, auaritia, & Pleonexia, id eſt, plus habendi, acquirendiq́; cupiditas immodica, quibus diuites laborant, & impietatem crudelitatemq́; in pauperes exercent, in hæc uitia maximè inuehitur. O' quales glorias ueſtras! In diuitijs & purpura gloriabamini: Diuitiæ ueſtræ, id eſt, abundantia illa, cuiuſmodi ſunt frumentum, uinum & annona, quæ in horreum & penū congeſsiſtis, gloriantes & exultantes in illis, ubi nunc ſunt? Illis ſubueniendum erat pauperibus: iuuandi erant inopes, & ab inopia leuandi. En putrefactæ & corruptæ ſunt. Maluiſtis repoſita putrefieri, quàm ſeruire neceſsitati agentium. Et ueſtimenta ueſtra, id eſt, panni, lanæ, & ſuperfluæ ueſtes, etiam holoſericatæ, comeſta ſunt à tineis, id eſt, paſcunt tineas, roduntur à blattis & uermibus: quibus potius algentes & nudos pauperes ueſtire, & induere debebatis, quàm recōdita tineis, & blattis perdere. Reuera deplorati homines eſtis, cùm non contenti ſitis perpetuo condendi, defodiendi & coaceruandi ſtudio: ſed neque acquiſitis utimini, neque in uſum alijs conceditis. Atq́; quod abominabile eſt, mauultis ueſtra ſitu & ſquallore perire, quàm pauperibus & indigentibus largiri. Vnde quod Prouerbio celebratum eſt, in uos appoſitiſsimè quadrat, Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet.*

Philargyria. Pleonexia. Diuitiæ. Annona. Cicero.

Aurum & argentum ueſtrum æruginauit, &c. *Exaggeratio eſt tam ardentis auaritiæ: argumento à damno diuitiarum, & cruciatu animi ſeu conſcientiæ diuitis auari, ſumpto. Aurum & argentum, quibus abundaſtis, & non iuuiſtis pauperes, æruginauit, id eſt, ſcoria & ærugine uitiatum eſt, potius quàm quòd egentibus dederitis. Exaggerat nunc Iacobus uitium tam auidæ auaritiæ, quum tineas & æruginem contra eos ad teſtificandum, & torturam exercendam adducit. Aerugo eorum, quibus abundaſtis, & indigentibus non ſubueniſtis, erit uobis in teſtimonium: id eſt, erit teſtis contra uos, quam immiſericordes & aridi fueritis in pauperes. Et manducabit carnes ueſtras. Qui diuitijs dediti ſunt, aculeos in conſcientia habent: mille curis & anxietatibus, die ac nocte punguntur, macerantur, enecantur. Elegantem his ſubiungit ſimilitudinem, Sicut ignis. Aerugo illa, hoc eſt, curæ in ipſa conſcientia, ſunt uelut ignis & flamma edax, quæ conſumet uos: conſcientia remordens occidet uos. Putauerim auaros bis miſeros eſſe, quorum animi flammis perpetuis æſtuant, & ardent. Quid enim hìc aliud à diuitijs conſequuntur auari, præter anxietates, & cōſcientiarum remorſus? harum calamitatum nullus aliquando finis: Nempe poſt miſeram hanc, & infelicem uitam, perpetuos ſentient ignes.*

Aeruginare. Auari aculeo ſemper pūguntur. Auari bis miſeri.

Theſaurizaſtis uobis iram in nouiſsimis diebus. *Videtur Apoſtolus & ironicè, & per antiphraſim loqui. Morti & ſepulchro proximi congeſsiſtis uobis pecuniarum aceruos, magnam in ſcrinium repoſuiſtis pecuniam, adeò ut ſuperſint uobis tum auri, argenti, frumenti, & bonorum omnium ingentes acerui. Sed quales acerui? Certè carbones ardentes ſuper capita ueſtra congeſsiſtis, & iram Dei recondidiſtis in uos ipſos, ad perpetuos cruciatus tolerandos. Roma. 2. Secundum autē duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera eius. Huc pertinet, quod ſcribitur Iudith 16. Dominus omnipotens uindicabit in eis: in die iudicij uiſitabit illos. Dabit ignem, & uermes, &* carnes

Auari theſaurizant ſibi carbones flāmeos.

carnes eorum ut urantur & ſentiant in ſempiternum.

Ecce merces operariorum,&c. *Inuehitur in auaros, & in eos qui debitam mercedem, aut fraudant ſiue non iuſtè numerant, aut negant, aut differunt. Locus hic deſumptus ex Deuter. 24. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt: ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante Solis occaſum: quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. Cùm dicit hoc, peccatũ detentæ mercedis debitæ clamare ad Dominum, oſtẽdit id eſſe numerãdum inter grauiſſima illa peccata, quæ ſemper in conſpectu Dei ſunt, & uindictam flagitant. Licet omniũ peccatorum ultor ſit Deus, & ob id in conſpectu dicantur eſſe, quia nihil inultum remanebit: ſunt tamen iuxta doctorum ſententiam quatuor peccata clamantia in cœlum pro uindicta, quæ hoc diſticho comprehenduntur, Clamitat in cœlum, uox ſanguinis, & Sodomorum, Vox oppreſſorum, merces detenta laborum. Facilis eſt contextus, Auaros, & mercedis fraudatores perterret, Cùm dicit Dominum Sabaoth, id eſt, exercituum, exauditurum fraudatos pauperes ſua mercede: ne putarent pauperes meſſores (quibus debetur merces) auxilio & adiutore deſtitutos. Adiutorem habent Deum cum ſuo exercitu omnium Angelorum, quibus ut Dominus præeſt. In Scripturis non rarò Deus appellatur, Dominus Sabaoth, id eſt, exercituum: quia forti brachio ſuo confregit regnum Satanæ, potensq́; nos tueri in omnibus aduerſitatibus, & conterere aduerſarias poteſtates. Oportet ergo nos eſſe Dei milites, & perpetuò uiuere in caſtris eius per charitatem. Eſt certè (ait Iob 7.) cap. uita hominis ſuper terram militia. Et clamor eorum, ſubaudi qui meſſuerunt, quibus merces debetur, & differtur aut negatur, introiuit in aures Domini.*

Mercedis fraudatores.

Merces reddẽda ante ſolis occaſum.

Merces detenta clamat ad Dominum.

Peccatũ in conſpectu Dei.

Peccata in cœlum clamantia pro uindicta.

Deus cur dictus Dominus Sabaoth.

Epulati eſtis ſuper terram:& in luxurijs enutriſtis corda ueſtra. *Luxum & intemperantiam diuitum reprehendit. Non ſolùm mercedem debitam cum iniuria proximi detinetis, ſed etiam quæ malè acquiſiuiſtis in nefandos uſus collocatis, carnis deſideria facientes. Nam epulati eſtis ſuper terram: id eſt, nihil eorum quæ faciunt ad cupediam & tactuum delectationem obmittitis. Et enutriſtis corda ueſtra in luxurijs: id eſt, quicquid ad laſciuiam facit, domi habetis. Quid rogo, uos domi non auditur, non petulans & diſſolutum, non hodie ſolùm, ſed & quotidie? Ioci, ſales, riſus, gaudia, & diſſolutiſſimæ cantiones, eriguntur uobis palatia, ſed rapina & ruina pauperum. Lautè & uolupè uiuitis: At ſudor & labor alienus uos alit. Epulamini.: at inedia perit pauper, cuius fames uos ſaginat: ad focum otioſi caleſcitis uana iactantes: at pauperes algent, & mercenarij querulantur. Atque, ut paucis abſoluam, plus ueſtro luxui, pedibus conculcatis, prodigitis, decoquitis, & perditis cuticulam ueſtram curantes, quàm ad iuſtam neceſſitatem utantur alij. Non deſunt qui huic clauſulæ appendunt ſequentem orationem, Vt in die occiſionis: ac ſi diceret Apoſtolus, Deliciati eſtis uelut in die mactationis ſeu uictimæ. alludens ad morem illum gentilitium, qui fit, quando ſaginata animalia mactantur, tum epulantur & conuiuia agunt homines. Videtur in hunc ſenſum dicere Apoſtolus, Vt animalia ſaginantur ad mactationem, ſeu ubi primum ſaginata ſunt, protinus rapiuntur in lanienam, & mactantur: ita uos ſaginaſtis ueſtra ipſorum corpora ad mortem, in lanienam illam infernalem mactandi & perpetuò torquendi. Huc pertinet quod hyſtoria Euangelica Lucæ 16. de purpurato diuite epulone habet: Qui, non quia diuitijs abundauit, condemnatus eſt, ſed quia in his totus erat, & adhæſit ſpreto Domino Deo, & negle-*

Cutem curare non licet.

Laſciuorũ mores.

cto paupere Lazaro. Quare Spiritus ſanctus per Prophetam Pſal. 61. Hortatur, Diuitiæ ſi affluant uobis, nolite cor apponere. Obſeruandum interim, Iacobum poſt epulas appendiſſe, Et in luxurijs enutriſtis corda ueſtra. Solet enim gula & ciborum ingurgitatio luxuriam & carnis libidinem producere, autore Hieronymo, Venter æſtuans uino (ait) citò ſpumat in libidinem. Vide quæ in hunc locum Iudæ Apoſtoli, Hi ſunt in epulis ſuis conuiuantes, &c. ſcripſimus.

Gula mater libidinis.

In die occiſionis addixiſtis, & occidiſtis iuſtum, & non reſtitit uobis. *Sunt qui locum hunc interpretantur de* CHRISTO, *quem patres horum epulonum, in quos inuehitur Apoſtolus, occiderunt. Vt tantum ſcelus illis obijciens, & in memoriam reducens* IESV CHRISTI *(qui uelut ouis non reſiſtens ad mactationem ductus eſt) mortem, ad pœnitentiam reducantur: aut ſi qui adhuc Iudaiſmum profiterentur, ad fidem Dominicam, & religionem Chriſtianam conuerterentur. Pia & ſancta eſt horum interpretatio. Tyrannidem & horum uiolentiam in pauperes taxat, nomine iuſti intelligens pauperes iuſtos, & afflictos. Addixiſtis in die occiſionis: id eſt, condemnaſtis & occidiſtis iuſtum. ac ſi diceret, Contempſiſtis pauperes, quibus non ſuccurriſtis, atque ita negando neceſſaria, intereміſtis, quòd inedia contabuerint. Aut condemnaſtis & occidiſtis iuſtum* IESVM *in ſuis membris, dum ferentes ſententiam condemnaſtis pauperes, uel quòd ueſtris corruptis moribus contrarij eſſent: Vel quòd corriperent impietatem in uobis, loquentes de ueſtra inſolentia, libidine & tyrannide: Vel quòd pro libitu, uobis obſequi noluerunt. Et non reſtitit uobis. Iuſtus Dominus non reſtitit uobis iniquitatem in pios agentibus, ſed maior uos manet pœna, expectatio eius erit in maiorem aduerſus uos ultionem, qui longanimitate & patientia eius abutimini. Porrò cùm pij à uobis afflicti, & in crucem tracti neminem haberent qui cauſam ipſorum ageret, neque ulla eſſet reſiſtendi facultas, facilè à uobis iuxta ueſtros carnis affectus ſubuerſi ſunt. Non reſtiterunt uobis, ſequuti paſtorem ſuum* IESVM CHRISTVM, *quem cùm uos in die occiſionis, id eſt, In die Paraſceues ad uictimam duceretis, aut parentes ueſtri ducerent, liberè & uoluntariè iuit ad mortem: non aperuit os ſuum: non quæſiuit ultionem. Chriſtianorum enim non eſt iudicio contendere, ulciſci, aut conuicia regerere, ſed ferre patienter iniuriam. Siue de* CHRISTO, *ſiue de membris eius, ſiue de utriſque locum hunc ſatis obſcurum, intellexeris, nihil moror.*

Longanimitas Dei maiorem obſtinatis adducet pœnam.

Dies occiſionis.

Patientes igitur eſtote fratres, uſque ad aduentum Domini. *Afflictis patientiam ſuadet, dicens, Qui à diuitibus premuntur, cum tolerantia durent uſque ad aduentum Domini: id eſt, ſeſe totos Domino dedant, & ſua omnia committant, quoad Dominus uenerit afflictos liberaturus, & impios puniturus. At quoniam carni moleſtum erit, quòd ultionem differat Dominus, adhortandi ſunt afflicti ad tolerantiam, ne preſſuris, & moleſtia uincantur. Quod facit Paulus ad Hebræos 10. ex Propheta Abakuc 2. cap. Patientia uobis neceſſaria, eſt ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promiſsionem. Adhuc enim modicum aliquantulumq́; qui uenturus eſt ueniet, & non tardabit.*

Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & ſerotinum. *Parabolam ab agricultura petitam adducens, exhortationem nectit à fructu, & præmijs. Vtcunque*

non om

non omnia ſuccedant pro animi uotò & ſententia, dum affligimur, confirmemus, & non deſpondeamus animos. Imitemini agricolam, qui æquo animo dum ſeminat, fert labores, ſuſtinens expectat fructum, qui proueniet tempore ſuo. Nihil aliud addit, curam committit Deo, ut proſpiciat ſibi de feracitate agri, & det pluuias opportunas, quas non accipit agricola quando uult, ſed quum Deo libitum eſt. Vnde neceſſe eſt illum patienter expectare. Ita nobis quoque ferenda eſt patienter iniuria, ut aliquando accipiamus coronam uitæ. Scriptura de duplici pluuia frequenter mentionem facit, matutina ſcilicet & ſerotina. Matutinā Hieronymus ubique ferè temporaneam tranſtulit, quæ non admodum grata uelut ſerotina, ſed ut plurimum triſtis: qua lex ſignificatur, quæ terret conſcientias noſtras, peccatum oſtendit, & iram operatur, ait Paulus. Serotina per noctem humectans mirè utilis eſt, Euangelium adumbrans, quod afflicta corda ſuſtollit, conſcientiam conſolatur, & aridam terram rigat: hoc eſt, omnigenam conſolationem affert. Aut pij temporaneam recipiunt pluuiam, quando poſt obitum coronantur in cœlis: & ſerotinam conſequentur in corporum glorificatione, poſt generalem omnium reſurrectionem. Deuteron. 11. capite. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio uobis, ut diligatis dominum Deum ueſtrum, & ſeruiatis ei in toto corde ueſtro, & in tota anima ueſtra: dabit pluuiam terræ ueſtræ temporaneam & ſerotinam, ut colligatis frumentum & uinum & oleum fœnum'que ex agris ad paſcenda iumenta: ut & ipſi comedatis & ſaturemini.

Agricolę ſpes, & in duris expectatio.

Pluuia matutina & ſerotina.

Legis functio.

Euangelij functio.

Patientes igitur eſtote & uos, & confirmate corda ueſtra: quoniam aduentus Domini appropinquauit. Quaſi dicat, Quare, ut agricola expectans expectat fructum agri ſui, ita & uos expectate fructum uitæ æternæ. Eſtote patientes, & patientia ipſa confirmate corda ueſtra, interim meditantes de beatitudine æterna, de diuina iuſtitia, de æterno ſupplicio reproborum, ſtabilientes animum fiducia in CHRISTVM. Quoniam aduentus Domini appropinquauit: id eſt, Dominus in propinquo eſt. Apocalyp. 2. Ego ſto ad oſtium foris, & pulſo: impios ulturus, uos uerò liberaturus, & immortalitate donaturus. Aduentum Domini dicit non ſolùm diem illam generaliſſimam, ſed etiam quamlibet diem uiſitationis, qua ſuos de afflictionibus erepturus eſt, & impios puniturus.

Patientia confirmandus animus.

Aduentus Domini.

Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum. Perſeuerat hortari ad patientiam, deterrens illos metu iudicij imminentis. Nolite ingemiſcere: id eſt, nolite querulari, plus æquo exaggerantes mala quæ uobis accidunt, nullum ſeruantes modum. Neque ingemiſcatis in alterutrum: id eſt, nullo ducamini liuore in fratrem, ſi frater paucioribus malis affligatur quàm uos. ut non iudicemini, id eſt, condemnemini, & iudicium Domini in uos prouocetis: ecce aſſiſtit & adeſt ante ianuam, ſeu pro foribus, iudex ille magnus, qui perditurus eſt impios ueritatis hoſtes, quiq; daturus eſt uniuſcuiuſq; operi condignam mercedem: his quidem qui affligunt uos, afflictionem: Vobis autem afflictis, relaxationem. 2. ad Theſſal. 1. cap.

Deus afflictis adeſt ultur' impietatem.

Exemplum accipite fratres, exitus mali, &c. Exemplo hortatur ad patientiam. hac enim itur ad cœlum. Ita oportuit filium hominis pati, & intrare in gloriam ſuam. Luc. 24. Hoc iter ſancti prophetæ & electi tenuerunt, autore Paulo ad Hebræos 11. cap. Fratres, nolite animos deſpōdere dum affligimini: ſed accipite Prophetas in exemplum exitus, id eſt, mortis, quam pro ueritate patienter tulerunt. Mali, id eſt,

Patientia itur ad cœlum.

Exitus.

Malum pro pœna.

pœnæ, quam æquanimiter tolerarunt. Laboris, id eſt, feruentis exercitij, pro nominis & honoris Diuini defenſione. Et patientiæ, per quam in aduerſis forti & æquo animo durarunt. Hi omnes genitiui ad duos referuntur Afflictionis & Longanimitatis. Qui licet negotium Domini (à quo miſsi erant) agerent, tamen Mundo exoſi perſequutionem & afflictionem paſsi ſunt. Quid ergo miramur, ſi nos peccatores affligamur? Vos igitur ne deficiatis obſecro, ſanctam fidem, & pium opus ſanctorum imitati. Iſti patientes ſuſtinuerunt, ita & uos ſuſtinete.

Patientia.

Ecce, beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Pergit hortari ad tolerantiam, Ab autoritate CHRISTI & præmio. Ex patientia & æquanimi tolerantia conſequimini præmium magnum, nempe nomen beati. Hoc CHRISTVS beatitatis autor pronuntiauit Matth. 5. Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Ecce beatificamus, id eſt, beatos dicimus eos qui ſuſtinuerunt. Ergo ſi æquanimiter & patienter ſuſtinetis, beati eſtis.

Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini uidiſtis, quòd miſericors Dominus eſt & miſerator. Aliud exemplum patientiæ decantatiſsimæ beati Iob adducit, quo non ſolum hortatur nos ut tolerantiam & afflictiones ipſius Iob ſpectemus, ſed etiam finem Domini: hoc eſt, quid Dominus ipſi Iob certanti rependerit, qui per afflictiones ad ſummam gloriam euaſerit, reſtitutus'que eſt ſibiipſi, & in omni ſubſtantia factus eſt ſeptuplo locupletior quàm prius fuerat. Audiſtis ſufferentiam, id eſt, patientiam ipſius Iob. Et uidiſtis in hiſtoria finem Domini, id eſt, quid dominus fecerit, quomodo ei Dominus reſtituerit duplicia, & benedixerit nouiſsimis magisq; principio. Subiungit rationem quandam à natura & bonitate Dei ſumptam, qui non ſinit ſuos tentari ſupra id quod poſſunt. Quod & in Iob apertiſsimum eſt. Solet quidem Deus ad tempus deſerere, ſed in fine iuxta promiſsionem ſuam uelut miſericors pater adeſt. Pſal. 85. Tu Domine Deus, miſerator & miſericors, patiens & multæ miſericordiæ & uerax. Miſericors eſt Dominus, id eſt, bonus, benignus, beneuolus, & propenſus ad beneficentiam præſtandam, quam cùm largitur, miſerator dici ſolet.

Patientia Iob decãtatiſsima.

Iob ſua patientia ſeptuplo locupletior factus.

Miſericors Miſerator Dominus.

Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Cùm Dominus dixerit Matth. 5. Reddes Domino iuramenta tua, præceperitq; non ſemel iuramentum præſtare, Exodi 22. Si quis commendauerit proximo ſuo bouem, &c. ſequitur, Iuſiurandum erit in medio quòd non extenderit manum ad rem proximi ſui: ſuſcipietq; Dominus iuramentum, & ille reddere cogetur. Ecce Dominus iubet, & ſuſcipit iuramentum. Non eſt ergo iuramentum ex ſe malum, ut aſſerunt Anabaptiſtæ, qui nulla ex cauſa iuramentum probant. Atque ut hanc impiam ſententiam ſuam confirment, aliam impietatem adijciunt, dicentes non eſſe ipſorum, ut quicquam iurent ſe facturos, uel non facturos, eò quòd nihil ſit in ipſorum poteſtate, ſed omnia in manu Dei. Hac impietate damnant omnia piorum uota, & ſanctas promiſsiones, adeo'que & ipſam matrimonij colligationem. Iacobus Apoſtolus uetans omnino deierationem, uult abſtineamus à iuramento, niſi fidei neceſsitas, aut ſalus proximi extorqueat iuſiurandum, aut magiſtratus exigat: tunc ueritatis confirmandæ gratia iurare licet. Si nanque ea eſſet, quæ debebat, inter homines mutua dilectio, ut quiſq; alteri ac ſibiipſi fideret, nulla prorſus cauſa eſſet, quicquam iuramenti, ſimplici affirmationi uel negationi adijcere. Cùm dicit, neq; per cœlũ neq; per terrã, &c. taxat errorem Phariſæorum

Iuramentum à Domino receptum.

Iuramentũ ex ſe non eſt malũ. Anabaptiſtarum error.

Iurare licet. Iuramẽti liciti circunſtantiæ.

Phariſæorum error de iuramento.

ſcorum, qui dicebant non magnopere referre ſi quis iuraret per cœlum, aut aliam creaturam, & falleret. Probibet ergo Iacôbus ex doctrina Chriſti, Matthæi 5. ne iurare aſſueſcamus, & nomen domini in uanum aſſumamus. Per creaturas ut creaturæ ſunt, iurare non licet: ſed ea ratione qua diuina ueritas aut poteſtas relucet in eis, licitum eſt.

Iurare non aſſueſcamus.
Iurare per creaturam.

Sit autem ſermo ueſter, Eſt eſt, Non non, &c. *Sermo ueſter nihil ſimulationis aut diſsimulationis habeat, ſed ſit purus & ſimplex, nihil mendacij in Dei ignominiam, & proximi detrimentum habens. Loquamini reuerenter, religioſe, & cōſtanter. Simplex affirmatio ſiue negatio ad faciendam fidem quacunque in re, cuique ſatisfit. Quod affirmatis, uerè affirmate, & quod negatis, uere negate. Vt non ſub iudicio decidatis, ut nō condēnemini. Quoniā quod amplius eſt, à malo eſt. Si ſanguinē, crucem, redemptionem addideritis, & multas alias blaſphemias (quas neque hic calamus ſcribere, neque hæc charta capere poteſt) deierantes & blaſphemantes expreſſeritis, rurſum crucifigitis* IESVM *Chriſtum, & iudicium ſeu condemnationem incurritis. Sermo ueſter ſit Eſt: id eſt, ueſtrum Eſt, ſiue ueſtra affirmatio ſit Eſt. Et Non, id eſt, ueſtrum Non, ſeu ueſtra negatio, ſit Non.*

Triſtatur autem aliquis ueſtrum? oret. æquo animo? & pſallat. *Docet quid faciendum in proſpera aduerſa'ue fortuna, dicens, Si aliquis ueſtrum triſtatur, id eſt, anguſtias & afflictiones ſuſtinens, triſtitia afficiatur, dicatq́; Quid in his afflictionibus faciam? Reſpondeo, (ait Apoſtolus) Caueat ille blaſphemare, murmurare, animum deſpondere: ſed oret, id eſt, inuocet dominum, ad Deum confugiat cum fiducia, quæ eſt portus & anchora ab ipſo Mundo agitatis. Qui nunquam ſuos deſerit. Indeſiſsis precibus huius gratiam petat in fide, & dabit auxilium tempore opportuno. Exemplum erit ipſe Chriſtus, qui triſtis in horto orauit patrem, iuſsitq́; ut triſtes Apoſtoli orarent, ne intrarent in tentationem. Aequo animo? id eſt, ſi quis proſperiore utitur fortuna, & cui omnia pro animi ſententia ſuccedant, pſallat, & gratias agat Deo, pro conſolatione, & beneficijs receptis. Nihil enim aliud eſt pſalmus quàm laus, & præconium Dei.*

Quid agēdū in proſpera aduerſaue fortuna.
Oratio afflictis anchora.
Pſalm⁹ eſt laus Dei.

Infirmatur quis in uobis? Inducat presbyteros Eccleſiæ, & orēt ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine domini. *Infirmis & ægrotantibus mederi uolens Apoſtolus, medelam explicat. Dixerat, afflictos & contriſtatos debere preces ad Deum fundere. Infirmo autem & ægroto medetur, dicens, Si quis in uobis infirmatur, &c. Declarat Iacobus his uerbis, ægrotorum unctionem, quæ eſt ſacramentum, cùm ad ægritudinem animi, tum corporis ægrotationem leuandam ualere. Vnde conſtat non eſſe humanum inuentum, ſed à* IESV *Chriſto eſſe inſtitutum, ſicut & reliqua ſacramenta. Legimus apud Marcum, 6. capi. Chriſtum accerſiſſe duodecim Apoſtolos ad ſe, eoſdemq́; binos miſiſſe, certa quadam legationis forma præſcripta, & poteſtate (qua uterentur) data & conceſſa. Statim ſequitur in textu Marci, Et exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabantur. Hæc unctio non præſumptione Apoſtolorum, ſed Chriſti autoritate, mandato & inſtitutione fiebat. Abſit ut Apoſtoli in tanta legatione hæc conijcerent, qui ſolùm data & conceſſa à Chriſto poteſtate utebantur, ſcientes quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Peſsimè ergo errant, qui dicunt Apoſtolos in hac unctione, ciuile quoddam officium exercuiſſe. Non fecit Chriſtus diſcipulos chirurgos, ſed Apoſtolos, hoc eſt, Legatos, & Euangelij nuntios, qui*

Infirmorū medela.
Sacramēti unctionis uirtus.
Apoſtoli ungebāt ægrotos & ſanabantur.
Error eorum qui Apoſtolos dixerunt chirurgos.

ungerent ægrotos oleo, non quidem medicinali, aut chirurgico, ſed ſacramẽtali & myſtico. Si enim medicinale & chirurgicum eſſet, non foret opus oratione, neque ungerentur infirmi in nomine Domini. At cùm ſacramentale ſit officium, oratur pro infirmo, & nomẽ domini inuocatur. Quare ſacri doctores ſacris innitentes cõſtanter aſſerũt Eccleſiam ueritatis columnam & firmamentũ ex hoc loco Marci 6. tanquã ex ipſius Chriſti inſtitutione hanc ſacram unctionem ut uerum ſacramentum, accepiſſe. Quod poſtea diuus Iacôbus Apoſtolus, iuxta modum & formam adminiſtrationis eiuſdem clarius expreſſit. Et quod à Chriſto acceperat, didiceratq́;, populo tradidit, ad hunc modum:

Vnctiõis ægrotorũ energia.

Infirmatur quis in uobis, &c. Quæ uerba apertiſſimè indicant hanc unctionem, ſacramentum eſſe, quæ neque ſigno careat uiſibili, neque promiſſione & collatione inuiſibilis gratiæ. Hanc eandem eſſe unctionem cùm ea, de qua meminit Marcus 6. capi. affirmant tum Græci, tum Latini patres.

Dionyſius.

Dionyſius Areopagita capi. 7. de Eccleſiaſtica Hierarchia, de hac unctione amplè meminit. Chryſoſtomus libro 3. de

Chryſoſtom⁹.

Sacerdotio, huius ſacramenti & miniſtri eius mentionem facit, de ſacerdotibus loquens. Neque enim ſolùm (ait) cùm nos regenerant, ſed poſtmodum etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent. Infirmatur (inquit) inter uos aliquis? accerſat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei, ſaluum reddet laborantem, & eriget eum Dominus:

Theophylact⁹.

& ſi in peccatis erit, remittentur ei. Hactenus ille. Ad hæc facit abbreuiator Chriſoſtomi Theophylactus autor Græcus in 6. capi. Marci dicens, Quod unxerant Apoſtoli, ſolus Marcus narrat: quod & frater domini Iacôbus in catholica epiſtola dicit: Infirmatur (inquit) quis inter uos? aduocet ſeniores Eccleſiæ, & orent ſuper

Oleũ ſigni myſterium.

illum, ungentes eum oleo, &c. Poſteà ſubiungit Theophylactus, Eſt igitur oleum, ſigni myſterium declarans, & ad labores utile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuum, ſignificatq́; miſericordiam Dei, & gratiam ſpiritus, per quam à labore liberamur, & lucem & gaudium hilaritatemq́; ſpiritualem accipimus. Hæc ille. Latinæ Eccleſiæ producentur teſtes maximè idonei,

Innocẽtius primus.

Innocentius huius nominis primus, in concilio Africano (cui Auguſtinus affuit) de hoc ſacramento unctionis honorificam fecit mentionem.

Auguſtinus.

Auguſtinus de rectitudine catholicæ conſeruationis, ait, Qui ægrotat, in ſola Dei miſericordia confidat, & Euchariſtiam cum fide & deuotione accipiat, oleum'que benedictum fideliter ab Eccleſia petat, unde corpus ſuum ungatur, &c. Quare hæc noſtri Apoſtoli uerba apertiſſimè docent unctionem hanc & ritum ab Eccleſia obſeruatum eſſe ſacramentum non humanitus inuentum, ſed ex inſtitutione CHRISTI, & traditione apoſtolica, ueluti hæreditaria ſucceſſione obſeruatum, in hæc uſque tempora. Id quod uniuerſalis Eccleſiæ tam ueteris quàm noſtræ (quæ eadem eſt) Græcæ pariter & Latinæ conſenſus, & ipſe ſacramenti uſus quàm maximè comprobant. Si ueterum monimenta conſulamus, apertiſſimum fiet,

Nomina ſacramẽti unctionis infirmorum.

hoc ſacramentum primò uocatum eſſe Sacramentum unctionis infirmorum. Quod nomen ſatis accommodum eſt uerbis noſtri Apoſtoli. Lapſu temporis cœpit dici, Sacramentum extremæ unctionis. Non quòd hic ritus Eccleſiæ fiat, ut hæc unctio omnino extrema ſit. Nam & reiteratur, ſicubi morbus depulſus, ſubinde redierit. Neque hac ratione ægroto confertur hoc ſacramentum, ut ſtatim eo percepto ægrotus animam efflet, & moriatur: ſed potius, ut non ſolùm mente, ſed & corpore (ſi ita Deo uiſum erit) conualeſcat. Iſta indicant orationes illæ omnis pietatis pleniſſimæ, quibus parochus utitur in huius extremæ unctionis adminiſtratione. Dici

poteſt

poteſt extrema, quòd ultima ſit è quatuor illis in Eccleſia celebratis. Primò ungi-
mur cathecumeni, deinde baptizati ſtatim ungimur. Tertiò ungimur quando confir-
mamur, demum infirmi extremam accipimus unctionem. Mallem uocare hoc ſacra-
mentum, unctionem ægrotantium. Non enim eſt ſacramentum morientium, ſed ægro-
tantium, non ſepulturæ, ſed ſalutis recipiendæ gratia conceſſum. Vnde in primitiua Ec-
cleſia multi cùm ungerentur ſanabantur. Et hodie plures priſtinam incolumitatem re-
ciperent, ſi eius ſacramenti rationem perfectam tenerent, atque tam ſalutare myſterium
fide acciperent.

Vnctiones in eccleſia.

Vnctio ægrotantium.

Inducat presbyteros Eccleſiæ. *Primo uerbo inſinuat affectum ægroti*
qualis eſſe debet. Aeger inducat, non accerſat magos, & incantationibus utentes,
aut exercentes præſtigia, ſed ex fiducia in Chriſtum curet miniſterium tanti ſacramen-
ti ad ſe accedere: ut accedente miniſtro, & exercente legationem ſuam, conſequatur
æger finem & fructum, quem ex ſacra unctione intendit recipere, fidens, & recogi-
tans apud ſe, per fidelem illam, & piam Eccleſiæ precationem à presbyteris factam,
quæ in hoc ſacramento adhiberi ſolet, ſe conualiturum, ſi ita Deo uiſum fuerit, & hac
fiducia certus ſit ſe uires recepturum, ut fidem augeat aduerſus terriculamenta & tre-
pidationes inſtantis mortis, ſe'que facilius & melius in Domino obdormiturum. Decla-
rat miniſtrum huius ſacramenti dicens, Presbyteros Eccleſiæ, hoc eſt, ſacerdos im-
poſitione manuum presbiterij inſignitos. Plures, inquam, accerſat, ut multorum ora-
tione abundantius adiuuetur. Quòd ſi plures non adſint, adſit parochus, aut eius
uicarium uicem gerens, comitatus tamen, ſi fieri poteſt, uiris religione & pietate
candidatis. Quem ritum credo Iacobum non reprobaſſe: quum & ſi plures adſint
presbyteri, ab uno fit unctio, cæteris cum eo orantibus. Hic parochus huius ſacra-
menti miniſter, non ſuam, ſed Apoſtoli Chriſti ac Eccleſiæ perſonam (ut & in cæ-
teris ſacramentis) gerit ac repræſentat. Nam ut Chriſtus eſt qui baptizat, qui corpus
ſuum inpartit, qui abſoluit, ita Chriſtus eſt qui intrinſecus inungit, ſacerdote mini-
ſtro externam unctionem adhibente. Et, ut paucis abſoluam, Chriſtus eſt Samarita-
nus ille Euangelicus, qui homini à latronibus diſpoliato, & grauiſſimis plagis affli-
cto, appropians, cæteris prætereuntibus ſolus miſericordia mouetur, & totus ſa-
luti hominis uulnerati intentus, ſacramentorum ſuorum alligamenta adhibet, quem
& alligatum, iumento'que ſuo impoſitum, in ſtabulum Eccleſiæ ducit. Sacerdos au-
tem, ſiue parochus, ſtabularij uicem gerit, cui præcipitur ut curam ægroti agat,
ſed pharmacis à Chriſto uerò illo Samaritano, hoc eſt, hominum ſeruatore, & cu-
ſtode præſcriptis: Qui ſolus ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.
Pſal. 146.

Miniſter ſacramẽti unctionis.

Vnctionem recipientis, qualis debet eſſe affectus.

Chriſtus Samaritanus.

Et orent ſuper eum. *Precationes illæ, quæ ſingulis unctionibus fiunt, pie-*
tatis pleniſſimæ ſunt. Adminiſtrationis huius ſacramenti forma ſecundum Gregorium
hæc eſt, Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat
tibi Dominus quicquid peccaſti per uiſum, in nomine Patris & Filij, & Spiritus
ſancti. Amen. Et ſic de reliquis unctionibus. Ambroſij autem ritus & forma admi-
niſtrationis huius ſacramenti hæc eſt: Vngo oculos tuos, uel aures, &c. Oleo conſe-
crato, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: Amen. Licet non eadem ſint uer-
ba Ambroſij & Gregorij, in eundem tamen ſenſum tendunt. Ad huius ſacramen-
ti integritatem neceſſum eſt, oretur pro infirmo, infirmus ungatur à presbytero,
non quouis oleo, ſed oleo oliuarum ſanctificato. Oratione orent presbyteri, ut

Vnctiõi ægrotorũ adſint preces.

Sacramẽti unctionis forma.

Sacramẽti unctionis integritas.

quicquid

quidquid mali commiſit ægrotus, hoc illi Dominus dimittere, & priſtinam illi corporis ſanitatem reſtituere dignetur.

Vngentes eum oleo in nomine Domini. *Materia & elementum huius ſacramenti, eſt oleum oliuarum, ſanctificatum à ſolo epiſcopo. Nam quod ait, Oleo in nomine Domini, ſignificat (ut ait Beda) oleum conſecratum in nomine Domini. Nec ſolùm hæc oratio, in nomine Domini, determinat, oleo, ſed etiam, ungentes. Vnctio enim debet fieri, cum fide & inuocatione nominis, & uirtutis diuinæ, per quam hæc unctio uim & robur habet ad ægroti ſolatium atque incolumitatem. Nec dubium eſt, quin in primitiua Eccleſia plerique infirmi, cum ungerentur priſtinam incolumitatem reciperent, nimirum fide flagrantiori tam ſalutare myſterium accipientes. Sed quòd hodie rarius hoc fiat, in cauſa eſt modicitas fidei.*

Sacramẽti unctiõis materia. Oleũ oliuarũ ab epiſcopo ſãctificatũ eſt materia unctiõis. Vnctio cũ fide facienda.

Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus. Et ſi in peccatis ſit, remittentur ei. *Sunt hæc uerba promiſsionis. Aegrotus innitatur & fidat promiſsis IESV Chriſti fidelis in his quæ pollicetur. Huius promiſsionis Apoſtolus eſt præco, & nuntius: Chriſtus eſt qui promittit. Quare fidenti in Chriſtum promittentem, dum ungitur aderit Dominus promiſſa largiens. Solent miſericordia & ueritas comites eſſe in ſcripturis. Miſericordia promiſsiones oſtendit infirmis: Veritas exhibet & præſtat promiſsionem. Quare ſuapte natura miſericors & uerax eſt Deus, qui neque fallit, neque fallere nouit. Oratio fidei, Hebraiſmus eſt, pro, fidelis oratio, Quæ ſcilicet proficiſcitur ex uera, & uiua in Deum fide. Saluabit infirmum: id eſt, morbo laborantem ſanitati reſtituet. Hoc explicat Iacobus dicens, Et, pro, id eſt, Dominus alleuiabit eum. Obſerua pulchram uerborum emphaſim. Dominus, inquit, alleuiabit, ſeu eriget eum. Vt pro hoc alleuiationis beneficio gratias agamus Deo, id'que totum Deo acceptum feramus. Promiſsionis diuinæ oleum eſt ſignum. Hieronymus in 6. capi. Marci, ait, Cùm ungunt oleo ægros, infirmitatem fidei uirtute corroborant. Corroborant autem interceſsione, & oratione fidei, quam Dei clementia exaudiet, & ſe exorabilem præſtabit, cuius ſacramentum eſt oleum conſecratum. Et ſi in peccatis ſit, remittentur ei, ſi fidem uiuam habet. At quoniam ſolet quandoque corpus affligi morbis, & uarijs infirmitatibus propter peccata, maximè, qui indignè & irreuerenter recipiunt ſacroſanctam Euchariſtiam autore Paulo, 1. Corinth. 11. cap. Ideo inter uos (inquit) multi infirmi & imbecilles ſunt, & dormiunt multi. Ab hoc effectu peccati, hoc eſt, ab infirmitate erigit hoc ſacramentum. Beda: Si infirmi in peccatis ſint, & hæc presbyteris eccleſiæ confeſsi fuerint, ac perfectò corde ea relinquere, atque emendare ſategerint, dimittentur eis. Neque enim ſine confeſsione emendationis, peccata queunt dimitti. Vnde rectè ſubiungitur, Confitemini ergo alterutrum peccata ueſtra. Hactenus ille.*

Aegrotus fidat promiſsis Chriſti. Miſericordia & ueritas comites. Oratio fidei. Oleum ſignum promiſsiõis diuinæ. Vnctionis ſacræ effectus.

Confitemini ergo alterutrum peccata ueſtra: & orate pro inuicem, ut ſaluemini. *Particula Ergo, deſignat hæc ex ſuperioribus inferri: ut ſcilicet infirmi officioſè à presbyteris admoneantur, ut aut his, qui ſe læſerunt, remittant, & cum eis in gratiam redeant: Aut ut ab alijs, quos læſerunt, ueniam reatus impetrent. Deinde mutuis ſe precibus iuuent, ut ſalui fiant. Hic textus præter hæc indicat confeſsionem peccatorum faciendam, licet non cum præciſione determinet cui ſit confitendum. Vt ſaluemini. Fructus ex mutua exhortatione, condonatione*

natione, & confeſsione iuxta uiuam fidem, eſt ſalus. Mente enim ſalua, tranquilla, & peccatis repurgata ſacramentali pœnitentia, citius reſtituitur corpus. Vnde Beda, In hac autem ſententia illa debet eſſe diſcretio, ut quotidiana leuiaq; peccata alterutrum coæqualibus confiteantur, eorumq; quotidiana credamus oratione ſaluari. Porrò grauioris lepræ immunditiam iuxta legem ſacerdoti pandamus, atq; ad eius arbitrium qualiter et quanto tempore iuſſerit, purificari curemus. Hactenus ille. Huc pertinet proceſſus ille Euangelicus Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Et alibi quod mandat Dominus, Vade, & reconciliare fratri tuo.

Multum enim ualet deprecatio iuſti aſsidua. *Vt ad aſsiduum orandi ſtudium incitet, uim & energiam orationis, tum ab autoritate, tum exemplo Heliæ, docet. Mutuò oremus, ait, quia deprecatio iuſti, id eſt, hominis fidentis in Deum, aſsidua, id eſt, non torpida & languens, ſed ardens, efficax, & ex animo profuſa, ualet multum: qualis fuit Cananææ mulieris, Matt. 15. quæ ſemel atq; iterum repudiata, non ceſſat orare. qualem exigit Chriſtus Lucæ 11. & 18. ob perſeuerantiam noſtram, certò exaudit: quia promiſit, uerax eſt, & fallere non poteſt.*

Oratio aſsidua multam habet energiam.

Helias homo erat ſimilis nobis paſsibilis: & oratione orauit: ut nō plueret ſuper terram: & non pluit annos tres, & mēſes, &c. *Exemplo ex 3. Regum 17. capi. probat quantum ualeat & impetret apud Deum oratio hominis fidelis, & in Deum fidentis. Nolite (inquit) deſpondere animos, quòd homines & peccatores eſtis. Nam & Helias homo erat paſsibilis, id eſt, affectibus & infirmitatibus ſimilis nobis, id eſt, ſicut & nos ſumus. Et orauit oratione, ſupple ex fide uiua, ut non plueret: & impetrauit. Nam non pluit ſuper terram annos treis, & menſes ſex. Iterum conuerſus ad preces, pluuiam terræ impetrauit. Ita & nos exaudiemur, ſi tum pro noſtris, tum fratrum delictis ex fide precati fuerimus.*

Fratres mei, ſi quis ex uobis errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum: ſcire debet, quoniā qui conuerti fecerit peccatorē, &c. *Præcipit charitatis officia præſtare in aberrantes à ueritate, fide, aut ſana doctrina, tranſiens à corporis infirmitatibus ad morbos animi. Si admandatum eſt adiuuare precibus proximum, ut à corporis infirmitate releuetur: quantò diſtrictius præcipitur, ut morbo animi laborantibus ſubueniamus? Fuſius de his diſſerit Chriſtus Matth. 18. Si peccauerit in te, &c. & Lucæ 17. Et in lege Exodi 23. Deuteronom. 22. cap.*

Aberrantes in uiā reducendi.

Et operiet multitudinem peccatorum. *Qui lucratus eſt animam fratris, & reduxit ouem perditam in caulas Domini, magnum fructum & præmium conſequetur. Is enim operiet multitudinem peccatorum ſuorum. hoc eſt, huic tantæ charitate inſignito Chriſtus ſua peccata condonabit, etiam quamlibet multa. Neque ſua tantum peccata, ſed & illius (quem errantem in uiam ueritatis reduxit) operiet. Charitas enim tegit peccata aliorum: quia patiens eſt, ſuffert, & omnia condonat. Hinc Paulus Coloſſ. 3. uocat charitatem, uinculum perfectionis: & alibi, finem legis, 1. Timoth. 1. dum alter alterius onera portat, Galat. 6. Quam Deus tam abundè ſua immenſa liberalitate infundat cordibus noſtris, ut indiuulsè ſic ei adhæreamus, quò tandem eo fruamur æternum, per Chriſtum, cui eſt laus, honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

Charitas tegit pecc. ata.

Iurare. Deierare. Peierare. LATINI tres uoces habent, Iurare, Deierare, & Peierare. Prima ſignificat ſacramento rogare. Secunda, temere, ad quamuis rem ſiue uerè, ſiue falsò adiurare. Tertia ſignificat falsò iurare. Vult Chriſtus Matthæi 5. non uetare quo minus iuremus, ſed ne unquam deieremus.

Miſeria. MISERIA, idem quod miſeritudo, id eſt, infelicitas, ærumna.

Tinea. TINEA, uermiculus ueſtes aut libros corrodens.

EPISTOLAE IACOBI,
FINIS.

B. PETRI EPISTOLA PRIMA.

ARGVMENTVM EIVSDEM.

Hortatoria ſimul & expoſitoria eſt hæc epiſtola. hortatur ad uitam nouam, & conſtantem in eius perſeuerantia patientiam. Explicat uim ueritatemq́ fidei Chriſtianæ, & charitatis officia cum dignitate patientiæ.

Obſcura eſt hæc Epiſtola, tum propter reconditas ſententias, tum propter confuſum & perturbatum ſermonis ordinem: quem Deo adiuuante, ſi non noſtra, ſaltem eruditiſſimorum opera perfacilè explicabimus. Multam quoq; præ ſe fert autoritatem & maieſtatem apoſtolicam, atq; ideo uerè digna Apoſtolorum principe, paucis quidem contenta uerbis, ſed ſententijs & reconditiſſimis grauida myſterijs.

LOCI INSIGNES HVIVS EPIST.

1 Nihil certius prædicatione fidei Chriſtianæ. I.
2 Quid, uel qualis uera caſtitas. I. II.
3 Patientia uiuæ fidei fructus. I. II.
4 Puritas uitæ & Charitatis officia. I. II.
5 Quid renaſcentia. Et quòd prima natiuitas ſit impotentia carnis. II.
6 Quid debeamus Magiſtratibus, & Legibus. II. III.
7 Quid deceat ſeruos. II.
8 Sui officij unumquenq; admonet. II. III. IIII.
9 Semper crucem Mundus odit & perſequitur, illiusq; ſectatores pro inſanis habet.
10 Semper ſequitur ſua pœna nocentes.

B. PETRI EPISTOLA PRIMA.

Salus animarum à nemine negligenda. CAP. I.

PETRVS Apoſtolus IESV Chri-
ſti, electis aduenis diſperſionis Ponti,
Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithy
niæ, ſecundũ præſcientiã Dei patris,
in ſanctificationẽ ſpiritus, in obedien-
tiam & aſperſionẽ ſanguinis IESV
(1. Corinth. 1. a; Epheſ. 1. a) Chriſti: gratia uobis & pax multiplicetur. Benedi-
(Miſericordia.) ctus Deus, & pater domini noſtri IESV Chriſti, qui
(Regeneratio.) ſecundũ miſericordiam ſuam magnã regenerauit nos
(Spes. Vita æterna.) in ſpem uiuam, per reſurrectionem IESV Chriſti ex
mortuis, in hæreditatem incorruptibilẽ, & incontami-
natam, & immarceſcibilem conſeruatã in cœlis in uo-
(Fides.) bis, qui in uirtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutẽ,
paratam reuelari in tempore nouiſsimo, in quo exulta
bitis, modicum nunc ſi oportet cõtriſtari in uarijs ten-
(Afflictiones.) tationibus: ut probatio ueſtræ fidei multo pretioſior
auro (quod per ignẽ probatur) inueniatur in laudẽ &
gloriã & honorẽ in reuelatione IESV Chriſti: quem
cùm nõ uideritis, diligitis, in quẽ nunc quoq; non ui-
(Lætitia ex fide) dentes creditis: credentes autẽ exultatis lætitia inenar-
(Fides. Salus.) rabili & glorificata, reportantes finẽ fidei ueſtræ, ſalutẽ
animarum ueſtrarum. De qua ſalute exquiſierunt atq;
(Prophetæ.) ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in uobis gratia
prophetauerunt, ſcrutantes in quod uel quale tempus
ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prænuntiãs eas quæ
in Chriſto ſunt paſsiones, & poſteriores glorias: qui-
bus reuelatũ eſt quod nõ ſibimet ipſis, nobis autẽ mi-
niſtrabãt ea q̃ nũc nuntiata ſunt uobis per eos qui euã
(Spiritus ſanctus.) gelizauerunt uobis, Spiritu ſancto miſſo de cœlo, in
quẽ deſiderant angeli proſpicere. Propter quod ſuccin
(Lumbi mẽtis. Spes in Chriſto.) cti lumbos mentis ueſtræ, ſobrij, perfectè ſperate in eã
quæ offertur uobis gratiã in reuelatione IESV Chri
ſti, quaſi filij obedientiæ, nõ cõfigurati prioribus igno
rãtię ueſtrę deſiderijs: ſed ſecundũ eũ qui uocauit uos:
ſanctum, ut & ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis,
quoniam

diſperſiõis Põti.] ſparſim incolẽtibus Pontum, &c.
præſcientiam] præfinitionem (præordinationẽ) æterno Dei decreto.
in ſanctificationẽ] per ſanctificationẽ ut ſanctificẽtur ſpiritu, ut obediant fidei & aſpergantur ſanguine. &c.
in ſpem] ut ſperemus uitam
incõtaminatã] incontaminabilem.
in uobis,] erga uos. (p uobis)
reuelari] ut pateſiat
quẽ cùm] quẽ non uideritis credentes tamẽ exultatis
poſteriores] cõſequuturas.
in quẽ] uel in quæ, id eſt, ea quæ de Chriſto ſunt] prænũtiata p prophetas, ac deinde prædicata per Apoſtolos.
offert uobis] uel defertur ad uos
in reuelatione Ieſu] dũ uobis patefit Ieſus Chriſtus
cõfigurati] accõmodãtes uos
ignorãtiæ ueſtræ] id eſt, qb⁹ agebamini dũ adhuc ignoraretis Chriſtũ.
ſecundũ eũ qui uocauit uos. ſanctum] id eſt.

quemadmodū is qui uocauit uos ſanctus eſt.

quoniam ſcriptum eſt, Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Et ſi patrē inuocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum uniuſcuiuſq; opus: in timore, incolatus ueſtri tempore cōuerſamini. Scientes quòd non corruptibilibus auro uel argento redempti eſtis de uana ueſtra cōuerſatione paternæ traditionis: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati, præcogniti quidem ante Mundi conſtitutionem, manifeſtati autem nouiſsimis temporibus propter uos, qui per ipſum fideles eſtis in Deo qui ſuſcitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides ueſtra, & ſpes eſſet in Deo. Animas ueſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore ſimplici, ex corde inuicem diligite attentius: renati nō ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per uerbum Dei uiui & permanētis in æternum. Quia omnis caro ut fœnū: & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exaruit fœnum: & flos eius decidit. Verbum autem Domini manet in æternum. Hoc eſt autem uerbum quod euangelizatum eſt in uobis.

paternæ traditionis:] quā ex patrū acceperatis traditione. præcogniti] q præordinatus fuerat

caſtificantes] purificaſtis obediendo ueritati p̄ ſpiritum ſimplici.] non ſimulato. Attentius] uehementer

gloria ei⁹] gloria hominis

Sancti. Leui. 11.g. 19.a. 20.b Deuter. 10.b Roma. 2.b Gala. 2.b

Redempti ſanguine Chriſti. 1. Corinth. 6.d & 7.d Hebr. 9.d 1. Ioan. 1.d

Fides. Spes.

Renaſci.

Caro. Iſaiæ 40.b Eccleſ. 14.c Iacobi 1.b Verbum Dei.

Petrus. *Hac epigraphe nomen autoris epiſtolæ proditur, Nomen, inquā, quod Chriſtianus à Chriſto accepit, Io. 1. Intuitus autem eum* I E S V S, *dixit, Tu es Simon filius Iona: tu uocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus. Solent enim ijs, qui renaſcuntur in Chriſto, nomen imponere initiationis Chriſtianæ arbitri ſeu patrimi.*

Petrus Cephas.

Baptizato nomē imponitur.

Apoſtolus Ieſu Chriſti. *Apoſtolus dicitur non quiuis nuntius, ſed legatus, & ueluti orator, qui cōceptis uerbis nō ſua, ſed ipſiſsima mittētis uerba referat. Vnde eleganter Tertullianus, in libro de proſcriptionibus hæreticorū, ait, Nobis uerò nihil ex noſtro arbitrio indulgere licet, ſed nec eligere, quod aliquis de arbitrio ſuo induxerit. Apoſtolos Domini habemus autores: qui nec ipſi quicquā ex ſuo arbitrio quod inducerent, elegerunt, ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter nationibus aſsignauerunt. Cùm addit,* I E S V *Chriſti, uehementer amplificat autoritatē & dignitatem Apoſtolici muneris: ac ſi diceret, Sum Legatus* I E S V *Chriſti, nihil aliud quàm ſalutis ueſtræ negotium ex mandatis* I E S V *Chriſti, hac epiſtola ſcripturus. Quis non ex animo uelit & ſtudioſè quidem audire legatum* I E S V *Chriſti?*

Apoſtolus. Tertullianus. Apoſtoli nihil ex ſuo elegerunt. Apoſtolica autoritas. Legatus Chriſti.

Electis aduenis diſperſionis. *Aperit quibus ſcripta dicatáue eſt hæc epiſtola. Electis, id eſt, Chriſto dicatis. aduenis diſperſionis, id eſt, aduenis diſperſis, ſiue ſparſim incolētibus. Qui dicēdi modus frequēs eſt in Sacris, iuxta dialecton Hebraicā. Iudæis (quorū doctor Petrus, ſicut Gentium Paulus. Ad Gal. 2. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatū circuncisionis, operatus eſt & mihi inter gentes.) ſcribit hanc epiſtolam. Id argumento eſt, quòd meminit diſperſionis. Nam Iudæos uariæ bellorū agitationes olim ſub Aſſyriorū, Babyloniorum, Perſarū, & Macedonum regibus ortæ, alios aliò diſpulerunt, ut ueterum monumenta abundè prodiderunt. Beda hos electos*

Electi. Petrus Iudæorum doctor. Iudæorum diſperſio unde.

Proſelyti.

aduenas dicit proſelytos, qui de gentibus nati, in Deum credere, & circuncisione acceptа, Iudaico more, iuxta Dei legem, uitam ducere maluerunt. De quorum numero fuerunt permulti, qui in die Pentecoſtes uiſo miraculo, & audita Apoſtolorum prædicatione Chriſto crediderunt, dicente Scriptura Acto. 2. quòd Iudæi & proſelyti aderãt. Electos ergo aduenas diſperſos uocat, qui primò à Gentiliſmo ad Iudaiſmum, & poſt auditam Chriſti aut Apoſtolorum prædicationem, à Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum defecerunt. Et ij ſparſim regiones uarias incolebant.

Parergon.

Secundum præſcientiam Dei patris. *Huic inſcriptioni hæc ueluti πάρεργον, id eſt, præter propoſitum adpoſita ſunt, ſed quæ lepida & ſaluberrima ſint, utpote quibus maxima Chriſtianæ religionis myſteria contineantur. Referenda autem*

Prædeſtinatio.

ſunt hæc ad id quod præceßit, Electis: ut intelligamus electos eſſe aduenas à Deo, non iuxta illorum merita, ſed ſecundum præſcientiam ſeu prædeſtinationem, qua Deus ſua uoluntate, hoc eſt, ſuo beneplacito ordinauit illos ad uitã æternã: ut omnia diuinæ bonitati, & nihil noſtro merito tribuat. Quaſi dicat, Non temere aut fortuito & merito ueſtro electi eſtis, ſed deſtinato decreto & conſilio Dei eſtis ad hanc gloriam acciti.

Media ad gloriam.

In ſanctificationem ſpiritus. *Adducit media quibus ad eam gloriam euehuntur, ad quam prædeſtinati & acciti ſunt, iuxta beneplacitum Dei. Hos delegit in*

Sanctificatio.

ſanctificationem ſpiritus, id eſt, hos beatitudine donat per ſanctificationem ſpiritus, ſeu dono Spiritus ſancti ſanctificantur, ut non putent id ſua naturali habitudine ſibi contigiſſe. Spiritum adducens, omnia carnis opera excludit. Non deſunt qui interpretantur, In ſanctificationem ſpiritus, id eſt, ut ſanctificetur anima, quæ eſt ſpiritus. Mihi prior ſenſus magis arridet. Porro, Sanctificationem ſpiritus opponit operibus legis Moſaicæ, à quorum fiducia uult eos abducere.

In obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti. *Hanc obedientiam Auguſtinus ipſam Fidẽ in IESVM Chriſtũ intelligit. Similiter & Origenes. Eligimur à Deo ſecundum eius beneplacitũ, ut ſanctificatione & dono ſpiritus*

Obedire Chriſto eſt à ſpiritu. Aſperſio ſanguinis Ieſu Chriſti.

obediamus, & aſpergamur ſanguine IESV Chriſti, hoc eſt, ut obediamus Chriſto, & eius promißioni firmiter adhæreamus. Alludit hoc loco Apoſtolus ad legalia ueteris legis Exo. 24. Moyſes ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit Dominus uobiſcũ ſuper cunctis ſermonibus his. Salus ueſtra, ait Apoſtolus, nõ uobis cõtigit aſperſione ſanguinis uituli, ſed IESV Chriſti. Hæc diffuſius tractantur Hebræo. cap. 9. Operatur in nobis ille Spiritus ſanctus.

Sanctificatio ſpiritus.

Sic hæc eſt ſanctificatio ſpiritus, ut obediamus Euangelio, & credamus Chriſto, cuius ſanguine aſpergimur & uita donamur æterna. Iſte loquendi modus, Aſperſio ſanguinis IESV Chriſti: eſt alius ab ijs, quibus Paulus & alij frequenter utuntur, tamen in idem redeunt. Credentes in Chriſtum iuſtificamur, fide uiua iuſtificamur, aſperſione ſanguinis IESV Chriſti iuſtificamur. Fides enim uiua uim & efficaciã habet

Fides & aſperſio ſanguinis Chriſti, idem.

aſperſionis ſanguinis IESV Chriſti in noſtram redemptionẽ. Quare obedire Chriſto, Subditum ſe Chriſto reddere, & Sanguine IESV Chriſti aſpergi, idem ſunt.

Pſal. 50.

Quod intelligens Dauid dixit, Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor.

Gratia eſt Dei fauor.

Gratia uobis & pax multiplicetur. *Gratia, id eſt, fauor Dei & eius præſentia omnibus rebus ueſtris adſit. Succedant uobis omnia feliciter, & in uobis reluceant Dona domini Dei, & multiplicentur quoad uixeritis. Præter hanc gratiã precatur illis pacẽ, ad leuandam animi moleſtiam, ſiquam habent. Velim intelligatis quæ*

Pax.

præceptor noſter IESVS Chriſtus nobis prædixit, Ioan. 16. Hæc loquutus ſum uobis,

bis,ut in me pacem habeatis. In Mundo preſſuram habebitis,ſed confidite, ego uici Mundum. Mundus ſolas preſſuras & afflictiones infligit Euangelium amplexãtibus. Ab hoc deficere ad Chriſtum oportet,ut pacem in eo habeamus.hoc eſt,pacatã,ſecuram & tranquillam conſcientiã habeamus,intelligentes per ipſum Chriſtũ omnia nobis condonata eſſe peccata. Huius ergo inſcriptionis ſumma hæc eſt: Petrus Apoſtolus IESV Chriſti,gratiã & pacẽ precatur omnibus Põticis & Aſianis Chriſto dicatis.

Mundus pios ſemper auerſatur.

Benedictus Deus,& pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. Dicturus de grauiſſimis noſtræ redemptionis myſterijs,á gratulatione & Diuinæ beneficentiæ laudibus percõmodè exorditur. Ac ſi diceret, Laus Deo, gratias agamus Deo qui nos per Chriſtũ redemit,& uita donauit æterna. Exponit quis eſt ille Deus,dicens,Et pater domini noſtri IESV Chriſti: Eſt Deus IESV Chriſti,ſecundum aſſumptum hominem. Eſt pater IESV Chriſti, ſecundum diuinitatem, quia illum genuit. Dicebat enim ille in Ioanne, Aſcendo ad patrem meum & patrem ueſtrum, Deum meum & Deum ueſtrum. Deus nomen eſt naturæ: Pater autem,nomen perſonæ.

Omnia per Chriſtum condonata.

Deus Ieſu Chriſti.

Deus nomẽ naturæ.

Qui ſecundum miſericordiam ſuã magnam regenerauit nos. Cauſas adducit propter quas Sacrificiũ laudis Deo exhibeamus. Nã ſua immenſa & natiua bonitate,nõ noſtris meritis operibuſ'ue ductus,nos á morte reuocauit. Elegãti epitheto Magnã,dixit,hoc eſt,multam,diuitẽ,abundantem & copioſam. Deus ſuapte natura bonus,beneficus,& omnium eſt conſeruator. Has diuitias tum maxime Mundo manifeſtauit,cùm IESVM Chriſtum filiũ ſuum unigenitũ, in Mundũ miſit. Nam in Chriſto,(in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei,) ſe nobis omnibus & beneficum & munificum & auxiliarem præſtitit,præſtatq; in dies magis ac magis.

Magna miſericordia.

Diuitiæ Dei per Chriſtum mundo manifeſtatæ.

Regenerauit nos in ſpem uiuam. Primo loco nos noſtræ infirmitatis,miſeriæ & calamitatis cõmonet,ut abũdantes Dei diuitias melius agnoſcamus, Cùm dicit, Regenerauit nos: quaſi dicat, Ex Adamo nati eramus,ſed in peccato,et filij iræ. Opus erat igitur in Deo nos renaſci. Hoc autẽ fit fide in IESVM Chriſtũ. Nõ ſolùm nobis Deus uitã reſtituit,& peccatũ ademit,ſed & in nobis ſementẽ poſuit, quæ neſcio quid magnũ certò expectat ac ſpirat. nempe regenuit nos in ſpem uiuã. Quandiu hic uitã agimus,poſt fidem in Chriſto ſuſceptam,neceſſe eſt,mutuam exerceamus beneficentiã,ne otiemur. alioqui ſatius eſſet ſtatim renatos in cœlũ adſumi, ubi primùm baptiſmo abluti ſumus. Dũ iſta agimus,hoc eſt, mutuò amamus & auxiliamur,ducimur ſpe: ſpe,inquam,non uana,ſed uiua,qua cum Deo,uita noſtra,uerſamur. Iuxta dialecton Hebraicam,ſpem uiuam dicit,pro ſpe uitæ. Nondum apparuit quid erimus: ſed cum apparuerit IESVS Chriſtus, uita noſtra,ſimiles ei erimus. Cùm præſens hæc uita,qua comedimus,bibimus,& res corporeas operamur, non cõueniat cum ea,quã nobis ſuo ſanguine IESVS Chriſtus parauit: neceſſe eſt primò hæc omnia exuere morte ipſa,& interim ſpe uiua,ſeu ſpe uitæ æternæ duci,hoc eſt,ſpes ipſa uitæ æternæ nos foueat,& nihil non,quamlibet durum, Euangelij gratia ſubeamus.

Geniti ex Adamo peccatores.

Renati ex Deo.

Spes uiua in nobis ueluti ſementis.

Spes uiua pro ſpe uitæ.

Per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis. Occupatio eſt. Rogabit aliqs, Quis modus? Quæ ratio eſt, qua regeneramur in ſpem uiuã? Per reſurrectionẽ (ait) IESV Chriſti. Totũ Euangelij negotiũ: Totum IESV Chriſti myſterium reſurrectio cõprehendit. Reſurrectionis cõmonẽs,ſimul et mortis meminit. Quẽadmodũ acceptas ab Adamo infirmitates Chriſtus ſuſcepta pro nobis uolũtariè morte reliquit, peccato & Mũdo mortuus, & p gloriã patris reſurrexit: ita ſi peccato, Mũdo,& ueteri Adæ morimur,hoc eſt ueterẽ Adamũ exuimus,et eius opera abijcimus,cõuiuificamur

Reſurrectio totum Euangelij negotium comprehendit.

Chriſto conuiuificari.

mur

mur Chriſto, & conreſuſcitamur. hoc eſt, remittũtur nobis peccata, & uita donamur. Iſta quin fide intelligamus, agnoſcamusq́; omnibus per Chriſtũ renatis uitã æternã, & reſurrectionẽ illã beatã & perfectã promiſſam eſſe, ſi in Dei mandatis perſeuerauerint, conſurgit in nobis, dono & Dei gratia, uirtus quædã, qua in rẽ (quæ fide oſtenditur) tendimus. Et hæc eſt ſpes illa uiua. Hac ſperamus nos uictores aduerſus rectores Mundi, tenebrarum principes, ómnesq́; huius ſeculi impoſtorũ uerſutias, dum innitimur IESV Chriſto, quem cognoſcimus uictorem reſurrexiſſe, & triumphatorem aduerſus peccatum, mortem & infernum. Non quòd hoſtiliter ſemper in nos non ſæuiant, in priſtinam ſeruitutem retrudere adnitentes, ſed IESV Chriſti morte & reſurrectione eneruatis eorum uiribus, nil plus illis in nos licet, quàm ipſi permittimus. certò ſcientes per uiuificam reſurrectionem IESV Chriſti, & glorioſam eius aſcẽſionẽ, pacem nobis paratam eſſe. Volo enim ut ubi ſum ego, illhic ſit et miniſter meus: Dicebat Veritas. Non ſolùm ergo nos uiuificauit Dominus, ſed & dedit ut expectemus uitam æternam, poſt mutuam hoc loco exercitatam beneficentiam.

[Marg.: Quid ſpes uiua. — Spe ducti aduerſus tenebras uictores ſumus. — Mundi uires per Chriſtum eneruatæ.]

In hæreditatem incorruptibilem. Eleganti collatione uiuã illam ſpem, ſeu uitam illam ſperatam, quã nunc hæreditatem uocat, cunctis in orbe quamlibet pretioſis rebus præfert. Nam nihil hic Mundus habet, qualequale fuerit, quod incorruptibile ſit, ſed omnia & uanitati & corruptioni ſubiecta: immortalitatem et incorruptibilitatem habet ſpes illa uiua, & hæreditas bene & feliciter ſperantibus parata. Sunt ergo hæ diuitiæ per Chriſtum nobis partæ quàm maximæ: & omnibus illis (quæ tam multa fallaciter fallax Mundus pollicetur præmijs) longè anteferendæ. His uerbis beatus Petrus ferit Iudæos, qui per ſuum Meſsiam expectabant regnum temporale & corruptioni ſubiectum. Non regenuit uos in regnum temporale, ſed regenuit uos cœleſti regeneratione, in hæreditatem incorruptibilem: hoc eſt, ut cœleſti gloria (quæ uera eſt hæreditas) fruamini. Incorruptibilis eſt uita cœleſtis, quæ nec ſenio, nec morbo, nec morte, nec aliqua mœſtitia tangitur.

[Marg.: Hæreditas incorruptibilis. — Mũdus fallax. Iudæorum ſpes uana. — Cœleſtis uita incorruptibilis.]

Incontaminatam. Quam nullus macula & tabe infectus aut coinquinatus ingreditur. Nam Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis ſtabit in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, &c.

[Marg.: Incontaminatus.]

Immarceſcibilem. Peruenuſta eſt metaphora à floribus tracta, qui ab humore & trunco aut radice auulſi ſtatim marceſcunt. At hæreditas cœleſtis marceſcere nequit. nullum illhic otium, nulla deſidia, nullum ſenium, nullus illhic ſitus & ſquallor, unde res mundiales marceſcunt, ſed læta ſunt omnia. nihil illhic deſideratur quod ad beatitatem ſpectet. Omnia perfecta ſunt.

[Marg.: Immarceſcibilis.]

Conſeruatam in cœlis in uobis. Quam hic dicit hæreditatẽ conſeruatam, Paulus ad Coloſ. 3 abſconditam uocat, quam & alijs explicat uerbis, ad Philip. 3. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, unde etiã Saluatorẽ expectamus Dominũ noſtrum IESVM Chriſtũ, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, cõfiguratũ corpori claritatis ſuæ. Suauiſsima cõſolatione timidulorũ & mœſtorũ animos ſolatur, argumẽto ſumpto à loco inexpugnabili: ſimul indicans noſtræ ſalutis tũ certitudinẽ, tũ excellentiã. Exiſtimatis fortaſſe hãc hæreditatẽ humano quodã & magno exercitu expugnari poſſe. Fallimini certè. Nã neq; interuerti, neq; præripi aut expugnari poteſt. Tantum abeſt ab hominibus expugnari poſsit, ut nullo ſenſu, nulla ui humana attingi poſsit: Nempe cœleſtis eſt. Nõ eſt quod metuamus aut uereamur. Eſt cõſeruata in cœlis in uobis, id eſt, erga uos, & in cõmodũ ac utilitatẽ ueſtram. Tametſi aliquot dies hic multo

[Marg.: Hæreditas cõſeruata & abſcondita eadẽ. — Salutis certitudo.]

laborc,

labore, uarijs afflictionibus tranſigamus, & hanc hæreditatem non habeamus, non propterea fit ut illam amittamus. Confidendum eſt. Conſeruatur in cœlis, quam è uiuis excedentes repoſitam apud IESVM *Chriſtum reperiemus.*

Qui in uirtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem. *Hortatur ad perſeuerantiam, & afflictionum tolerantiam. In cœlis dicet aliquis, conſeruata eſt nobis pax & uita: Interim uerò quid agendum, quum undique ſint inſidiæ? nullus pacis locus, nihil pace dignum expectandum, inſtat undeunde pugna: quid ſolatij eſſe poteſt, dum hæc patimur? Virtute Dei (inquit) cuſtodimini ad ſalutem. Iſtud eſt propugnaculum inexpugnabile in animis noſtris fides illa uiua, uirtutem Dei habens, qua cuſtodimur, ne offendamus, ne ruamus, ne euertamur, ſed confirmamur, conſolamur, & militiam aduerſus inſidias & tyrannidem Diaboli feliciter inimus, imò uictores euadimus in ſalutem. Id eſt, abſoluta militia hac, hoc eſt, poſtquàm mundo hoc exceſſerimus, hæreditatē illam, & coronam immarceſcibilem, tanquàm uictores à principe uictoriæ* IESV *Chriſto conſequemur. Huc pertinet, quod 1. Ioan. 5. ſcribitur, Hæc eſt uictoria, quæ uincit mundum, fides noſtra. Apocal. 3. Qui uicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego uici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Paulus hanc cuſtodiam explicat, dicens, Iuſtus ex fide uiuit. Sine hac impoßibile eſt placere Deo. At qui uos cuſtodit, cuſtodit uos ad coronam. Quia (ad Philip. 1.) qui cœpit bonū in uobis, perficiet illud uſq; in diem Chriſti. Hic locus mirum in modum deprimit uires humanas, docetq; quàm nihil ſit noſtris uiribus fidendum, dicens, Virtute Dei cuſtodimini. quaſi dicat, Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat, qui cuſtodit eam. Nemo re uera ſolius ſuæ libertatis facultate cuſtodiri poteſt in his, quæ bona ſunt, ſed modis omnibus illius quærēdum eſt auxilium, ut perficiamur, à quo initium bonæ actionis accepimus.*

Dum expectatur hæreditas, cuſtodimur uirtute Dei.
Fides uiua cuſtos noſtra.
Vires humanæ nihili, niſi adſit uirtus Dei.

Paratam reuelari in tempore nouiſsimo. *Afflictorum & pro Euangelio laborantium animos conſolatur, argumento à fine & præmio, ſumpto. Veſtris laboribus addetur tandem corona lōgè maior & pretioſior, quàm animo poßitis comprehendere. Non eſt locus nunc præmio. Hoc nunc uos latet. Iſtud eſt tempus mutuæ beneficentiæ, præmio ſuum eſt præſcriptum tempus, quod non eſt anteuertendum. Nunc nobis ſit ſatis, quòd tutò aſſeruata eſt nobis corona, quam ne dæmones quidem intercipere poſſunt, ſi in fide ſtabiles, pietatis officia exercere perſeuerauerimus. Hæc omnia nobis nuda & aperta erunt nouißima hora: id eſt, poſteaquàm hinc ſoluerimus in cœlum. Nouiſſimum tempus dicitur, cum è uiuis excedimus. Simuliter & cùm finis erit rerum omnium, & reſurgent omnes ad iudicium, tunc pij cum Chriſto æternum uiuent: impij uerò morte peribunt perpetua.*

Præmio nō eſt hic locus.
Tempus nouiſsimum.

In quo exultabitis. *Qui nunc fletis Mundo gaudente, uos in tempore nouißimo, multo eritis perfuſi gaudio. Eſt enim iam uobis ſalus, pax & corona immarceſcibilis parata. Hæc omnia uos manent. Hæc omnia, nihil præter gaudium, & ſummam habent lætitiam. Non deſunt, qui legunt uerbum Imperatiui modi, Exultate. Qui nunc aduerſa & afflictiones patimini, audientes fide uobis paratam eſſe coronam, exultate. In Chriſto enim uiuimus, in quo, & per quem Reges ſumus, & domini ſupra peccatum, mortem, carnem & infernum: per quem denique conculcamus pedibus illum Draconem & Baſiliſcum, qui eſt rex peccati, & mortis. Quomodo? in fide. hoc eſt, quod prius dixit, per fidem in ſalutem. Nondum enim reuelatum eſt bonum noſtrum, quod per patientiam interim expectamus, & tamen illud certò iam tenemus per fidem in* IESVM *Chriſtum.*

Per Chriſtum, carnem & eius tyrannos uincimus.
Præmium noſtrum per fidē certū tenemus.

Modicum nunc ſi oportet contriſtari in uarijs tentationibus.

Hortatur ad patientiam, declarans quoſdam multùm errare, qui afflictiones ſeu crucem inter ſumma infortunia ducunt. Nunc ad breue afflicti eſtis. Si neceſſe fuerit pro Euangelij defenſione affligari, breuis eſt hæc moleſtia. Afflictiones, quantumuis graues ſint & atroces, finem ſuum habent, & tempus huius uitæ temporariæ breuiſsimum eſt. Non eſt ergo diuturna afflictio, ſi propoſuerimus profundi temporis uaſtitatem, & uniuerſum comprehenderimus. Deinde ſi ætatem hanc humanam comparauerimus æternitati, deprehendemus ſtatim hanc uitam, quam tantopere protẽdere deſideramus, breuem & exiguam eſſe. Interim dum tam breui uiuitur, apprehendamus, quot lacbrymas, quot morbos, quot ſolicitudines, quàm uaria tempora, quot algores, quot frigora, quãta rerum fuerit ſterilitas, quot peſtilentiæ & fames, denique quàm ſubita ſit mors. Adijce omnia in gyrum uerti, & quod hodie abſolutum putabas, cras inchoandum. Hæc certè omnia tibi argumento ſunt, quo facilè deprehendas in longiſsima uita minimum eſſe quod uiuitur. Videtur iſte eſſe ſenſus Apoſtoli: Si res ipſa & negotium exigit, ut tolerandæ ſint afflictiones, patianur. Breui terminabuntur. Fidelis Deus, qui non ſinit uos tentari ſupra id quod poteſtis.

Afflictorũ ſuauis conſolatio. — Afflictio diuturna non eſt. — Vita breuis eſt

Vt probatio ueſtræ fidei multò pretioſior auro, quod per ignẽ probatur. *Eleganti collatione ſimul & alluſione afflictiones, experimenta patientiæ & fidei uocat. Quemadmodum inter mineralia aurum primas habet, & igne probatur, fitq; purius & nitidius: ita fides uiua, interea, quæ ſunt ad ſalutem, præcipua eſt. Atque qui fide in ſalutem ductatur, uarijs periculis & afflictionibus agitatus, animi dotes, & puriores, & ſynceriores reddit. Probatur ergo fides, et fidelis homo aduerſitatibus: quæ ueram & uiuam fidem longè diuerſam eſſe à fucata & ficta oſtendunt, non ſecus atque ignis purum aurũ ab impuro diſtinguit, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant, & alijs ſint exemplum patientiæ in acquiſitionem animarum, & gloriam Dei, uim ac fortitudinem Euangelicam concedentis, qua æquo animo nihil non toleratur pro Euangelio. Vt probatio fidei ueſtræ, id eſt, ueſtra fides, aut patientia ueſtra probetur afflictionibus: id eſt, inueniatur pura & ſyncera, nitidiorq; fiat & apparatior uſque in diem iudicij: & fiat, ut nullis aduerſitatibus ſeducamini, ſed conſtantes appareatis, & ſitis adhærentes per fidem ipſi Chriſto fideli, qui non ſinet uos tentari ſupra id quod poteſtatis, ſed dabit cum tentatione prouentum. Sentietisq; in uobis, quàm bellè hoc loco alludatur ad ea, quæ uarijs in locis ſcripta ſunt. Sapien. 3. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus. Et multa huiuſmodi ſunt eodem cap. Item Pſal. 65. Quoniam probaſti nos Deus, Igne nox examinaſti, ſicut examinatur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Rurſus Zachariæ 3. Educam tertiam partem per ignem, & uram eos, ſicut uritur argentum, & probabo eos, ſicut probatur aurum.*

Afflictiones ſunt experimẽta patientiæ & fidei. — Fortitudo Euãgelica à Deo.

In laudem & gloriam & honorẽ, in reuelatione IESV Chriſti. *Hortatur ad perſeuerantiam, argumento ab utili ſumpto. Quemadmodum periti agricolæ ſerentibus, & ex animo laborantibus ſolent tum fructum, tum fructuum colligendorum tempus prædicere: ita & hoc loco Apoſtolus congerie quadam uerborum, animos laborantium & afflictorum attentos & beneuolos reddente, explicat nõ ſolùm fructus, & retributionem, quam accepturi ſunt, qui piè in Chriſto uiuunt, ſed etiam tempus ipſos fructus colligendi: non hoc tempore, & in hoc Mundo, ſed in reuelatione IESV Chriſti: id eſt, cum ueniet filius Dei in maieſtate ſua, iudicaturus uiuos & mortuos. In laudem tunc erit afflictorum & piorum patientia. Illos enim IESVS Chriſtus laudabit*

Reuelatio Ieſu Chriſti.

bit cunctis ſpectantibus. Venite, inquiens, benedicti patris mei, poßidete paratum uobis Matth. 25
regnum à conſtitutione Mundi. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, &c. In ho-
norem tunc illis erit, quando impijs cadentibus in ignem perpetuum, afflicti illi ibunt in
uitam æternam, Huc pertinet, quod ille dicebat, Si quis mihi miniſtrauerit, honorifica-
bit eum pater meus, qui in cœlis eſt. In gloriam, 1. Corinth. 4. Dominus manifeſtabit con
ſilia cordium, & tunc laus erit unicuique à domino. & 2. ad Timoth. 2. Ideo omnia ſu-
ſtineo propter electos, ut & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto IESV cum
gloria cœleſti.

Quem cùm non uideritis, diligitis, &c. Hæc de ui & energia fidei tan-
quam paraſceuen, ad certitudinem fidei demonſtrãdam, interſerit. Solis præſentibus, hoc
eſt, ſenſilibus, & quorum periculum fecit oblectatur caro. Sed fides eſt ſperandarũ ſub-
ſtantia rerum, argumentum non apparentium. Hoc eſt, Fides eſt circa ea, quæ nobis nõ Fides.
apparent, æterna & inuiſibilia ſunt, ſenſibus non ſubiecta. Fides ergo nihil cum animali
& carnali habet commune. Quem ſupple Chriſtum, cum non uideritis his oculis corpo
reis in hoc mundo uerſantem, diligitis. Non eſt amor ſine rei amatæ cognitione, cogno- Amor non eſt
ſcitis itaque fide. Eſt fidei ſuus oculus, ſua auris, ſed ſpiritalis, non carnalis. In quem ſcili- ſine cognitione.
cet Chriſtum, tametſi his ueſtris oculis illum non uideatis, creditis: id eſt, multa fiducia
in eum ducimini. Agnoſce ex his, lector optime, quàm coniuncta eſt fides charitati. His
addit fructum fidei & fiduciæ in Chriſtum. Credentes autem exultatis lætitia inenarra-
bili. quaſi diceret, Pacem & gaudium in cordibus cum tranquillitate conſcientiæ ſuauiſ-
ſima, longè ſuauius experimini & ſentitis, quàm uerbis exprimere poßitis. Gaudiũ hoc
inenarrabile eſt, non uulgare aut tritum, ſed ineffabile & glorificatum. Id eſt, conuenit
iam magna ex parte cum illo futuro æterno. Aut glorificatum, id eſt, purum, & nõ tur-
batum. Solent enim uarijs infortunijs, & afflictionibus gaudia Mundi diſturbari, cùm
ſint leuia, & caduca. Gaudium uerò fidei tantum abeſt infortunijs, & afflictionibus di-
ſturbetur, ut perficiatur & niteſcat magis ac magis cùm ſuperingruunt infortuniorum
procellæ. Contemnunt pij omnes robore fidei, & patientiæ muniti, omnem Mundi & Pij non timent
mundialium tyrannidem. Audiamus Paulum dicentem ad Roma. 8. Quis ergo nos ſepa- mundi tyrannidem.
rabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculũ? &c.
Et ſubiungit, Certus ſum enim, quia neque mors, neq; uita, neque Angeli, neque princi-
patus, neque uirtutes, neq; inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neq;
profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto
IESV domino noſtro. Hæc indicant fidei certitudinem & ſtabilitatem. Iſta ſunt, quæ
producunt fructum ſuauißimum. Reportantes, ait, finem fidei ueſtræ, ſalutem animarum
ueſtrarum: hoc eſt, fide, dilectione, & exultatione in Chriſto IESV, cõſequemini glo-
riam illam in Chriſto æternã, quæ eſt ſalus ueſtra. Per multas enim tribulationes opor-
tet nos introire in gloriam Dei. Non ſolùm ergo certa eſt fides, ſed & certum eſt præ- Fidei præmiũ
mium huic reſpondens. Primò fide uiua muniti afflictiones in probationem & meritum certum.
libenter feremus, certi nos nõ paſſuros cõfuſionem in repromißione. Huc pertinet, quod
Paulus 2. ad Timoth. 1. ait, Poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus, & magiſter gen-
tium. Ob quam cauſam etiam hæc patior, ſed non confundor. Scio enim cui credidi, &
certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illũ diem. Non minore fiducia et
certitudine ductus ait idem 2. ad Timoth. 4. Bonum certamen certaui, curſum conſum-
maui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Do-
minus in illa die iuſtus iudex, non ſolùm autẽ mihi, ſed & his, qui diligunt aduentũ eius.

Hoc amplius declarat Petrus ſequentibus, dicens, Prophetas prius paßiones & afflictiones Chriſti prædixiſſe, poſtea gloriam eius nuntiaſſe.

De qua ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt prophetæ, &c.

Chriſtiana religio certiſsima.

Certißimam ueriſsimamq́; eſſe religionem Chriſtianam docet, argumento à temporis articulo, & teſtibus antiquis ſumpto. Non caſu aut fortuna, ſed diuino conſilio factum eſt, ut pia & ſtudioſa diligentia exquiſierint, & à Spiritu ſancto didicerint, & audita prænuntiauerint per fidem in Chriſtum, & Euãgelicam gratiam, ad ſalutem, & beatas illas ſedes perueniendũ eſſe. Primi ſeculi hominibus reuelata eſt ſalus, his uerbis, Gen. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius. Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Hæc indicant pollicitationem, ſemen ſcilicet mulieris calcaturum caput ſerpentis, ſeu peccatum ipſum. Abraham autem & eius poſteritas paucis comprehẽdit, unde penderet ſalus. Geneſ. 22. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes. Quid hæc aliud indicant, quàm quod dici ſolet in ſumma: Deus ſua miſericordia filium ſuum unigenitum in mortem pro nobis dedit, ut morte eius ſeruaremur: & ab eo docti, in nouitate uitæ ambularemus? Prophetauerunt non pro ſua uolũtate, ſed ex Spiritu ſancto præmoniti uaticinati ſunt totam hanc Euãgelij gratiã. In uobis, id eſt, in uos, ſeu ueſtra cauſa datam & partam per IESVM *Chriſtum, qui uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Hanc ſalutem uocat gratiam. Gratis enim uobis contingit hæc ſalus, per redemptionem Chriſti. Non abs re dictum eſt à Ioanne cap. 1. Lex per Moyſen, Gratia & ueritas per* IESVM *Chriſtum.*

Per fidẽ ad ſalutem perueniſ. Salutis reuelatio.

Scrutantes in quod uel quale tempus, &c. *À temporis circunſtantia pergit noſtræ fidei certitudinem cõmendare. Non ſolùm prænuntiauerunt Meßiam futurum, & gratiam in nos conferendam, ſed etiam à Spiritu Chriſti, qui & ſpiritus ſanctus eſt, moti ſunt, & ab eo docti didicerunt & certum tempus, & modum aduentus* IESV *Chriſti, per quem gratia iſta nobis contigit. His uidetur Petrus ſignificare locum, qui eſt apud Danielem, capi. 9. ubi per myſticas hebdomadas indicat tempus, quo occidendus eſſet Chriſtus. Hoc præmonuit Aggæus 2. Adhuc unum modicũ, & ego mouebo cœlum & terrã, & ueniet deſideratus cunctis gentibus. Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit uiam ante faciem meam, & ſtatim ueniet ad templũ ſanctum ſuum Dominator, quem uos uultis. Abacuc 2. Apparebit in finem, & non mentietur, ſi moram fecerit, expecta eum. Quale tempus futurum erat, hoc eſt, conditiones temporis, ut puta, pacis, aut ſceptri, prædixerunt. Iſaiæ 2. & Michææ 4. Conflabunt gladios ſuos in uomeres. Non leuabit gens contra gentem gladium. Ieremiæ 23. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſraël habitabit confidenter. Aut quale tempus futurũ erat, ex regiæ dignitatis Iuda, & ſceptri translatione præmonuerunt. Geneſ. 49. Non auferetur (ait Iacob) ſceptrum de Iuda, donec ueniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.*

Salutis noſtræ tẽpus prænuntiatum.

Prænuntians eas, quæ in Chriſto ſunt, paſsiones, & poſteriores glorias. *Iſta eſt grauis ſententia, non parum ſolatij afflictis, & pro Euangelij defenſione tormẽta & pœnas patiẽtibus, afferens. Quaſi dicat, Durate in aduerſis, ut reſpondeatis patri ueſtro* IESV *Chriſto, qui uobis abſolutißimum patientiæ exemplar proponitur: ut intelligatis, hunc non intraſſe in ſuam gloriam, niſi poſt multam patientiam & afflictionum tolerantiam. Non'ne oportuit Chriſtum pati (dicebat ille) & ita intrare in gloriam ſuam? Iſta per Prophetas prænuntiauit Spiritus ſanctus, primo loco afferens paßiones, ſecundo glorias. Has paßiones & afflictiones, multò antè quàm ueniret Chriſtus*

Chriſtus, prædixerunt Iſa. 53. & Dauid Pſal. 21. His preſſuris & afflictionibus patienter toleratis, reportauit magnam gloriam. Ad Philip. 2. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, ut in nomine IESV *omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus* IESVS *Chriſtus in gloriam eſt Dei patris. Non ſolùm prænuntiauit afflictiones, quas tolerauit pro nobis Chriſtus, ſed etiam quas pij & fideles pro Euangelio, & fide patienter tolerant, propter quas Chriſtus in ſuis membris pati dicitur, & ſuas eſſe dicit. Saulo enim Eccleſiam perſequente, ſe perſequutũ & afflictum Chriſtus clamauit, Saule Saule, quid me perſequeris? Ego ſum* IESVS *Chriſtus, quẽ tu perſequeris. Audi Paulum, Col. 1. Nunc gaudeo in paßionibus pro uobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paßionum Chriſti, in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Multa de his ſcripſimus in capite 10. ad Hebræos, in conciliatione. Suauißima eſt afflictorum cõſolatio, cùm audiunt Chriſtum, eorum afflictiones, ſuas dicere, communesq́; eſſe cum preſſuris & afflictionibus, quas noſtra cauſa tulit. Glorias dixit Apoſtolus, non gloriam. Nam reſurgens glorioſus apparuit, non amplius mortalis: glorioſus cœlos aſcendit: glorioſus in cõſpectu hominum, cùm uenerit in maieſtate ſua, & aſtiterimus omnes ante tribunal eius. Quemadmodum ad hanc gloriam, antè quàm crucem pateretur, non peruenit: Sic neq; ſperanda eſt nobis gloria, niſi & crucem eius ex animo portauerimus. Sciẽtes cum Paulo 2. ad Timoth. 2. quòd ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinemus, & conregnabimus: ſi negauerimus, & ille negabit nos: ſi non credimus, ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt.*

Christus piorũ afflictiões, ſuas eſſe dicit.

Quibus reuelatum eſt, quòd non ſibimetipſis, nobis autem miniſtrabant, &c. *Eleganti occupatione confutat eos, qui exiſtimarunt Prophetas, & eorum ſcripta ſolùm ueteri populo data eſſe, ad ſe uerò nihil pertinere. Quorum obiectionem ſic diluit, Quibus reuelatum eſt. Eò Prophetis reuelata ſunt noſtræ ſalutis myſteria, quò non ſolum ipſis prophetis, aut ijs, quos habuerunt coætaneos, illuceſcant, ſed etiam in noſtram utilitatem & ſalutem, ſcriptis mandauerunt, ut ab eiſdem tanquã præceptoribus & doctoribus erudiremur. In hanc ſententiã eſt ipſe Paulus, Rom. 15. Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. Et cauſam agens coram Agrippa Act. 16. Teſtificans minori, atque maiori, nihil extrà dicens, quàm ea, quæ Prophetæ loquuti ſunt futura eſſe, & Moyſes. Eſt ex his manifeſtum, Prophetas literis mandaſſe, quæ nobis annuntiata ſunt per Apoſtolos, & uiros Spiritu ſancto afflatos. Nuntiata ſunt (ait) tum per me Petrum, tum per alios Apoſtolos omnia, quæ ab eis prænuntiata ſunt, in Chriſto impleta eſſe. Hæc annuntiatio, non ab alio autore facta eſt, quàm à Spiritu ſancto cœlitus delapſo, in die Pentecoſtes.*

Prophetæ & patrum & noſtri præceptores ſunt.

In quem deſiderant Angeli proſpicere. *Excellentiam religionis Chriſtianæ collatione tacita cõmendat. Tanta eſt myſteriorum noſtræ ſalutis magnitudo, tam abundans & copioſa gratia, per Apoſtolos nuntiata, ductore Spiritu ſancto, quo in die Pentecoſtes repleti ſunt, ut Angeli ipſi, hoc nuntio & Euãgelio tam iucundo, eiusq́; contemplatione nõ queãt ſatis expleri. Non eſt ergo, quod mireris, ſi Prophetæ magno ducebantur deſiderio uidendi tam felicia tempora, atque tam abundantes diuitias, ad nos nunc allatas. Non abs re dicebat ille, In quo, & per quem omnia. & Lucæ 10. Beati oculi, qui uident, quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quòd multi Prophetæ, & Reges uo-*

luerunt uidere quæ uos uidetis,& non uiderunt:& audire,quæ auditis, & non audie-runt.Rurſus Ioan.8.Abraham pater ueſter exultauit, ut uideret diem meum: & uidit, & gauiſus eſt.Huc pertinet,quod iuſtus ille Simeon dicebat, Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum,Quod paraſti ante faciem omnium populorum.Cùm dicitur,In quem deſiderãt,&c.Beatus Irenæus libro contra hæreſes 4.cap.77.ſentit de promiſsis Prophetarum,quæ Chriſtus adueniẽs repræſentauit.In quem,pro,in quæ,poſitum eſt, cõſentiẽte lectione Græca:in quæ myſteria uerbi incarnati,& felicitatis perpetuæ,uobis annũtiata,Angeli proſpicere deſiderãt.Non quòd tam læto nõ fruantur ſpectaculo,ſed quòd illius perpetui ſpectaculi nulla unquam eos teneat tædioſa ſatietas.Quòd ſi placet hunc locum,nõ de iam exhibitis myſterijs,ſed de futuris,atq; olim complendis, intelligas, ut puta reſurrectionis & iudicij,ad ea certè pijs uotis ſuſpirant,atque implenda deſiderãt. Ex his obſeruandum eſt,Petrum Apoſtolum nos hortari ad cõtemplandam Euãgelij ueritatẽ:cuius ſi tanto deſiderio ducti ſunt tum Prophetæ,tum Angeli:quantò magis deſiderare debemus,ut ſuauiſsimo eius fructu,hoc eſt,beatitate tandem fruamur.Summa erit lætitia,quam tametſi neq; oculus uidit,neq; auris audiuit, certi tamen eſſe debemus,nos conſequuturos illam,ſi in fide & pietate Chriſtiana perſeuerauerimus.

Angeli in myſteria Chriſti proſpicere deſiderant.

Propter quod ſuccincti lumbos mentis ueſtræ. *Cùm nobis factæ ſint promiſsiones,nihilq; afflictiones morari debeamus,exemplo Chriſti,qui per crucem in gloriam ſuam intrauit: eleganti oratione,& occulto ſpiritus afflatu prægnante animos addit,hortaturq; in uitæ puritate & religione Chriſtiana firmi perſiſtamus. Primo uerbo aperit,quàm expediti eſſe debeamus à lacinioſa et carnali uita,ut depoſitis omnibus ueritatis impedimentis,nihil curſui noſtro ad Chriſtum obſit. Sed pura cognitione & animo integro & ſyncero ueritatẽ reuerenter excipiamus, eandemq; ambabus (ut dici ſolet) amplexemur manibus.Lumbos mentis dicit,non corporis,intellectum & uoluntatem ſignificans: quos uult ſuccinctos eſſe, hoc eſt, ueritate & charitate ornatos. Peruenuſta eſt hæc metaphora,qua à corpore ad animum tranſit. Vt uirgo,lumbos habet caſtos & ſuccinctos,uirum uerò concupiſcens aut eidem adhærens corrupta eſt: ita uiuam habens fidem,lumbos habet caſtos,hoc eſt,purè uiuit. Si uerò ſeſe erroribus immiſcuerit,corrumpitur,& adulteratur.Huc pertinet,quod Chriſtus dicebat, Lucæ 12. Sint lumbi ueſtri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus ueſtris. Hoc eſt,omni tempore inſtructi eſtote & parati,ut ſerui expectantes dominum ſuum, cui etiam nocte aduenienti,obuiam procedant.Item Paulus ad Epheſ. 5. State ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate.Hoc eſt,rectam uitam à uobis ipſis exigite, nulla hypocriſi aut ſimulatione fucatam, ſed ſynceram & re ipſa bonam.Et 4. Regum 4. Eliſeus Propheta iubet ſeruum ſuum lumbos præcingere,& accipere baculum:hoc eſt,apparare ſeſe,& accingere itineri.Quare hæc dicẽdi forma, Succingere lumbos, docet & innuit,ut,qui in aliquo ſtatu eſt poſitus,in quo habet quod effectum reddendũ eſt,ſeu,ut uulgo dici ſolet,rationem habet reddere eorum,quæ in ſuo ſtatu egit, ſemet apparet, & ita inſtituat,ut uideatur rem ſeriam agere,& negotium ipſo facto capeſſere.*

Lumbi mẽtis.

Lumbos ſuccingere.

Sobrij. *Sobrietas,opus eſt,& fructus uiuæ fidei. Proinde illius perquam opportunè meminit Apoſtolus.Sobrietatem autẽ eam uoco,non tantùm,quæ gulæ frænum imponit,ſed quæ & ſomnolentiã inertiamq; arcet,& orationi intentos reddit. Quid enim profuerit gulam uiciſſe,ſi inerti otio patiaris fidem torpeſcere? quæ ſi nihil agit,iam fides non eſt,neque enim uiuit,ſed planè mortua eſt.Et tametſi quis iuſtificatus ſit, ſentit tamen carnem ferè ſemper inſilientem & rebellem, quæ ſobrietate domatur, eſtq; carni ueluti*

Sobrietas fructus fidei.
Sobrietas.

ueluti frænum. Errant igitur ij, qui ſibi ſatisfeciſſe putant, dum iactant ſe fidem habere, interim ſuis cupiditatibus indulgentes. Hos arguit Petrus, dicens debere eſſe ſobrios, nec illorum fidem, eam eſſe, quam prædicat & commendat, ſed eam uiuam, quæ operibus ſeſe exerit & fructificat. Obſerua, quẽadmodum uigilia craſſos corporis humores abſumit, & macerat corpulentum: ita uigilia Chriſtiana, hoc eſt, uiua fides excoquit & abſumit impudicos affectus, humanæ ſapientiæ crapulam tollit, pauorem, inconſtantiam, & impatientiam aufert, Mundi gaudia contemnit, & uni Deo ſeſe totam & uouet & dedit.

Fides operibus ornata.

Chriſtiana uigilia.

Perfectè ſperate in eam, quæ offertur uobis, gratiam in reuelatione IESV Chriſti. *Hortatur ad perfectam in Chriſto fiduciam, ut fidamus Euangelio, quod nobis aperit, & manifeſtat gratiam, & miſericordiam Dei in nos. Hoc eſt, quòd nobis datus & manifeſtatus eſt filius Dei. Hæc ſuperioribus coniunguntur: quaſi diceret, Cùm res ita ſe habeat, ut uideatis, quam utilitatem conſequamini ex patientia, certáq; ſit ſpes, cuius gratia patimini, perſiſtite in ueritate uitæ, excuſſo uetere homine, ſobrij & uigiles, in reuelatione IESV Chriſti: id eſt, dum uobis patefit & manifeſtus eſt IESVS Chriſtus. Summa horũ eſt, Toto corde amplexemini IESVM Chriſtum, qui uobis prædicatus eſt per Euangelium. Videtur mihi hæc ſententia uim habere, ut intelligamus hanc perfectam ſpem & fiduciam, quam præcipit, & ad quam hortatur Petrus, nunc præcipuè præſtandam eſſe in lege Euangelica, quæ plus aliquid exigit ſupra Moyſi, naturæq; legem. Amplexanda eſt ſpes, fiducia, & uitæ puritas. Et hoc cùm ſit manifeſtatus IESVS Chriſtus, imò ſeipſum nobis offerat. Quaſi dicat, non eſt fugienda magnæ huius gratiæ occaſio, quam ſi contempſerimus, timendum ne in præceps ruamus. Huc pertinet quod Paulus dicebat Hebr. 2. Quomodo effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? Miram gratiam & liberalitatem habet uerbum, Offertur. Tãtum abeſt multo labore & longa peregrinatione gratiam Dei perquiratis, ut ſeipſam uobis offerat, domi, ruri, ubiubi uoletis deſideraueritiſ'ue. ſupereſt tantùm, ut recipiatis. Hæ ueræ ſunt Dei diuitiæ, ut non quærentibus, ultro miſericordiam præſtet. Dicente Iſaia, Palam factus ſum non quærentibus me. Et cap. 52. Quia quibus non eſt narratum de eo, uiderunt, & qui non audierunt, contemplati. Gratia ergo Dei uobis oblata eſt in reuelatione, id eſt, per reuelationem IESV Chriſti. Aut gratia Dei uobis oblata eſt, dum manifeſtatus eſt uobis IESVS Chriſtus. Vt hunc cognoſcamus redemptorem & reconciliatorem noſtrum, per quem ſolum ad Deum habemus acceſſum. Sequitur ex his, uanam eſſe Turcarum & Iudæorum fidem, imò & omnem religionem, quæ Chriſtum non habet ducem.*

Euãgelium eſt clauis gratię & miſericordiæ Dei.

Euangeliũ plus aliquid exigit ſupra Moſen.

Gratia Dei ſeipſam offert.

Omnis uana eſt religio, quæ Chriſtũ ducem non habet.

Quaſi filij obedientiæ. *Natura comparatum eſt, ut filij parentes referant. Vos (ait Apoſtolus) per fidem uiuam facti eſtis filij IESV Chriſti, qui factus eſt obediens patri uſque ad mortem: referatis ergo parentem ueſtrum. Atq; cum natura conſtitutum ſit, ut parentibus obediamus, neceſſe eſt, ut filij ſimus obedientiæ: id eſt, filij obedientes. Si obedientiam abiecerimus, effrænes nos & indomitos præſtabimus, non humanos & dociles, indigniq; erimus uocatione ſancta, qua aduocamur ad gratiam, non alij, quàm obedientes. Acceperũt enim Apoſtoli ſuam functionem, hoc eſt, Apoſtolatum ſuum ad obedientiam, quam præſtant auditores uerbi Dei. id eſt, ut credant. Obedire enim credere eſt. Obedientiam docens prohibet uerborum contentiones & quæſtiunculas, quæ ab obedientia diſtrahunt, ut ſuo Apoſtolatu fungens, ad fidei obedientiam auditores adducat. Quaſi, hoc loco poſitum eſt pro, Vt. aut, Tanquam. Nam, quaſi, tribuimus ijs, quæ quum uideantur, non ſunt. Adhæc, filij obedientiæ, dixit iuxta dialecton Hebraicam, pro*

Obedientia.

Apoſtolica functio ad obediẽtiam.

Obedire eſt credere.

Quaſi pro ut.

filijs

filijs obedientibus.

Non configurati prioribus ignorantiæ ueſtræ deſiderijs. *Hortatur ad uitæ puritatem, argumento à damno, & periculis ſumpto. Nolite uos accommodare priſtinis concupiſcētijs & corruptiſsimis illius ueteris hominis moribus, quibus uobis imminebat mors & carcer perpetuus. Nouam induiſtis uitam, non aliam, quàm cœleſtem, ante quam adeptam, crapulæ & carnis deſiderijs, ambitioni, & rebus, quas ne nominare quidem licet, indulgebatis. Iſtæ erant uiæ tenebrarum, & ignorantiæ. Neſciebatis Chriſtum: ergo aberat lux, & uera cognitio. Ignorabatis quæ uobis per Chriſtum donata erant, donabunturq́; in poſterum. Conuerſabamini tanquam cæci, ignorantes quæ uia tenenda eſſet. Stultis enim illudere ſolet peccatum, Prouerb. 14. At nunc recogitantes, quæ euaſiſtis pericula, ne unguem quidem tranſuerſum à recta uia ſeducamini. Huc pertinet, quod dicebat Paulus Rom. 12. Obſecro itaq; uos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium ueſtrum: & nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri, ut probetis, quæ ſit uoluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta.*

Tenebrarum uiæ.

Sed ſecundum eum, qui uocauit, uos ſanctum, &c. *Exemplo patris noſtri cœleſtis inuitat nos Apoſtolus Petrus ad uitæ integritatem. Sed ſecūdum eum ſanctum. id eſt, quemadmodum is, qui uocauit uos ad hanc nouam uitam, & uitæ ſynceritatem, ſanctus eſt: ita & ſancti eſtote in omni ueſtra conuerſatione. Atque id confirmat Apoſtolus autoritate Leuit. 11. 19. & 20. Sancti eritis, hoc eſt, ſancti reddamini, quia & ego ſanctus ſum, ait Dominus. Illhic legitur, Nolite contaminare animas ueſtras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi ſitis. Ego ſum enim dominus Deus ueſter. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Deus ſuapte natura ſanctus & purus eſt: nos uerò ipſius gratia & dono. Non ut otiemur, & torpeſcamus, ſed ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi, in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris. Conformemur ergo Deo noſtro per uiuam fidem & uitæ ſynceritatem: ne, ſi in priſtinam corruptionem redierimus, non intelligentes quo, quantoq́; in honore Deus nos conſtituerit, comparemur iumentis inſipientibus, & ſimiles illis efficiamur.*

Sancti.

Et ſi patrem inuocatis, &c. *Amplificatio eſt eorum, quæ ſuperioribus explanauit. Hortatur ad pietatem & uitæ ſynceritatem, argumento à natura uiuæ fidei, & cognitionis diuinæ ſumpto. Fide uiua facti eſtis filij Dei. Eſt ergo Deus uobis pater, uobis parata eſt corona gloriæ immarceſcibilis: hæredes Dei eſtis, cohæredes* IESV *Chriſti. Quid uobis faciendum ſupereſt, niſi ut in eum ſperetis, atque dum hac uiua ſpe duratis, patrem Deum agnoſcatis, inuocetisq́;, qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum uniuſcuiuſq; opus? Hoc eſt, qui malum punit citra ullius perſonæ qualitatem & reſpectum. Et hac inuocatione impetrabitis, ut in timore, incolatus ueſtri tempore conuerſemini. Hoc eſt, in timore filiali, quandiu è cœleſti patria exules, hic in terra peregrinamini. Aut dici poteſt in hunc modum: Cùm hunc patrem Deum habeatis, qui non iudicat ſecundum titulos (hoc eſt, quia hic rex, uel papa) uel doctorum & perſonarum qualitates, ſed ſecundum uniuſcuiuſq; opus: quandiu hìc uitam uiuimus & conuerſamur, hunc ut patrem reuereamur, imò teneamus, non timore illo ſeruili, hoc eſt, ſolùm propter pœnas, & ultionem uitandam, ſed propter eius bonitatem hunc amemus, & reuerenter nos erga illum geramus. Quæ reuerentia, eſt timor ille, quo timere patrem debemus. Oritur enim ex feruore charitatis in Deum. Spernamus ergo uoluptates Mundi: agnoſcamus huius uitæ noſtræ miſeram conuerſationem, breuem incolatum, locum non permanentem,*

Fidei uiuæ genius.

Timor ſeruilis

manentem, ut ambiamus cœleſtia æternum duratura.

Scientes quòd non corruptibilibus auro, &c. *Perſeuerat hortari ad ſanctimoniam & religionem Chriſtianam, argumento à pretio inæſtimabili noſtræ redemptionis ſumpto. Scientes. Perſeuerate in fide & mutua dilectione, conſiderantes uos redemptos eſſe pretio, quod nulla ratione humana comprehendi poteſt. Qui prius Mundi ciues eratis ſub poteſtate & iugo Satanæ, nunc facti eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, & liberati non modo à Satana, ſed etiam à uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis. Vanam uocat parentum traditionem, quia qui gentiles erant, à parentibus idololatriam edocti erant: qui uerò Iudæi, didicerant multa uana & ſuperſtitioſa, quibus irritum faciebant mandatum Dei. Vnde Chriſtus hos arguit, Matth. 15. Quare & uos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem ueſtram? Paulus ad Galat. 1. fatetur ſe perſequutum fuiſſe Eccleſiam Dei, quum tamen ingens ſibi uideretur eſſe æmulator paternarum traditionum. Vana eſt omnis traditio, qualisqualis fuerit, quæ Chriſti doctrinæ aduerſatur. Vbi enim Chriſtus abeſt, uanitas eſt. Aut uanam uocat traditionem paternam, conuerſationem iuxta legem Moſaicam, quæ uana erat & inualida ad uitæ æternæ conſequutionem. Opera legalia ex ſe non iuſtificabant. Vmbræ ſolùm erant & figuræ, non remittentes peccata. Ab huiuſmodi liberati ſunt Iudæi, nihil amplius legi Moſaicæ debētes. cui ita Chriſtus ſatisfecit, ut amplius quæri nō poſſit Lex. quid enim habet cur expoſtulet, cum nihil illi debeatur, ſed ad plenum ſit illi ſatisfactum?*

Redemptionis pretium inæſtimabile.

Vana traditio.

Opera legalia nō iuſtificabāt.

Legi à Chriſto ſatisfactum.

Sed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incōtaminati. *Collatione ſimul & amplificatione pretiū noſtræ redēptionis amplius declarat. Auro argentoúe conflatur theſaurus, ſed corruptibilis, caducus, nihil ex ſe potens iuuare, uitam non habēs, tantum abeſt ut uitam det. Chriſtus uerò theſaurus eſt inæſtimabilis, incorruptibilis, potens ſuapte natura iuuare, uiuens & uitam præſtans, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Nihil opulentius pretioſiusúe redemptione, qua redemit nos. Redemit, inquam, nos, abundè effuſo toto ſanguine, cuius minima pars effuſa, ſufficientiſsimè potuiſſet omnia omnium peccata expiare. Sed quando ita placitum eſt Deo noſtro ex feruentiſsima erga nos charitate tanti noſtram ſalutem emere, totius ſcilicet ſanguinis filij ſui effuſione, ſimul & hoc nobis gratis elargiri, quid ſupereſt aliud, quam ut maximas illi gratias agamus, & tātam cōmendemus beneficentiā, ne ingrati uideamur? Quaſi agni, hoc eſt, uelut aut tanquā agni. Ipſe enim tanquā agnus ad occiſionem ſine murmure, ſine balatu, pro noſtra reparatione uolens ductus eſt. Huic loco alludit beatus Ioannes Baptiſta, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata Mundi. & Eſaiæ 53. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Ieremiæ 11. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad uictimam. Immaculati: eſt certè conceptus de Spiritu ſancto, natus ex Maria uirgine, macula caret. Incontaminati, ab omni immunditia & inquinamento eſt illibatus. Vnde ſolus eſſe potuit hoſtia pura & ſancta pro peccatis noſtris, pro quibus uerè ſatisfecit, eademq; tulit. Iſaiæ 53. Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. Cùm agni meminit, alludit ad Leuitica & ſacerdotalia ſacrificia, in quibus frequens agnus typicus immolabatur, ad expiationem peccati per fidem in uerum agnum, hoc eſt,* IESVM *Chriſtum uerum Meſsiam, qui uenturus erat.*

Theſaur⁹ Chriſti & terreſtris.

Sāguinis Chriſti effuſio omnium peccatorum ſatisfactio.

Chriſtus immaculatus.

Incōtaminatus

Chriſtus ſolus hoſtia pro peccato.

Agnus typicus

Præcogniti quidem ante Mundi conſtitutionem. *Ad Chriſti amorem & ſalutem magno honore excipiendam auditores extimulat, argumento ab antiquitate, proprio commodo, & utili ſumpto. Nolite in hanc duci ſententiam, qua uobis*

perſuaſum ſit, ea, quæ nobis ſum loquutus de pretio redemptionis noſtræ, hoc eſt, de agno immaculato IESV *Chriſto, uero Meſſia, qui nos effuſione ſui ſanguinis redemit, eſſe noua, aut arte humana inuenta: certe ante Mundi conſtitutionem præordinata erant: è conſilio æterni patris profecta ſunt. Præcogniti ante Mundi conſtitutionem, id eſt, Deus ab æterno præordinauit filiũ ſuum tradere ſacrificãdum pro noſtri peccati expiatione. Ephe.1. Elegit nos Deus in Chriſto ante Mũdi conſtitutionẽ, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Quo fit ut in Apocal. Ioannes Chriſtum uocauerit agnum ab origine Mũdi occiſum. id eſt, eum qui ut hoſtia eſſet pro peccatis, præordinatus eſt, & hac hoſtia mundarentur omnes ab origine Mundi electi. Si ergo hæc ſalus præcognita eſt & præordinata iuxta beneplacitum Domini Dei, ut eſſemus ſancti: non ergo nobis contingit hæc ſalus ex noſtris meritis, ſed mera & pura Dei gratia, Cui omnia debemus, nos noſtraq́; Hunc locum, Præcogniti, & c. uſq; Animas ueſtras, & c. Apoſtolus ueluti perergon appoſuit. Occaſione enim accepta ſolent frequenter Apoſtoli excurrere in myſterium Chriſti. Atque quemadmodum pictores præter inſtitutum aliquando floſculos ſuo operi inſerunt: ita & Apoſtoli myſteria Chriſti, ornatus gratia, præter inſtitutum afferunt. Simile adnotatum eſt in exordio huius epiſtolæ.*

Agn' ante Mũdi conſtitutionẽ præcognit'.

Salus nobis ex Dei gratia contingit.

Parergon. Apoſtoli in myſteria Chriſti excurrere ſoliti.

Manifeſtati autem nouiſsimis temporibus propter uos, &c. *Tacitam obiectionem diluit eorum qui fortaßis dicerent, Cùm ab æterno Chriſtus præuiſus ſit hoſtia & expiatio peccati, quare tam ſerò in Mundum uenit? Reſpõdet, Quando ita placitum eſt illi, ut hac ultima ætate ueniret, quid contra dici poteſt? Manifeſtatus eſt, id eſt, uenit in Mundum, & homo factus eſt nouißimis temporibus, id eſt, hac ultima ætate. Aut nouißima dicuntur ab Apoſtolo tempora, quòd poſtrema ſint reſpectu uiſionum & prophetiarum, quæ per Chriſtum implendæ erant. In Chriſto conſilia illa æterna, & præmonitiones Prophetarum manifeſtata ſunt, & per Apoſtolos poſt acceptum eum, qui cœlitus miſſus eſt, Spiritum ſanctum, in uirtute & miraculis nuntiata ſunt, ad hoc ut cognoſcamus Deum, & eo cognito amplexemur eius in nos beneficentiam. Et hoc eſt quod ait, Qui per ipſum fideles eſtis in Deo, id eſt, per Chriſtum creditis in Deum: per Chriſtum fideles & Chriſtiani deſignamini. Non alio conſilio manifeſtatus eſt nobis* IESVS *Chriſtus, quàm ut per eum ſalui fieremus, ut in eo ueritatem, bonitatem, & iuſtitiam Dei contemplaremur, & eandem amplexantes ex animo ipſi fidamus. Hoc ſi fecerimus, agnoſcemus nos per Chriſtum eſſe filios Dei, familiares & domeſticos Dei factos, pericula à quibus erepti ſumus, &, ut paucis abſoluam, longè plura nos eſſe aſſequutos beneficia, quàm dici poteſt.*

Chriſtus cur tã ſerò in Mundũ uenit.

Tempora nouiſsima.

Conſilia æterna per Chriſtũ manifeſtata.

Qui ſuſcitauit eum à mortuis, &c. *Tota illa ſancta & benedicta Trinitas ſuſcitauit Chriſtum, ut hominem, à mortuis. Sunt enim opera Trinitatis externa, indiuiſa. Quæ enim Pater agit, eadem & Filius & Spiritus ſanctus, & contrà. Reſurrexit Chriſtus* IESVS, *homo glorioſus. Hoc eſt, diuinitas non reſurrexit, ſed* IESVS *Chriſtus iuxta humanitatem excitatus eſt à mortuis per gloriam Patris. ipſe enim Filius, ſecundum Diuinitatem excitauit ſeipſum, ut homo eſt. Dicebat enim Ioan.2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et ſequitur, Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Qui, ſupple, Deus ſuſcitauit eum Chriſtum iuxta humanitatem à mortuis. Et dedit ei gloriam, Quia ſurrexit immortalis, dans corpori perpetuam glorificationem, & iudiciariam poteſtatem: (Data eſt mihi) dicebat ille Matth. ultimo(omnis poteſtas in cœlo & in terra) non ſolum corporis gloriam, ſed etiam nominis. Dedit enim illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine* IESV *omne genu flectatur,*

Chriſtus ut homo ſuſcitatus.

Trinitatis opera indiuiſa.

datur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Atque in inuocatione nominis eius fierent ſtupenda illa opera, quæ toto Bibliorum textu facilè cognoſci poſſunt. Imò & quotidie non ſolùm facta audimus, ſed & experimur. Hanc gloriam dedit, ut fides ueſtra & ſpes eſſet in Deo, non in puro homine. Hoc eſt, credamus in Deum, & ſperemus in Deum. Quia Chriſtus, Deus & homo eſt, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore. Dedit ergo gloriam Chriſto, ut nos agnoſcentes eum reſurrexiſſe, cœlos aſcendiſſe, & ad dexteram Patris ſedere, miſiſſeq; Spiritum ſuum in diſcipulos, quo edocerentur omnia quæ illis dixerat, Fidem habeamus in eum, quia Deus eſt & mediator noſter. Ipſe enim propitiatio noſtra, pax noſtra, factus nobis frater qui Dominus eſt, ut ſpem habeamus in eum. Certò intelligentes, quòd qui credunt in eum, ſalui fiunt. Dici poteſt ad hunc modum ut fides & ſpes noſtra eſſet, id eſt, tota noſtra conuerſatio eſſet in Deo: id eſt, omnem noſtrum laborem, & operam omnem impenderemus illi, ſine quo non eſſet retributio: ſine quo fruſtraneus & inutilis eſſet noſter labor. Iſta ſunt quæ ad bene ſancteq; uiuendum mouent animos. Hæc ſi conſiderauerimus, uitam uiuemus Chriſti præceptis reſpondentem. His cognoſcimus nobis aditum patêre ad Deum, ſi contingat (quod per Dei gratiam abſit) peccare: ut non deſpondeamus animos, qualequale fuerit peccatum: Sed ſperemus petentes ueniam. Si uarijs afflictionum procellis agitati fuerimus, Pater noſter aduocatus & conſolator eſt: qui abundanter & copioſè gratiam ſui Spiritus immittet, qua facilè omni anguſtia leuari poßimus.

Inuocato nomine Ieſu fiunt miracula.

Chriſtus ſpes & gloria noſtra.

Rom. 3.d

Summa Euangelij.

Animas ueſtras caſtificantes in obedientia charitatis. Per ſpecies & gradus ueram ſanctimoniam & ſanctificationem deſcribit. Caſtificantes, id eſt, ſanctas reddentes animas ueſtras. Caſtificatio animæ nihil aliud eſt, quàm ſanctificatio. Rogabis, unde ſanctimoniam & caſtificationem conſequar? Viam indicat. In obedientia charitatis, id eſt, per obedientiam charitatis, ſeu obediendo charitati, ſeu Spiritui ſancto, qui eſt charitas, & autor ſanctificationis. Ab hoc enim effectu ſanctificationis ſcriptura uocat illum Spiritum ſanctum. Caſtificatio hæc, fructus eſt uiuæ fidei, quæ caſtum reddit corpus. Domat enim & reprimit inſultus illos carnis, ne præualeant: quibus ſedatis, caſtè uiuitur. obeditur enim ſpiritui, & ſpiritalis eſt uita. Animas dicit, non corpora, ut doceat non ſolùm ſtudendum eſſe ne carnali laſciuia corpus maculetur, ſed etiam anima ipſa uarijs concupiſcentijs, ut ſimus & corpore & anima caſti. Caſtificata enim anima, & corpus caſtificatur. Obſeruandum quod ait, Per obedientiam charitatis, aut, ut alij legunt, ueritatis. Scio ieiunia, uigilias, abſtinentiam & inediam frequentem multum habere uirium extinguendi concupiſcentiarum, & carnalium deſideriorum ardorem. Sed præcipuum exiſtimauerim, cum beato Petro, obedientiam charitatis & ueritatis. Hæc obedientia, caſtificatio eſt, & cingulum lumborum & renum. Nam ueritati & Euangelio ex animo obediens, antidotum habet aduerſus omnes carnis illecebras, quæ in corde & anima locum habere non poſſunt, quandiu illa obedientia & amor Dei in nobis dominatur. Non ergo ſatis eſſe putauerimus aut legiſſe aut audiſſe uerbum Dei: neceſſe eſt ut obediamus, & ex animo amplexemur: quod fructum dabit centeſimum tempore ſuo.

Caſtificatio animæ.

Methodus ſanctificationis.

Obedientia Charitatis.

Concupiſcentiarum antidotum.

Lumborũ cingulum caſtinca no.

Lectio ſine dei amore inutilis.

In fraternitatis amore. Sanctificat Spiritus ſanctus cùm obedimus ueritati & Euangelio. Hæc caſtificatio per obedientiam, trahit poſt ſe fraternum amorem. Caſtificamus animas noſtras obediendo ueritati, non ut otioſi uiuamus, ſed proximo & fratri prodeſſe poßimus. Hanc dilectionem fraternam multis argumentis commendat beatus

Amor fraternus.

Ioannes tribus ſuis epiſtolis.

Simplici ex corde diligite attentius. Partes & naturã ueri amoris per-uenuſtè deſcribit exprimitq;. Illa obedientia, de qua ſumus loquuti, trahit poſt ſe dile-ctionem, non quamuis dilectionem, ſed eam quæ ex animo eſt, animo, inquam, non frigi-do, aut tepido, ſed puro corde, quo attentius, hoc eſt impensè, uehementer, & non ſimu-latè fratrem & proximum diligamus. Vera amicitia fucum neſcit, adulationem non didicit. Ex his colligimus uiuam fidem, fructus producere, ſanctimoniam, ſiue ſanctifi-cationem, pietatem, mutuam dilectionem, & morum integritatem. Cor ſimplex dicit, hoc eſt, humile, non fucatum, ſed paratũ omnia in gratiam proximi profundere. Neſcit charitas, quæ diffuſa eſt in cordibus fidelium, cor duplex, cor ſimulatum. Eſtote ſimpli-ces ſicut columbæ: dicebat ille.

Fraterni amoris partes.

Vera amicitia.

Cor ſimplex.

Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili. Eleganti metaphora ſeminis inuitat & mouet animos ad puritatem uitæ & ſanctimoniam, argu-mento à nouitate uitæ, & natura renaſcentium, ſumpto. Natura comparatum eſt, ut fru-ges ſementis naturam referant, Et filij parentum mores exprimant. Nati eramus ex Adamo, hoc eſt, ex ſemine corruptibili. Veterem hunc hominem eximus, renatiq; ſu-mus, non ex illo corruptibili ſemine parentum, ſed ſpiritali & incorruptibili, nempe per uerbum Dei uiuentis. Audito enim uerbo, opera Spiritus ſancti imprimitur uerbum in corde, & cõſurgit odium ueteris hominis, & amor IESV CHRISTI: fitq; re-naſcamur uerbo uim ſpiritalem, hoc eſt, uim quandam uiuacem habente, qua morimur carni & ueteri homini, uiuentes Deo. Eſt ergo forma Chriſtiani animi fides uiua, & fiducia cordis, quæ apprehendit CHRISTVM ſaluatorem & redemptorem, & huic ſoli adhæret. Cor noſtrum hac forma ſeu fiducia informatum & animatum ha-bet ueram formam Chriſtiani hominis, qui renaſcitur ex ſemine incorruptibili, hoc eſt, ex Spiritu. Quandoquidem Verbum ex ore Apoſtoli procedens attingit cor audien-tis, ubi adeſt Spiritus imprimens cordi uerbum ut illi aſſentiatur. Tunc aſſentiendo ui-ua illa fide & fiducia, qua unicum IESVM CHRISTVM apprehendẽs eſſe qui iuſtificat & facit ſatis pro omnibus peccatis, eundem amplexatur, & iuſtificatur. Ex his uides quomodo fides uiua efficit nos filios Dei, natos ex Verbo: quod uide-tur eſſe uterus quidam cœleſtis, in quo concipimur, geſtamur, naſcimur, lactemus, manducamus, educamur, protegimur. Alluſit hoc loco Apoſtolus ad ea quæ do-cuit CHRISTVS, Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſan-cto, non poteſt introire in regnum Dei. In ſacramento Baptiſmi recipitur ſemen illud ſpiritale, & renaſcentia ſpiritalis. Eſt certè Baptiſmus ſacramentorum ianua, omnibus ad ſalutem neceſſarius. Baptiſmus enim uim crucis & reſurrectionis IESV CHRI-STI habet, per quem qui non expectat ſalutem, atque in eum non credit, iam iudi-catus eſt. Huc accedit quod Ioannes capite 1. dicit, His qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt.

Seges ſementis naturã refert.

Iuſtificatio & renaſcentia.

Fides uiua eſt forma Chriſtiani animi.

Verbũ eſt uterus cœleſtis.

Baptiſmus.

Per uerbum Dei uiui & permanentis in æternum. Excellentiam illius ſpiritalis ſeminis quo renaſcimur, uno & altero uerbo exprimit. Pauca & ſuc-cincta admodum ſunt uerba, ſed myſteria ardua & ſenſus profundi, imò magna ex par-te imperſcrutabiles, ac magnam ſpem & ſuauiſsimam conſolationem pijs conſcien-tijs afferunt. Oſtenſurus illius renaſcentiæ ſpiritalis Semen incorruptibile, dicit id factum per uerbum Dei uiui, hoc eſt, per rem ſignificatam uocali prædicatione, qua

Verbum Dei uiui.

qua annuntiabatur IESVS *Chriſtus, Meßias, filius Dei, Deus & homo crucifixus, mortuus, & qui reſurrexit, &c. Hoc eſt, renaſcimur per ipſum Verbum, ſeu filium Dei uiui, qui dat uerbo & prædicationi uim efficacem, agentem in cordibus fidelium audientium uerbum. Et hac uirtute ſignificatur frequenter uerbum Dei: Hoc eſt, naſcimur ex Deo, ut filij Dei, & non Adæ ſimus. Hoc modo nihil corruptionis eſt. Ex uirtute enim & Spiritu congruente ei qui renaſcitur, dicitur ſemen incorruptum. Unde 1. Ioan. 3. Omnis qui naſcitur ex Deo peccatum non facit, quoniam ſemen eius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. Propter hoc ſemen receptum uocantur filij regni, Matth. 13. ſemen bonum. Ergo natiuitas Chriſtiana incorruptibili ſemine conſiſtit, uerbo Dei uiui & permanentis. Per uerbum ergo, id eſt, per Chriſtum filium Dei uerbum patris, interius baptizatur Chriſtianus. Fides uiua habetur: donum Dei eſt, & non ex operibus noſtris, ut ne quis glorietur. imò ipſe Chriſtus baptiſmum inſtituit, eiq́; uim regenerãdi dedit. Verbum Dei uiui, cum dicit, myſterium & emphaſim multam comprehendit, hoc uerbum, Deus eſt, uita eſt, uiuit, datq́; uim uiuificandi fidei, uerbo & ſacramento. Hunc titulum didicerat noſter Apoſtolus à Spiritu ſancto. Roganti enim Chriſto, quem ſe eſſe dicerent diſcipuli, Reſpondens Petrus dixit, Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Dixit Chriſtus, Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Aut uerbum Dei uiui, iuxta dialecton Hebraicam, id eſt, uerbum Deus uiuens. Verbum eſt Deus uiuens & permanens in æternum. Non deſunt qui interpretantur, per uerbum Dei uiui, formam uerborum ſacramenti Baptiſmi, operantium ex uirtute Dei, diſpoſitionem regenerationis ſpiritualis. Accedente enim uerbo ad elementum fit Sacramentum. Epheſ. 2. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ. Addit elegans epitheton huius uerbi, permanentis, adducens aliam ſeminis ſpiritalis excellentiam. Corporale ſemen corruptibile eſt, & mutatur. At uerbum Dei, ſeu ſemen hoc ſpiritale, mutari nequit: æternum manet, non mutatur. Imò mutat & transformat meipſum in ſe. Et quod malum erat in me, delet. Huius ſeminis natura mirabilis eſt, & quam noſter intellectus comprehendere nequit.*

Natiuitas Chriſtiana.

Verbum Dei uiui.

Matth. 16.

Verbũ Dei permanens, nõ mutatur, ſed transformat nos.

Quia omnis caro ut fœnum, &c. *Grauißimam ſimul & elegantißimam ex 40. Iſai. capi. autoritatem adducit, qua nos à terrenis diſtrahit ut cœleſtia contemplemur, eademq́; ſemine incorruptibili conſequamur. Argumento à collatione fœni ad carnem. Semen corruptibile dicit, impotẽtiam carnis, totam deniq; generis humani corruptionem: quàm quot calamitates, quot miſeriæ, & omnium uitiorum genera comitentur, nouerunt omnes ad unum. Nihil præter corruptionem & mortem habet caro. Omnia eius caduca & floccida fiunt. Quemadmodum fœnum, utut excellenter floruit, ſtatim areſcit, & perit decor eius: ita quicquid ſiue ætate, ſiue pulchritudine, diuitijs & huiuſmodi in homine floreſcit, ſtatim ſeneſcit, cadit, perit. Hac ſententia Iſaias Iudæos in Babylone captiuos conſolabatur: comparans Babylonem, regnum, purpuram, & felicitatem fœno florenti, cuius flos ſtatim decidit. Vt intelligerent conſilium Domini, qui libertatem & reditum in Ieruſalem promiſerat, æternum & immutabile eſſe. Babylonẽ uerò, ut florem, caſuram. Elegans eſt miſeriæ & calamitatis humanæ ſpeculum, flos fœni. Obſeruandum eſt, Cùm renaſcentia indigeamus, carnem nihil prodeſſe. Hæc enim abneganda eſt, ut renaſcamur. Nomine carnis intelligo omnem eius gloriam, opes uidelicet, uoluptates, prudentiam, & quicquid in rebus mortalium eſt excellens.*

Semen corruptibile.

Caro.

Verbum autem Domini manet in æternum. *Caro tranſit: caro cum*

ſua impuritate corrumpit, corrumpiturq́ꝫ. Verbum autem, id eſt, IESVS *Chriſtus, manet in æternum. Eſt enim filius Dei, coæternus patri. Verbum, id eſt, quæ hoc toto capite, de fide, patientia, & ſanctimonia diſſeruimus & annuntiauimus, ſunt iuxta uerbum Dei, illa manebunt in æternum. Nam Matth. 24. dicebat Verbum, Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. hoc eſt, tam immutabile eſt conſilium diuinum, & uerbum Dei, ut citius pereant cœli & terra, quàm euertatur uerbum Dei. Aut uerbum, id eſt, efficacia uerbi in uobis manet in æternum: non cadit, non euaneſcit, ut caro & flos fœni.*

Verbum euangelizatum.

Hoc eſt autem uerbum quod euangelizatum eſt in uobis. *Concluſio eſt. De multis diſſeruimus in hoc capite, de fide, patientia, renaſcentia & ſanctimonia. Horum omnium ſumma eſt Verbũ: id eſt, Chriſtus, qui euangelizatus eſt uobis, eſt ſumma totius Euãgelij, in ueſtrã ſalutem annuntiati. Nempe quòd Deus ſua immẽſa bonitate & liberalitate ductus, ante mundũ conditũ deſtinauit filiũ ſuum, hoſtiã pro peccatis totius Mundi. Et hanc gratiam Prophetis reuelauit, ſignificans quando hæc eſſent futura: quãdo uenturus Chriſtus: quid paſſurus: quomodo glorificãdus. His impletis docet quomodo nos ſanguine ſuo Chriſtus lauerit, dederitq́; Spiritum, ut ad hæc myſteria amplexanda incitet: nempe ut renaſcamur ſpiritales: ut fide & ſpe in aduerſis duremus: Euangelio obediamus: mutuò amemus: & tandem æternùm uiuamus cum Verbo, per quod, ut ſimus filij, renaſcimur. Iſte modus loquendi, Verbum quod euangelizatum eſt, &c. peculiaris eſt Hebræis, ut familiarius inſerant perſonam, quo uidelicet & maior fides dictis haberetur, & pſeudoprophetarum faſtus minus creſceret.*

CONCILIATIO.

Angeli deſiderium.

QVID *hic Apoſtolus dicit, In quem deſiderãt angeli uidere: Cùm Chriſtus dicat Matth. 18. Angeli eorũ ſemper uidẽt faciem patris mei qui eſt in cœlis? Reſpõdeo, Deſiderĩũ hoc nihil faſtidij in angelis generat. Hic locus Apoſtoli quandã collationẽ habet, ſed ad maximam Euangelij, hoc eſt, negotij Chriſti commendationem facit. Tanta ſunt* IESV *Chriſti annuntiati myſteria, & ineffabili conſilio geſta, ut nõ mirũ ſi Prophetæ deſiderabãt uidere, cùm etiã ipſis angelis ſit admodũ iucundum gratumq́; ſpectaculum, cuius contemplatione non queunt expleri. Aut dicatur cũ Beda, Spiritales deliciæ, cùm nõ habentur in faſtidio ſunt: cum uerò habentur, in deſiderio ſunt: tantoq́; à comedente amplius eſuriuntur, quãtò ab eſuriente amplius comedũtur. Augẽt enim ſpiritales deliciæ deſiderĩũ in mente dum ſatiant: quia quantò magis eorum ſapor percipitur, eò amplius cognoſcitur quod amplius ametur. Græcis eſt, In quæ: non, In quem. In quæ myſteria Chriſti, angeli deſiderant uidere. Vide adnotata in hunc locum.*

QVID *hic Apoſtolus dicit? Et ſi patrem inuocatis eum qui ſine diſcrimine perſonarum iudicat ſecundũ uniuſcuiuſq; opus. Cùm dicatur Ioan. 5. Neq; enim pater iudicat quẽquã, ſed omne iudiciũ dedit filio. Reſpõdet Didymus, Quoniã & filius eadẽ diuinitate eſt: iudicãte filio, pater eſt qui iudicat. Eadẽ eſt patris & filij eſſentia & poteſtas. Ergo patre iudicãte, iudicat & filius et Spiritus ſanctus, & cõtrà. Sũt enim opera Trinitatis externa (ut prænotauimus) indiuiſa: id eſt, nihil opatur Pater, qn filius et Spiritus ſanctus operẽtur. Similiter & filius nihil agit, qđ nõ opetur Spiritus ſanctus & pater.*

DICTIO.

Pontus.

PONTVS, *prouincia eſt Aſiæ minoris, nobilis crudelitate Medeæ. dicta à Põtico mari, qđ Aſiã Europãq; diſterminat. eius ciuitates ĩſignes ſũt Calcedõ, Nicomedia et Nicea. Ex Põte fuit Aqla ueteris teſtamẽti trãslator et interpres, & Martiõ hæreſiarcha.*

GALATIA, *quæ & Gallogræcia, prouincia Aſiæ minoris. Incolæ huius Gala-tæ dicti, qui à Gallis bellicoſiſsimis deſcenderunt.* Galatia.

CAPPADOCIA, *regio in capite Syriæ, id eſt, ad Septentrionem: hæc, autore Solino, utranq; Armeniam leuo latere tangit, dextro multis Aſiæ populis circunfuſa.* Cappadocia.

ASIA *duplex, maior & minor, abſque orientali parte, qua ad Cappadociam Syriamq; progreditur. undique circundata eſt mari, multas habens prouincias, Phrygiam, Pamphyliam, Lycaoniam, Ciliciam, Galatiam, aliasq; nonnullas.* Aſia.

BITHYNIA, *regio minoris Aſiæ aduerſa Thraciæ & proxima Troadi.* Bithynia.

OBEDIRE DEO, *eſt credere Euãgelio. Vnde obedientia in Scripturis ꝑ Fide accipitur. 1. Rex. 15. Obedientia melior eſt, quàm uictima. Filij obediẽtiæ dicũtur fideles.* Obedire Deo. Filij obedientiæ.

ASPERGERE *ſanguinem* IESV *Chriſti, eſt prædicare* IESVM *Chriſtum, pro redemptione Mũdi ſanguinem ſuum fudiſſe, quo pacatus eſt pater. Qui obedit Euã-gelio, aſpergitur ſanguine Chriſti. Alia forma loquendi utitur Paulus, Credere in* IE-SVM *Chriſtum, aut, Habere fidem in Chriſtum.* Aſpergere ſanguinem Ieſu Chriſti.

NOVISSIMVM *tempus. Vltima ætas eſt à Chriſto, uſq; ad conſummationem ſeculi. Ioannes hoc tempus dicit nouiſsimam horam. Paulus, fines ſeculorum, nouiſsimos dies, reuelationem Domini. Alij alijs nominibus utuntur.* Nouiſsimum tempus.

LVMBOS *præcingere, ſuccingere, ſeu accingere, eſt mortificare uoluptates, corpus Deo offerre. Lumbi, carnis libidinem exprimunt aliquando. Affectus enim is in lumbis ſitus eſt. Vnde cùm Hebræi lumbos aut fœmora dicunt, ad promiſsi ſeminis generationem, & teſtamentum alludunt. Lumbis aliquando ſignificamus animi fortitudinem. Cinctura lumborum, caſtitas eſt.* Lumbos præcingere. Cinctura lumborum.

PRAENVNTIARE, *eſt præteſtificari.* Prænuntiare.

PERFECTÈ *ſperare, ſignificat perſeuerare in ſpe, ad finem uſque.* Perfectè ſperare.

INCOLATVS, *tempus huius noſtræ uitæ ſignificat. Incolæ & peregrini, ſunt credentes in hoc Mundo, non ciues, expectantes ingreſſum in eam ciuitatem, in qua æternum permanſuri ſunt. Credentibus & pijs parum conuenit cum Mundo. Atque ea ratio facit, ut ex Apoſtoli ſententia ad Hebr. 13. ciues ſe non uelint haberi, ſed incolas, id eſt, hoſpites & breui hic moraturos. Tropo ſcripturæ, incolatus Dei ſignificat præſentem Dei fauorem ac gratiam.* Incolatus. Dei incolatus.

Innocentiam puerorum docet. CAP. II.

DEponentes igitur omnem malitiam, & omnẽ dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modò geniti infantes, rationabile & ſine dolo lac concupiſcite: ut in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus. Ad quem accedentes, lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum: & ipſi tanquam lapides uiui ſuperædificamini, domus Spiritualis, ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per IESVM Chriſtum. Propter quod continet Scriptura, Ecce pono in Sion

Roma. 6. a
Epheſ. 4. a
Coloſſ. 3. b
Hebræor. 12. a
Infantes.
Lac.
Lapis uiuus.
Domus ſpiritualis.

In eo] per illud
Dulcis] benignus.
Superædif. do. ſpiri.] ad offerendum.

lapidem

Iſai.28.d Roma.9.g. lapidem ſummum angularem,probatum,electum,pre- Summū angularē] in ſummo ponendum angulo.
tioſum.Et qui crediderit in eum,nō confundetur. Vo- Confundetur] pudefiet.
bis igitur honor credentibus. non credentibus autem, Honor] pretioſius eſt.
lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt
Pſal.117.d in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali, Et petra ſcādali,his] in quem impingitur, & petra ad quam offendant hi.
Matth.21.d his qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & po-
Act.4.b Iſaiæ.8.c ſiti ſunt. Vos autem genus electum, regale ſacerdotiū,
Sacerdotiū regale. gens ſancta,populus acquiſitionis: ut uirtutes annun-
Exodi.19.a tietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile
Oſee.2.d Roma.9.e lumen ſuum. Qui aliquando non populus Dei: nunc
autem populus Dei.qui nō cōſequuti miſericordiam:
nunc autem miſericordiam cōſequuti. Chariſsimi,ob-
ſecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere
Carnalia deſyderia. uos à carnalibus deſiderijs,quæ militant aduerſus ani-
mam, conuerſationem ueſtram inter gentes habentes
Galat.5.c Roma.13.d bonam: ut in eo quod detrectant de uobis tanquam de Bonam] honeſtam.
malefactoribus, ex bonis operibus uos conſiderantes,
glorificent Deum in die uiſitationis. Subiecti igitur
Reges & principes. eſtote omni humanæ creaturæ propter dominum: ſiue
Roma.13.a regi, quaſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquam ab eo
miſsis ad uindictam malefactorum, laudem uerò bo-
norum. quia ſic eſt uoluntas Dei, ut benefacientes
obmuteſcere faciatis imprudentium hominum igno-
rantiam: quaſi liberi, & non quaſi uelamen habentes Quaſi uelamē] uelut prætextū.
Libertas. malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes ho-
Roma.12.c norate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem
Serui. honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore do-
Epheſ.6.a Coloſſ.3.d minis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſco- Modeſtis] humanis.
Titum.2.c 1.Corinth.7.c lis. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam Dyſcolis] prauis, aſperis.
Pati iniuſtè. ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte. Quæ enim eſt Si ꝓpter] quia cognouit Deū,
gratia, ſi peccantes, & colaphizati, ſuffertis? Sed ſi uel quia ſcit id
benefacientes,patienter ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud eſſe Deo acceptum.
Deum. In hoc enim uocati eſtis: quia & Chriſtus Gratia] laus, & infra.
Chriſtus exemplum noſtrū. paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum ut Patienter ſuſtinetis] affligamini, & fuffertis.
Iſai.53 c ſequamini ueſtigia eius. qui peccatum non fecit, nec
inuentus eſt dolus in ore eius. qui cùm maledicere-
1.Ioan.3.a tur, non maledicebat: cùm pateretur, non commi-
Iſaiæ.53.b nabatur. tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè. qui pec- Iudicanti ſe iniuſtè.] Vindicātam ei qui iuſtè iudicat.
cata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum:
Viuere iuſtitiæ. ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus. cuius liuore ſa- Liuore] uibice.
nati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes: ſed con-

epiſcopum] conuerſorem

uerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum ueſtrarum.

Paſtor, Chriſtus.

Deponentes igitur omnem malitiam. *Poſt manifeſtationem ſecundæ natiuitatis ex ſemine incorruptibili, morum parœneſes, & inſtitutionem in ſanctimonia & innocentia uitæ addit, ut cognito renaſcentiæ beneficio, ſeſe operibus & mutua beneficentia exerceant, referentes ſuæ renaſcentiæ indolem. Quandoquidē ita natura conſtitutū eſt, ut filij parentes referant. Primo loco infert, quod ex radice & ſemine, natura ſequitur. Ex ſemine ſpirituali, corruptibile et huiuſmodi carnale naſci nequit. Sed filij eſtis Chriſti, ex ſemine incorruptibili renati. Ergo nihil commune habetis cum carne. erit igitur depoſita omnis malitia. Omnem malitiam dicēs, quicquid ex carne eſt comprehendit. ne quid fortè, cùm ſpecies malitiæ enumerauit, omittat. Malitia ad animum degenerem & corruptum refertur: in quo nihil niſi lædendi comperias libidinem. Cicero, & alij philoſophi, malitiam uocant uitioſitatem.*

Ex ſpiritu nihil carnis.
Malitia.
Vitioſitas.

Et omnem dolum. *Nihil eſt quod magis ueritati aduerſetur, quàm dolus. Pſal. 5. Virum ſanguinū & doloſum abominabitur Dominus. Dolum dicimus omnem calliditatem, fallaciam, & machinationem ad circumueniendum. Ergo mendacium, & omnis generis artes hypocriſis, doli nomine intelligit Apoſtolus. Huiuſmodi odit Sapiens, Prouerbio. 14. Vir uerſutus odioſus eſt. Aduerſatur enim ueritati, iuſtitiæ, & ueræ prudentiæ.*

Dolus.
Hypocritæ.

Et ſimulationes. *Hypocriſim fugiendam omnino, docet. Panem una manu oſtentant hypocritæ, alia uerò lapidem occultant. Simulatores uocat Sapiens, Prouerb. 12. callidos, qui premunt iniuriam & iram in animo, foris omnem amicitiæ ſpeciem oſtentantes. Aduerſus huiuſmodi, frequens inuehit Chriſtus in Euangelio.*

Simulatores.

Et inuidias. *Animi grauiſſimus morbus eſt inuidia, qua quis de bono & felici rerum proximi ſucceſſu triſtatur. Vt Cain in Abel, ægrè ferebat acceptum Deo ſacrificium: & de eius malo & ruina lætatur. Hi nunquam bene habent. Nihil infelicius homini contingere poteſt inuidia. Vnde, Inuidia Siculi non inuenere tyranni tormentum maius. Inuidiæ elegantem deſcriptionem inuenies 2. Metamorph. apud Ouidium. Hæc habet filias aliquot, ſed præcipuas, Cædem, ex uindicta & affectu malo, & Contentiones. Educatur Ambitione. Famulas habet Contumeliam, Detractionem, & malorum inuentricem.*

Inuidia morbus animi grauiſſimus.
Cain inuidia.
Inuidię nutrix famulæ & comites.

Et omnes detractiones. *Omnem linguæ petulantiam adimit uiro Chriſtiano. Detrahunt, qui laudem alicuius imminuunt. Sunt qui in aurem detrahunt, quos Paulus Rom. 1. uocat ſuſurrones. qui in aurem obſtrepunt, & occulta maledicentia, aut diſſenſionem moliuntur, aut odium alicuius rei inducere uolunt. Hoc genus hominum turpiſſimum eſt, quod omnibus ſeculis, apud omnes probos malè audijt. Sunt & alij detractores, paulò liberiores ad malè de proximo loquendum, ſed illis nihilo meliores. Nam etſi impudica lingua, eademq; audaciore, quàm par fuerit, omnia dicant, attamen famæ bonorum & proborum hominum detrahunt. Hos uocat Paulus obtrectatores. Beatus Clemens noſtri Apoſtoli Petri amanuenſis, refert hunc noſtrum Apoſtolum recenſuiſſe detractionem inter homicidij ſpecies. Adeò excæcata corruptaq; eſt ueneno diaboli natura, ut ſi etiam filij ſeculi & Mundi, norint uirum probum, multisq; animi dotibus inſignitum, tamen ſi uel næuum unum, aut minimam in eo deprehenderint maculam, in hanc ſolam intuentes, obliuiſcuntur*

Detrahere.
Suſurrones.
Detractores.
Obtrectatores.
Clemens Petri amanuenſis.
Detractio ſpecies homicidij.

omnium eorum, quæ in illo ſunt egregia. Sunt & tam malo ingenio plerique detractores, inhumani certè & illuſores, qui eos quibus malè uolunt, non appellant proprio nomine ſed ignominioſa quadam periphraſi eos deſcribunt. Vt ille apud Terentium, Limis oculis, adunco naſo, ſparſo ore, &c. Vt paucis dicam, in hoc poſitus eſt Mundus, ut & uiris probis, & Christianis detrahat, & perperam ſemper agat, moliaturq; ſemper aliquid mali, aduerſus eos, qui uitam Christo reſpondentem ſyncerè & purè uiuunt.

Terentius.

Sicut modò geniti infantes. *Elegans eſt metaphora, quæ à rebus corporeis, ad animum & res ſpiritales tranſit. Videtur hoc idem eſſe, quod Paulus 1. ad Corinth. 14. docet. Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote. Hoc eſt, quemadmodum, qui teneris adhuc annis nutriuntur pueli, non ambiunt, nulli nocent, iniuriam facilè remittunt, facilè placantur: ita & hos mores, oportet uos, qui in Christo renati eſtis, imbuiſſe, ſi parentem Christum uelitis referre. Huc pertinet quod* IESVS *Christus, Matthæi 18. dicebat diſcipulis rogantibus, Quis putas maior eſt in regno cœlorum? Amen dico uobis, Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Hoc exemplo docet Christus humilitatem animi. Quòd ſi rogaueris, qua in re uoluerit ſuos pueris eſſe ſimiles? ipſe ſeſe explicuit, addens, Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorum. Quaſi diceret, Sublimitas in regno cœlorum, hoc eſt, inter uerè filios Dei, nulla re alia parari poteſt, quàm ſui maxima abnegatione & demiſſione. Vnde apud Marcum capi. 9. dicit, Si quis uult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus, & omnium miniſter. Hortatur ergo hoc loco Apoſtolus ut nos ipſos infra omnes demittamus.*

Animi humilitas.
Paruuli ſenſus.
Puellorum genius.

Rationabile & ſine dolo, lac concupiſcite. *Hæc eſt peruenuſta allegoria, qua alludit ad genium & naturam lactis & lactentium. Videturq; deſumpta eſſe ex Iſaiæ 66. capite. Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam, ut ſugatis, & repleamini ab ubere conſolationis eius, ut mulgeatis, & delicijs affluatis ab omni gloria eius. Conſolatur Propheta Eccleſiam Iudæorum, pollicens breui reſtitutionem in Ieruſalem. At dum conſolatur, meminit mammarum & ſucci lactis, uerbo Sugatis, quibus ſubindicat dona Spiritus ſancti, cœleſtem nimirum & ſpiritualem ſapientiam, cum genio & natura uerbi Dei ſeu Euangelij. Quemadmodum lacte, cui ineſt quidam nutricis genius, & natura, transfunditur in lactentis educationem, neſcio quæ uis & genius nutrici ſimilis. Fit enim natura, ut lacte caprino educati, more caprarū alta conſcendant & ſaliant. Lacte uerò ſuillo, ſeſe in terram, & inter ſordes demittant. Ita eùm recens renati ſitis ex ſemine incorruptibili, effectiq; ſitis filij Dei, concupiſcite, id eſt, appetite lac, non corporeum aut humanum, ſed rationabile, id eſt, ſpiritale, & ſine dolo, id eſt, fraudis & doli expers, hoc eſt, ſpiritalem doctrinam. Et quemadmodum qui lacte materno & humano educantur, ſugentes mammas lac attrahunt, ſimul & nutricis genium & naturam: ita & ſugentes uerbum Dei, attrahatis, & accipiatis ſpiritum & genium ipſius uerbi, ut ſpiritu uiuentes, Mundo moriamini & peccato, ſitisq; ſynceri & integri coram patre ueſtro cœleſti. Siquidem infantia Christi eſt, alienum eſſe ab omni uerſutia ſtudioq; nocendi. Qui lacte alitur, is eſt cui adhuc traduntur prima Christianiſmi rudimenta, quia inexpertus & inexercitatus eſt. Periculumq; foret ſi abſcondi-*

Iſaiæ locus explicitus.
Lacti ineſt nutricis genius.
Rationabile.
Infantia Christi.
Lacte nutriri.

tum

ſum Euangelij negotium, & ardua Chriſti philoſophia coram imbecillis tractaretur. Huc pertinent quæ Paulus 1. Corinth. 3. & Hebre. 5. dixit, lactis & ſolidi cibi mentionem faciens.

Vt in eo creſcatis in ſalutem. *Fructum adducit, propter quem id ſpiritale lac appetendum eſt illis, ut creſcatis & proficiatis, ducti ſpe ſalutis. Quoniam inter ſpiritales, gradus ætatum, ſunt profectus uirtutum. Vt creſcunt adoleſcuntq́; pueri, qui non lacte, ſed ſolido cibo ueſcuntur, hoc eſt, lacte in ſolidum cibum commutato, tandem in uirum creſcunt infantes, & fiunt uiri: ita nolim uos ſemper pueros & infantes eſſe, ſed profectu & gradu uirtutum adoleſcere & grandeſcere, donec ueniatis (ait Paulus Ephe. 4.) in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Hoc eſt, tantum in Chriſtianiſmo profeceritis, donec plenè, intelligatis abſtruſiora & ſpiritualia Scripturarum myſteria, iuſtam'que diuinarum rerum cognitionem habeatis.*

Spiritualibus gradus ætatum ſunt profectus uirtutum.

Si tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus. *Particula, Si, affirmantis eſt. Videtur currentibus calcar addere. Creſcite, grandeſcite in hac doctrina ſpiritali. Quia guſtaſtis cognouiſtisq́; quàm ſuauis mellitusq́; ſit Dominus, ad plenum haurite. Ea enim eſt uis & ſuauitas Euangelij, ut qui negotium eius ſemel cognouerunt, magis ac magis ardeant amore & ſtudio rerum diuinarum. Non eſt quod mireris ſi Turca aut Iudæus Euãgelio aduerſatur. Nam qui nõ guſtauerũt nectar Scripturarum, ab illis amarum iudicatur. Tibi uerò guſtanti, & animo reuoluenti beneficia Chriſti erga te, & promiſſiones eius in ſalutem noſtram, quid ſuauius contingere poteſt? Agnoſcas fide, te à Satana liberatum, filium Dei effectum, hæredem tanti regni cœleſtis, ex inope in ditiſſimum uirum euaſiſſe, iam ſpe tua te aſſequutum locum in cœlis, & id genus multa. Quis non his epulis delectabitur? Quis nolit his delicijs & menſæ huic cœleſti accumbere? Quis non his maximis delectabitur diuitijs? cùm re etiam corruptibili, utputa centum ſolatis, ſiquis donetur, geſtit & delectatur plurimum. At qui ex animo uerbum non recipiunt, his nulla eſt ſpiritalis delectatio. adeo uerum eſt quod in ſuo cantico ait beatiſſima uirgo, Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Alludit hoc loco Petrus ad id quod ſcribitur Pſal. 33. Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt Dominus: Beatus uir qui ſperat in eo. Ex his obſeruandum puto, quàm uana & inutilis eſt prædicatio, coram his qui uerbum Dei non guſtant. Quare non abs re dicit Apoſtolus, Si tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus. id eſt, humanus, minimeq́; auſterus aut durus. Pſal. 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Pſal. 76. Memor fui Dei, & delectatus ſum.*

Si, particula affirmatiua.

Euangelij ſuauitas & inceſcatio.

Scriptura quibus ſuauiſsima eſſe ſolet.

Fides.

Epulæ ſpiritales.

Verbũ Dei guſtandum.

Ad quem accedentes lapidem uiuum. *Amplificatio eſt eorũ quæ ſuperioribus tractauit, Ex ſemine ſpiritali renatos decere puritatẽ uitæ & caſtificationẽ. Sed aliã adducit allegoriã, ab ædificio terreſtri ad cœleſte tranſiens. Docuit, ex Deo natos, debere augmentũ facere in eruditione & doctrina ſpiritali. At ne uagi & errabundi uideamur, uult ædificemus lapides pretioſos, conſtruamusq́; domũ ſupra lapidẽ firmũ, & ſtabilẽ. Allegorice, per lapidẽ, tum Prophetæ, tũ ipſe Petrus & reliqui Apoſtoli intellexerunt Chriſtũ, propter ſoliditatẽ ac ueritatẽ fidemq́; infallibilẽ. At ne quis neſciret Chriſtũ intelligi, qui uiuens eſt, imò ipſa uita, tropũ explicans addidit, uiuũ. Aliã metaphorã inſerit, à greſſu pedum, ad ſpiritalem acceſſum tranſiens. Accedẽtes, Non greſſu pedũ, ſed fide & animo ad Deum accedendũ eſt. Eadẽ metaphora uſus eſt Paulus ad Heb. 11. Accedentẽ ad Deũ oportet credere, quia eſt, & quòd inquirẽtibus*

Lapis, Chriſtus.

Lapis uiuus.

ſe, remunerator ſit.Pſal.33. Accedite ad eum,& illuminamini, & facies ueſtræ non confundentur.ad Hebræ.4.Adeamus cum fiducia,ad thronum gratiæ eius,ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Accedunt autem,qui credunt,& totos ſeſe Deo uouent & dedunt.

Accedere ad Deum.

Ab hominibus quidem reprobatum. *De hoc lapide quædam inſerit, quæ poſtea fuſius declarabit.Hoc loco alludit ad Pſal.117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,hic factus eſt in caput anguli.Hoc idem noſter Apoſtolus nuntiabat Acto.4.Hic eſt lapis,qui reprobatus eſt à uobis ædificantibus: qui factus eſt in caput anguli.Hic reprobatus eſt à Iudæis dicentibus,Dæmonium habet. &, Inſanit. Homo uorax.Potator uini.In Beelzebul principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Reprobatus eſt ab eis,qui eum crucifixerunt,& palàm cum iniquis reputarunt.*

Electus Chriſtus.

A Deo autem electum & honorificatum.*Eleganti antonomaſia.Chriſtum uocat electum.Electorū enim eſt caput:imò quotquot electi ſunt, ab æterno electi ſunt in eo.Iſa.42.Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: electus meus,complacuit ſibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet. Honorificatum dicit, multo honore affectum à patre. Hic eſt filius meus dilectus, in quo benè mihi complacui.Imò Paulus uolens huius* IESV *Chriſti honorem & magnificentiam indicare,ad Hebræ.2.ex Pſal.8.ait,Gloria & honore coronaſti eum,& conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei ſubiecit,nihil dimiſit non ſubiectum ei.Honorificatus eſt,quia ſedet ad dexteram Dei patris. Huius excellentiam pluribus uerbis oſtendit Ephe.1. & Coloſſ.1.& Hebræ.1.& 2.*

Honorificētia Chriſti.

Lapides uiui.

Et ipſi tanquam lapides uiui ſuperædificamini.*Lapides eramus ſicci,carnales & corporei.Sed qui potens eſt ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios ipſi Abrahæ, donauit nos fide.Fides enim donum Dei eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Ephe.2. Hac fide uiua accedimus ad lapidem uiuum, cuius uim & uirtutem attrahimus, & efficimur dicimurq; lapides uiui. Et ſuperædificamur ſuper hunc lapidem uiuum,uerū & ſolidum fundamentum.Nam Paulus 1.Corin.3.ait, Vnuſquiſq; autem uideat quomodo ſuperædificet.Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere,præter id quod poſitum eſt,quod eſt Chriſtus* IESVS. *Diſſoluta ſunt omnia noſtra opera. Sed ſuper hunc lapidem,qui angulus eſt,ædificamus.Hoc angulari coniunguntur opera noſtra:facitq; ut qui diſiuncti,& à Deo ſeparati eramus,coniungamur, Ipſe enim continet,unit, nectit,& cōiungit omnia.Propterea uocatur Summangularis, qui in ſummo angulo omnia nectit,& quæ diuiſa & ſeparata erāt cōiungit, & utraq; facit unū.Angulus diuerſa nectit,quæ ſine angulo compacta coniunctaq; non eſſent. Paulus 1.Corinth.3.gloriatur ſe fundamentū Corinthijs poſuiſſe,hoc eſt* IESVM *Chriſtum Corinthijs perſuaſiſſe. Secundū gratiā Dei,ait,quæ data eſt mihi,ut ſapiens Architectus fundamentū poſui.Beda in hunc locum ait, Tanquam lapides uiui ad ſpiritale ædificiū aptantur,qui per diſcretionem eruditi doctoris,amputatis actibus & cogitationibus ſuperfluis,uelut ictu quadrantur ſecuris. Et ſicut ordines lapidum in pariete portantur alij ab alijs:ita portantur fideles quiq; à præcedentibus in Eccleſia iuſtis.Portant & ipſi ſequentes iuſtos,per doctrinam & tolerantiam, uſq; ad ultimum iuſtum.Qui enim omne ædificiū portat,& ipſe à nemine portatur, Dominus eſt Chriſtus.unde & lapis pretioſus à Propheta uocatur in fundamento fundatus.Hæc ille.*

Fundamentum ſolidum Chriſtus.

Lapis.

Summangularis lapis.

Angulus.

Lapides uiui portati.

Exegeſis.

Domus ſpiritualis. *Exegeſis eſt.ſeipſum exponit,ut intelligant de quo ædificio*

ſicio loquatur. Nolim uobis perſuaſum me intelligere de ædificio aliquo marmoreo, & ſtructura aliqua lignea, aut lapidea. Ego intelligo uos eſſe illud ædificium, uerum Dei templũ. Simile eſt huic, quod Paulus 1. Corinth. 3. dicit, Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Et paulò pòſt ait, Neſcitis quia templũ Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in uobis? Si quis autem templum Dei uiolauerit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Fidentes & credentes in Chriſtũ, mutuamq; beneuolentiam exercentes, lapides uiui ſumus, ſuper fundamentũ IESVM Chriſtum: & ædificatio ſumus illa ſpiritualis, quam IESVS Chriſtus inhabitat, cùm in eum fidem, ſpem, & charitatem omnem reponimus. 1. Corinth. 6. An neſcitis quoniam membra ueſtra, templum eſt Spiritus ſancti, qui in uobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis ueſtri? Et 2. Corinth. 6. Vos enim eſtis templum Dei uiui, ſicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Quẽadmodum ſparſim multæ & ſingulares ſunt Eccleſiæ, quæ tamen ſunt, uereq; dicuntur uniuerſalis Eccleſia: ita multi ſumus diuerſæ domus ſpirituales, propter fiduciam in IESVM Chriſtum, qui omnes ſunt una domus ſpiritualis, una familia, & fratres omnes in una domo ſpirituali: unicum patrem habentes, per quem geniti ſumus: & ex Deo nati, filij Dei nuncupamur. Ad Hebræ. 3. Paulus huius domus excellentiam explicat. Et Moyſes quidem (ait ille) fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant: Chriſtus uerò tanquam filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam & gloriam Dei uſq; ad finem, firmam retineamus. Huc etiam pertinet quod Paulus hortatur Timotheum quomodo debeat uerſari in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei uiui. 1. ad Timoth. 3. Corda ergo noſtra fide uiua ornata, templum & domus Dei ſunt.

Domus ſpiritualis, fideles.

Fidelis, eſt templum Dei.

Fidelis, fit lapis uiuus, & ædificatio ſpiritalis.

Domus Dei.

Sacerdotium ſanctum. Amplificat huius domus magnificentiam, explicans quos habet miniſtros, quas diuitias, quæ dona, cuius gratia grata ſunt omnia in illa domo ſpiritali. Sacerdotes & Leuitas, qui beſtias offerebant, habebat Moyſi domus. Hæc noſtra domus ſuos habet miniſtros & ſacerdotes, uos ipſos. Qui fiduciam habetis, & Euangelium recepiſtis, non ſolùm eſtis ædificatio & domus Dei, ſed & Sacerdotes ſancti. Sancti eſtis, quia membra illius eſtis, & ille ſanctus eſt. Vocatur ſacerdotium ſanctum, functio illa & adminiſtratio ſacrorum in domo ſpirituali, hoc eſt, in templo Spiritus ſancti, quod ſumus ipſi. Quia omnes ſummi ſacerdotis membra ſumus, cunctiq; oleo letitiæ ſignamur.

Sacerdotium ſanctum.

Offerentes ſpirituales hoſtias. In hoc poſiti ſunt ſpirituales Sacerdotes à Spiritu ſancto uncti, ut ſuas hoſtias, hoc eſt, preces, orationes, poſtulationes, obſecrationes, gratiarum actiones, eleemoſynas, & huiuſmodi charitatis opera, offerãt Deo, in conſcientia pura: mortificati quidem carne, uiuificati autem ſpiritu. Vt enim Deus ſpiritus eſt, non corpus: ita ſpiritualibus hoſtijs delectatur. Antiquatus eſt Moyſi ritus, & brutorum oblatio.

Sacerdotũ hoſtiæ.

Acceptabiles Deo. Hæ hoſtiæ nõ offeruntur mortuæ, ſed uiuæ, in quibus relucet is, qui ſine medio proximus eſt Deo, qui nõ poteſt nõ gratus eſſe Deo, qui ſemp à Deo patre, pro ſua reuerẽtia, eſt exauditus. Obſeruabis hoc loco Petrũ hactenus ſua uſum eſſe metaphora, ad ædificiũ ſpirituale explicandũ. Vultq; inſinuare quẽadmodũ qui in Chriſto fidunt, ſunt ædificatio & domus ſpiritalis: ita ædificantur & fiunt Sacerdotes: quorũ functio erit offerre hoſtias orationũ ſanctarumq; meditationũ, & ſpiritualiũ inſtructionũ. Quæ functio cõmunis eſt omnibus pijs & Chriſtianis, ut offerat

Hoſtiæ uiuæ.

Sacerdotalis functio duplex.

unuſquiſq; ſeipſum Deo in hoſtiam ſuauitatis. At alia eſt particularis functio, de qua hic non fit mētio, qua conſecratur offerturq; in ſacroſancta Miſſa, Euchariſtia ſacra, uerū IESV *Chriſti corpus. Hæc particularis eſt functio, nō omnibus cōmunis ſed ijs ſolis, qui uulgò Sacerdotes & Preſbyteri ab Epiſcopo ad hoc munus obeundū, ordinati dicūtur. Quorū partes ſunt, alios in doctrina et uerbo Dei ſyncerè inſtruere, ut firmi ſint in fide, ſpe, & charitate Dei & proximi: et ſacramēta adminiſtrare, iuxta ritū ab Apoſtolis ad hæc uſq; tempora deriuatum, & laudabiliter ab Eccleſia obſeruatū.*

Mors ubi abeſt, Chriſtus.
Per ſolū Chriſtum uita.

Per Ieſum Chriſtū. *Hanc coronidē ad omnia, quæ præceſſerūt, referendā eſſe puto. Vbi abeſt Chriſtus, ibi mors. Omnia ergo quæ uiuūt, per Chriſtū uiuūt. Dicebat ille, Ioā. 15. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes nō poteſt ferre fructū à ſemet ipſo, niſi māſerit in uite: ſic nec uos, niſi in me māſeritis. Ego ſum uitis, uos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multū: quia ſine me nihil poteſtis facere. Gratia ergo* IESV *Chriſti, lapides facti ſumus uiui, hoc eſt, Chriſtiani & fideles, Dei ſtructura & ædificatio ſuper fundamentū Chriſtū, domus & templū Dei, Sacerdotes offerētes nos hoſtiā uiuentē Deo, & mutuā exercētes beneficētiā. Omnia ergo in Chriſto & per Chriſtū cōſequuntur electi omnes, qui membra ſunt Chriſti electi, & ſummi ſacerdotis, qui in noſtrā gratiam ſeipſum Deo patri obtulit, hoſtiā uiuā, pro nobis Patrē orauit, uoluntatē Dei patris annuntiauit, mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis, reſurrexit glorioſus, & ad Patrē aſcēdit, miſitq; Spiritū ſuum in corda filiorum, à quo edocerentur, quæ ſunt huius ædificij ſpiritualis, in ſpem uiuā, ſalutē animarū noſtrarū. Et ſi quod eſt aliud Euangelij negotiū, ipſe abſoluit. Quare ſanctū & laudabile eſt, quòd Eccleſia ſuas orationes hac coronide abſoluit, Per dominum noſtrum* IESVM *Chriſtum. Inſinuans quòd nos, noſtraq; omnia Chriſto domino debeamus.*

Electi p Chriſtū omnia conſequuntur.
Chriſtus hoſtia
Euangelij ſumma.

Chriſtus lapis.

Propter quod continet Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem ſummū angularem, probatū, electū, pretioſum. *Adducit Iſaiam & Scripturas ad declarationē & cōfirmationē eorū, quæ de lapide Chriſto, & ædificatione ſuper Chriſtū dixit. Declarans hunc eſſe lapidem poſitū credentibus in ſalutē: impijs uerò, in offenſionem. Inuehit Iſaias aduerſus calumniatores & mendaces, qui in mendacio ſpem ſuam ponebant, nihil ſperantes de Meßia. Propter hoc (ait Iſaias) audite uerbū Domini uiri illuſores, qui dominamini ſuper populū meum, qui eſt in Ieruſalē. dicitis enim, Percußimus fœdus cum morte: & cum inferno fecimus pactū. Flagellum inundans cùm tranſierit, non ueniet ſuper nos: quia poſuimus mendaciū ſpem noſtrā, & mendacio protecti ſumus. Hactenus Propheta. Ex quibus agnoſcis quoſdam fuiſſe, qui non ex Meßia, ſed mendacio pollicebantur ſibi ſalutē. Vehementer tamen errant & falluntur. Nam per illum ſolum Meßiam nobis contingit ſalus. Atq; ut huius rei ſoliditatem & firmitatem oſtēdat, mentionē facit illius excellentis lapidis: cui qui innituntur, non cadunt, ſed ſaluantur. Iccirco ait Propheta, Hæc dicit dominus Deus, Ecce ego mittā in fundamentis Sion lapidem, lapidē probatū, angularem, pretioſum, in fundamento fundatū. Qui crediderit, nō feſtinet. Hæc ille. Propter quod, &c. Græcis eſt, Quapropter & cōtinet in Scriptura. ut ſit ſenſus, Quapropter ille lapis eximius cōtinet (neutraliter accepto uerbo,) id eſt, excellit in Scriptura. Huius excellentiā explicaturus adducit teſtimoniū Iſaiæ 28. Nō deſunt qui interpretantur, propter quod, id eſt, quapropter, ſpiritus (ſupple) in Scriptura continet. Hoc eſt, ſpiritus propheticus habet & declarat. Ecce, quaſi diceret, nō eſt aliò ſpectandū. pono in Sion, in domo ſpiritali, lapidem, qui propter ſoliditatē & immobilitatem allegorice Chriſtum ſignificat*

Per ſolū Chriſtum ſalus.
Lapis ſolidus eſt Chriſtus.
Continet, uerbum neutrum.
Sion.

ficat,ſummum,excellentiſsimum,& cuius ſoliditas & firmitas reliquis,ſi quæ ſint,ma
ior eſt.Angularem. Quemadmodum quæ diſiuncta erant, angulo coniunguntur: ita
Iudæi & Gentes diſiuncti coniunguntur per Chriſtum: & medius paries illos diui-
dens,id eſt,Lex antiquata eſt,ut in unũ coaleſcant Gentes & Iudæi.Vnde Paulus ait,
Chriſtus eſt pax noſtra,qui fecit utraq; unum,ut duos condat in ſemetipſo. Ad hunc
modum prædixit Zacharias de Chriſto,cap.6.Ecce uir,Oriens nomen eius,& ædifica
bit templum Domino,& conſilium pacis erit inter duos illos. Probatum,id eſt,appro
batum,commonſtratum,& declaratum uirtute & miraculis.Electum. Cantic.5.Dile
ctus meus candidus & rubicundus,electus ex millibus. Pretioſum.hic eſt theſaurus bo
nitatis diuinæ. In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ diuinæ. Hic eſt pre-
tium Mundi.Quid illo pretioſius eſſe poteſt?

Angularis lapis.
Iudæi & gentes per Chriſtũ iuncti.
Probatus.
Electus.
Pretioſus.

Et qui crediderit in eum,non confundetur. Paulò antè diximus,Qui
credunt in lapidem uiuum,fiunt lapides uiui, & fide coaptantur ſuper fundamentum
& lapidem angularem.Hi non confundentur,non erit ſpes uana, longè maiora bona
bos manent,quàm dici poſsit.Non cõfundetur,id eſt,non fruſtrabitur,ſed hoc aſſeque-
tur quod expectat. Eſt enim uſitata phraſis Hebræis, confundi pro fruſtrari. ut ſi di-
cam,Nuntius miſſus ad petendum pecuniam confunditur,id eſt,fruſtratur. Huc perti-
net quod dicebat Propheta Pſal.33.Accedite ad eum & illuminamini, & facies ue-
ſtræ non confundentur.Item 1.Ioan.2.Et nunc filioli manete in eo: ut cùm apparue-
rit,habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Locus iſte addu-
ctus eſt Iſa.28.Petrus bona fide ſententiam expreſsit,non recenſuit uerba.In Iſaia le
gitur,Qui crediderit,non feſtinet. Qui innituntur huic lapidi, non cadunt, non pu-
defiunt,ſeu confunduntur.Id uerbo feſtinandi,per metalepſim,id eſt,tranſumptionem
ſignificauit.Qui enim feſtinant, plerunq; impingunt & cadunt. Ex quo licet Iſaias
dixerit,Non feſtinet:Petrus uerò,Non confundetur: nihil tamen pugnantiæ eſt. Stu-
duit Petrus ſenſum potius reddere,quàm uerba numerare.

Confundi.
Feſtinare.
Metalepſis.

Vobis igitur honor credentibus. Epexegeſis eſt, dicta enim prius ex
Iſaiæ teſtimonio adducta declarat. Hic lapis qui à Iudæis reiectus & reprobatus eſt,
honor eſt,id eſt,eſt pretioſus & honorificus,id eſt,magno æſtimatus uobis, qui in illũ
creditis. Fide enim cognoſcitis quàm magna bona huic lapidi uiuo innitentes conſe-
quuti eſtis.Hunc nouerat ſibi pretioſum noſter Apoſtolus. Dicebat enim IESVS
ad duodecim,Ioan.6. Nunquid & uos uultis abire? Reſpondit ergo ei Simon Petrus,
Domine,ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes.& nos credimus & cognouimus,
quia tu es Chriſtus filius Dei.Ex his colligamus,pios & credentes cognoſcere & gu
ſtare,quàm bonus,firmus,& ſuauis ſit ille lapis uiuus, qui tametſi reprobatus ſit ab
incredulis,propter abiectionem & crucem,non tamen pij offenduntur in eò, ſed eò
magis tantum amplexantur crucis & abiectionis beneficium.

Epexegeſis.
Honor pro pretioſo.
Pij cruce Chriſti nõ offendũtur.

Non credentibus autem,lapis quem reprobauerũt ædificãtes.
Locũ hũc beatus Petrus adducit,partim ex Iſaiæ 8.cap.partim ex Pſal.117.Iſaias au-
diens populũ Iuda minis & incurſione Syrorũ deſolatũ,hũc cõſolatur, declarãs ſolũ
Deũ timendũ eſſe,qui credẽtibus in ſe firmus eſt lapis,& fortiſsimũ propugnaculum:
pijs,qui ſeſe ad eum recipiunt:illis uerò qui non credũt,ſed diffidunt,ruina & offen-
ſio eſt.Conterit enim capita incredulorũ,quorũ iudex & ultor eſt,Piorũ uerò Pater.
Locus Pſal.117.(cuius uerba ſunt, Lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus
eſt in caput anguli.À Domino factum eſt iſtud,& eſt mirabile in oculis noſtris.) ha-

Lapis offenſionis & petra ſcandali.
Iſaiæ locus interpretatus.
Pſal.117.declaratus locus.

bet in

bet in ſe opprobria & crucem Chriſti,ſimulter & gloriā, cum elegāti ſimilitudine. Nam quemadmodum architecti lapidem aliquem inſignem reijciunt, ne locum ædificio faciendo habeat, qui tamen uel inuitis uel neſcijs architectis tandem in ſummum elatus ſit ſummangularis, complens & abſoluens ædificium: ita IESVS *Chriſtus filius Dei Meſsias, à Legis doctoribus, Scribis & Phariſæis qui populi Dei uidebatur eſſe ductores & præfecti, reprobatus eſt tanquam impoſtor, ſeditioſus, & ædificio Dei non aptus. Primum è Synagoga eiectus, deinde uerò in crucem adactus, tandem inuitis Synagogæ præfectis & hoſtibus ſuis, tertia die à mortuis reſurrexit, cœloſq; conſcendit, factusq; iam ſummangularis lapis ædificij. Ipſe enim caput eſt Eccleſiæ, & totius ædificij ſpiritualis ſummangularis & abſoluens ædificium, qui diuerſos populos, Iudæos ſcilicet & Gentes coniunxit, fecitq; unum, antiquans legem Moyſi, qua diuidebantur. Qui pijs, & credentibus in eum, eſt ſalus: impijs uerò eſt offendiculū & ruina. Non quòd illis det, infligat'ue ruinam & offenſionem: ſed ipſi increduli ſua malitia & propria nequitia offenduntur. Non dat illis Deus occaſionem ruinæ, ſed illi ſua malitia, cauſam ſui præcipitij accipiunt. Hanc offenſionē uocant noſtri Theologi ſcandalum Phariſæorum. Huc pertinent uerba illius inſignis uiri Simeonis, Luc. 2. ad Mariam matrem huius uiui lapidis,* IESV *Chriſti, Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum, cui contradicetur. Elegans eſt antitheſis. hic textus ex membris oppoſitis conſlatur, multum lucis afferens inſtituto Apoſtoli, uolentis manifeſtare huius lapidis uiui excellentiam, iuxta Prophetarum uaticinia. Lapis ille, uiuus ſupple, eſt uobis credentibus honor, id eſt, honorificus, & in honore habitus. Non credentibus autem, id eſt, impijs, & incredulis, quales ſunt Iudæi, hic lapis, quem ipſi ædificantes, dum ſuam legem ſecundum carnem ſtabilirent, & propriam ſtatuere uellent, reprobauerunt, nolentes ſuper ipſum ædificare, imò ne ædificio quidem adponere, id eſt, cui credere noluerunt, imò reprobauerunt: Hic, inquam, lapis factus eſt Scribis, Phariſæis & huiuſmodi inuitis, in caput anguli, id eſt, in principium & fundamentum angulare, coniungens quæ diſiuncta erant. Super quod ædificantur credentes, lapides uiui, ut ſint domus ſpiritalis. His qui offendunt uerbo, id eſt, qui audito uerbo Euangelij impingunt, & ſeipſos ſua malitia, & occaſione accepta, non autem à Verbo data, lædunt, eſt lapis offenſionis, & petra ſcandali: id eſt, offenduntur, & ſcandalizantur ſua, & non Verbi malitia. Non ſecus ac nauis, dum impingit in cautem, illiditur, reſiliens in perditionis barathrum. Sic & illi offendentes Verbo, illiduntur, reſilientes ſua incredulitate in æternæ damnationis abyſſum. Horum cæcitatem Chriſtus, Matthæi 21. relinquendam eſſe docet, atque lapidem hunc contriturum huiuſmodi incredulos. Nec credunt in quo poſiti ſunt. In hoc poſiti ſunt, hoc eſt, tantis beneficijs dotati ſunt, ut credentes uitam habeant: ut puta, Legem & Scripturas de Meſsia Chriſto* IESV *loquentes acceperunt, & intelligere neglexerunt, non credentes eum Meſsiam, quem tamen fides & ueritas utriuſque teſtamenti Chriſtum eſſe teſtatur: imò nonnne eius tot promiſsiones patribus eorum factæ ſunt: Et (ut eſt in Actis 3. cap.) quorum hæredes ſunt, tanta tamen cæcitate ſeipſos occæcant, ut eas etiam oblatas contemnant, & repellant: tantum abeſt ut ſuſcipiant. Audiant ſuum Iſaiam 42. cap. illorum cæcitatem & occæcatum animum prædicentem. Quis cæcus, niſi ſeruus meus? & quis ſurdus, niſi ad quem nuntios meos miſi? Si Legem conſuluiſſent, non impegiſſent, non fracti eſſent. Iſta erat* IESV CHRISTI *exhortatio ad Iudæos, Ioannis 5. Scrutamini*

Chriſtus lapis reprobatus.

Scandalū paſſiuum.

Phariſæorum ſcandalum.

Antitheſis.

Gratia, in quā poſiti erāt Iudæi.

Chriſtus Meſſias.

Iudæorum cæcitas.

Scripturas: quia uos putatis in ipſis uitam æternam habere. Et illæ ſunt, quæ teſtimo-
nium perhibent de me: & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Et paulò pòſt, du-
rius increpans, obijcit illis: Nolite putare quia ego accuſaturus ſum uos apud Patrem.
eſt qui accuſat uos, Moyſes, in quo uos ſperatis. Si enim crederetis Moyſi, crederetis
forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit. Si autem illius literis nõ creditis: quomodo uer-
bis meis credetis? Quòd ſi excuſandi uenirent, non dixiſſet Meßias, Ioan. 15. Si non ue-
niſſem, & loquutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non
habent de peccato ſuo. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum nõ ha-
berent. Huc pertinent, quæ Paulus prædicabat, 1. Corinth. 1. Nos autem (inquit) præ-
dicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gẽtibus autem ſtultitiam: ipſis
autem uocatis Iudæis, atque Græcis Chriſtum Dei uirtutem & Dei ſapientiam. Hæc lo-
cutio, Petra ſcandali, huic reſpõdet, Saxum in quod impingitur, & lapis ad quem offen-
dunt increduli.

Moyſi ſcripta de Chriſto.

Petra ſcandali.

Vos autem genus electum. Titulos & ornamenta piorum adducens ex
Scripturis per Apoſtrophen elegantißimam ad omnes Chriſtianos, ſiue ex Gentiliſmo,
ſiue Iudaiſmo ad fidem conuerſos, ſermonem dirigit, confirmatq́; ſuperiora, de ſacerdotio
Chriſtianorum pronuntiata, præoccupans tacitam obiectionem Iudæorum, Chriſtianam
pietatem proſcindentium, & Chriſtum reprobantium, qui auſu temerario audent affir-
mare nos Chriſtianos eſſe profanos, ſe uerò populum electum. O' Chriſtiani (ait) uos
eſtis genus electum. Falluntur Iudæi, & toto cœlo errant, dicentes ſe electos, uos uerò
profanos eſſe. Vos eſtis lapides ſelecti, & per fidẽ uiui ſuper illum uiuum, eſtis, inquam,
ædificium & domus ſpiritalis. Qui creditis Chriſto, electi eſtis, & loco Iudæorum ſuffe-
cti. Hic locus deſumptus eſt ex Deuter. 7. & 26. cap. Te elegit dominus Deus tuus, ut ſis
ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram. Huius electionis condi-
tionem addit, Deuter. 26. Si pactis ſteterit, & mandatis obedierit, peculiaris & electus
populus erit. Sin minus, illos repudiaturus eſt, & alios ſubſtituet. Cùm ergo Iudæi (ait
Petrus) non crediderint in id, in quo poſiti erant, hoc eſt, non ſeruauerunt pactum ele-
ctionis, iuxta quod Dominus elegerat, & acceperat illos in peculium: manifeſtum eſt
Iudæos poſthac non eſſe electos, & peculium Domini. Siquidem his ſolis debetur, qui au-
dierunt & ſeruauerunt pactum, hoc eſt, credunt, & Dei uoluntati obediunt. Id quod fe-
cere gentes, & quotquot eſtis, qui in Chriſtum creditis. Ergo Iudæi reprobati ſunt: uos
uerò eſtis genus electum, & peculiaris populus Domini. Hæc pacta, quæ Moyſes popu-
lo prænuntiauit, impleta dicit tempore legis gratiæ, ab eis, qui ædificant, & lapides ui-
uos aptant ſuper lapidem uiuum, licet ab obſtinatis reprobatum, factum tamen in caput
anguli, ut omnes in eum credentes fulciantur à fundamento, non autem fundamentum ab
ædificio. Quotquot credunt in IESVM Chriſtum, ſunt genus electum, nõ carnali pro-
pagatione, ſed per baptiſmi regenerationem. Tantum eſt huius electionis beneficium,
tanta gratia, qua communionem ſanctorum in uno Chriſto conſequuti eſtis, ut iure opti-
mo uobis congratulans dicere auſim cum Dauide, Pſal. 147. Non fecit taliter omni na-
tioni.

Apoſtrophe.

Chriſtiani non profani, ſed electi.

Fideles loco Iudæorũ ſuffecti. Electi.

Electionis conditio.

Peculium Domini.

Pacta à Moyſe prædicata, in lege gratiæ cõpleta.

Credentes in Ieſum ſunt electi.

Regale ſacerdotium. Adducit aliud credentium ornamentum, & laudis, &
gloriæ titulum. Paulò antè dixerat, credentibus ſacerdotium ſanctum conceſſum eſſe.
Nunc addit & regale eſſe, non temporale, caducum, aut morte hac temporaria extingui-
bile: ſed regale ab eo, qui rex & Sacerdos æternus eſt. Obiter dictum uelim, non hic agi
de Sacerdotio illo priuato, quod Chriſtus nouißima cœna & die paſchæ inſtituit: ſed de

Regale ſacerdotium.

Sacerdotiũ duplex priuatum & uniuerſale.

Credentes in Christum sacerdotes sunt. *uniuerſali illo Sacerdotio, quo omnes credentes in Chriſtum dicuntur Sacerdotes, ſeu Chriſtiani.* Sacerdotiũ Iudaicum. *Sacerdotium Iudaicum, Leuiticum erat, & non regale, quia non de Iuda, particulare erat ad unam tantum tribum pertinens.* Chriſtus rex & ſacerdos. *At Chriſtus rex & Sacerdos eſt in æternum unctus, præ omnibus participibus eius, hoc eſt, præ omnibus regenitis in ipſo, uictor, cuius regnum uniuerſale eſt, & æternum. Ad quem omnes accedentes fide uiua inunguntur reges, & Sacerdotes oleo Spiritus ſancti, fiuntq; reges ſpiritales in Chriſto: hoc eſt, participatione Chriſti regis, quem fide uiua induunt relicto homine uetere, & accepta noua uita.* Regis functio. *At quemadmodum regis eſt, ſontes & peccatores extinguere, à tyrannide populum liberare, & pacificum in Republica conuictum curare: ita & qui in* Chriſtianus regiã exercet dignitatem. *Chriſtum credit, regiam exercet dignitatem, dominatur Mundo, & uelut ſeruum emptitium demittit, peccatum occidit. moritur enim peccato, & uiuit Deo. Diabolum & tyrannidem eius repellit, & in abyſſum relegat. nihil non poteſt in eo, cui ut propugnaculo inexpugnabili, hoc eſt, Chriſto regi, & uictori adhæret. Sed his placet adſcribere auream Diui Chryſoſtomi ſententiam, ueluti eorum omnium, quæ diximus interpretatricem. Pius (ait) & Chriſtianus uerè regnat, & eſt rex uerius, quàm qui diademate eſt ornatus.* Microcoſmus. *Hoc uideamus. Rex multos habet exercitus, Chriſtianus microcoſmum ſeu paruum Mundum & longe copioſiorem numerum cogitationum habet: atque in hoc cogitationum exercitu, non ſolùm uideas multitudinem, ſed etiam duces & Imperatores, & haſtatos, & ſagittarios, & fundibularios. Quæ res alia facit regem? Veſtes? Certe Chriſtianus melioribus indutus eſt, potioremq; geſtat ſtolam, quam neque tinea exedit, neque tempus abſumit. Adhæc uariam geſtat coronam, tum eam, quæ eſt gloriæ, tum eam, quæ eſt miſerationum Dei. Ait enim, Benedic anima mea Domino, qui te coronat in miſericordia & miſerationibus. De gloriæ corona dicit, Gloria & honore coronaſti eum Domine. Rex imperat ſatellitibus, omnibus dominatur, & obediunt omnes, eiq; inſeruiunt.* Abraham rex. *Ego unum Patriarcham Abrahã omnibus, quos uoles adducere, opponam regibus. Qui cum iuberetur interficere filium, cogita, quàm multæ cogitationes tunc inſurrexerunt in illum, & tamen ſubegit omnes. Omnes illum metuebant magis, quàm regem metuunt ſatellites, omnesq; ſolo oculorum fidei intuitu compeſcuit. Nulla illarum auſa eſt inſurgere, ſed omnes demiſerunt uultum.* Fideles ſunt ſacerdotes. *Hæc ille. Hos uerò non ſolùm reges dicit Apoſtolus, ſed & Sacerdotes, hoc eſt, fide in Chriſtum ornatos, ut microcoſmum ſeu paruum Mundum, hoc eſt, ſeipſos in Chriſto regentes, hoſtias immaculatæ conuerſationis, tanquam ueri ſacrifici, ſemper Deo offerre meminerint, uitamq; caſtam & puram Chriſto regi, & Sacerdoti reſpondentem uiuant reges, & Sacerdotes, ſeu Chriſtiani. Quod Exodi 19. dicitur, Vos eritis mihi in regnum ſacerdotale: noſter Apoſtolus ſenſum referens dicit, Regale ſacerdotium: id eſt, præcipuum, nobile, ſelectum, & ſpiritale. Eſt ergo Chriſtianus, templum, Sacerdos, hoſtia Dei.* Regalis ſacerdos. *At quoniam eius functio, & ſacerdotium uerſatur in his, quæ ſunt ad regnum Dei, ideo uocatur regalis Sacerdos, exercens opera ſpiritalia, ad cultum & honorem Dei, cuius gratia unctus eſt Sacerdos, hoc eſt, Chriſtianus factus eſt. Huc pertinet, quod in Apocal. 1. cap. ſcribitur, Chriſtus fecit nos regnum & ſacerdotes Deo, & patri ſuo.*

Sancti. Gens ſancta. *Qui Chriſtum induit & Chriſtianus eſt, mundus eſt, & ſeparatus à prophanis. Qui Chriſto addicti ſunt, ſeipſos omnino abnegauerunt, renuntiantes Mundo, ut Deo ſeruiãt: electi & ſeparati ſunt ab ijs, qui nihil commune cum Chriſto habent. Et hos uocat Sanctos. Similiter & noſter Apoſtolus, Sanctis ubiubi diſperſis ſalutem & pacem precatur. Hic locus deſumptus eſt ex Deute. 7. cap. Quia populus ſanctus es domino*

domino Deo tuo. Huius ſanctitatis manifeſtationem præmittit Propheta. Aras eorum (ait) ſubuertite, & confringite ſtatuas, lucosq́; ſuccidite, & ſculptilia comburite. quia populus ſanctus es domino Deo tuo. Aras aduerſarij ſubuertimus & demolimur, cùm ſyncera & uiua fide Chriſtum amplexamur. Quæ fides uim & uirtutē habet à ſanguine Chriſti, ut lauemur purgemurq́; ab omni errore in intellectu, & omni peccato in uoluntate. Impuri eramus & immundi: Sanguine Chriſti, facti ſumus mundi & ſancti. Huius mundificationis & ſanctificationis ſignum eſt Baptiſmus exteriorq́; perfuſio aquæ. Aras inimici ſubuertere. Baptiſmus.

Populus acquiſitionis. Conſolatur & maximè attentos reddit fideles, argumento ab utili & maximo Dei beneficio, ſumpto. Videtur ad hunc modum dicere, Serui eratis emptitij, à maligna poteſtate detenti, quæ neq; Deus eſt, neque rex, neq; dominus, ſed tyrannus, ſed dæmon, ſed plagiarius, infelix, miſer, imò ipſa miſeria, tormentum, inquietudo, & (ut paucis dicam) omnium malorum lerna. At Deus magnam ſuā miſericordiam, hoc eſt, ſuum filium miſit, qui uolens ab inimicis occiſus eſt, ſed uictor reſurrexit, uinciens malignum illum, & liberans nos ab illius uinculis. Magno nos emit & acquiſiuit, nempe ſuo ſanguine, ſua morte. Qui ſerui eramus, nunc reges facti: qui profani, nunc gens ſancta: qui fidefragi & infideles, nunc ſacerdotes & fideles: qui perditi, nunc acquiſiti: qui diſperſi, nunc in unum cōuenientes: qui mortui, nunc uiui: qui ruinæ, nunc ædificati ſuper fundamentum ſolidum: qui reprobati, nunc probati & electi. Quare Paulus Hebr. 10. hoc dictum Prophetæ explicans, Iuſtus autem meus ex fide uiuit. quòd ſi ſubtraxerit ſe, nō placebit animæ meæ: ſic hortabatur, Nos autem nō ſumus ſubtractionis filij, in perditionem, ſed fidei, in acquiſitionem animæ. Quo autem pretio facta eſt acquiſitio, idem docet Act. 20. Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Liberatio de ſeruitute Aegyptiaca olim in ſanguine agni, typus erat acquiſitionis illius, in ſanguine ueri agni, hoc eſt, IESV Chriſti ueri Meſſiæ. Qui nos acquiſiuit & liberauit à ſeruitute tyrannica peccati, mortis, & diaboli: is nos adoptauit in populum Dei peculiarem, proprium & acquiſitum. Maligna poteſtas. Miſericordia magna. Fideles empti & acquiſiti. Pretiū redemptionis fideliū.

Vt uirtutes annūtietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen ſuum. Cauſam adducit, propter quam nos tantis cumularit beneficijs & laudum titulis dominus Deus. Perſeuerās in metaphora acquiſitionis alludit ad nominum interpretationes. Aegyptus interpretatur, tenebræ & caligo. Vocati ſunt, qui uocationis gratia ſancti ſunt. Quemadmodū Iſraël ex Aegypto uocatus, è tenebris & ſeruitute in libertatem eſt aſcitus: ita qui Chriſtum profitentur, è tenebris errorum & peccatorum in libertatē Chriſtianam, & admirabile lumen fidei uocātur. Fide enim mirabilia IESV Chriſti myſteria uident, quæ impudicis & infidelibus non communicantur. Hic locus deſumptus eſt ex Iſa. cap. 43. ubi ad hunc modum legimus, Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit. Videtur dicere, Non fruſtra electi reges & ſacerdotes, Chriſtiani, eſtis: eò ornati eſtis tanto munere ut fructificetis. Fructificabitis autem, ſi annuntiaueritis uirtutes & magnā Dei miſericordiā, quam in Chriſto IESV manifeſtauit. Hic locus maximè conuenit ei, qui Epheſ. 4. ſcribitur, ubi Paulus enarrans honorificam illam & pluſquàm regiam poteſtatem, quam Chriſtus in cœlum aſcendens, ſuæ Eccleſiæ reliquit. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autē Prophetas, alios uerò Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores. Cauſam horum adducēs idem Paulus ait, Ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationē corporis Chriſti: ita & hic noſter Apoſtolus enarrat cauſam, propter quam accepimus Vocati qui dicuntur.

Sacerdotis regalis ſeu Chriſtiani functio. Annunciare.

regale ſacerdotium. Non ut deſideatis, ſed ut annuntietis, id eſt, celebretis. Annuntiandi enim uerbo & Prophetæ & Apoſtoli utuntur, pro laudandi & gratias agendi affectu. Laudate ergo, & celebrate Deum, qui uos in lucem è tenebris peccatorum aſciuit. Impletumq́; eſt oraculum illud Iſaiæ 9. Populus, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Hæc lux Chriſtus eſt, ſine quo inacceſſibilis erat lux paterna: ſed magna miſericordia, fit per Chriſtum ad Patrem acceſſio. Mediator enim Dei, & hominum homo IESVS Chriſtus, hoc rogauit Patrem, Ioan. 17. Pater, quos dediſti mihi, uolo ut ubi ego ſum, & illhic ſint mecum, ut uideant claritatem meam.

Chriſtus lux.

Populus & nõ populus.

Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei. Clariſſimam de uocatione Gentium ſententiam adducit ex Oſeæ 1. capite deſumptam. Cuius ſenſus eſt, Qui quondam non populus, hoc eſt, populus abiectiſſimus, infidelis, & pro nihilo habitus, is nunc non ſolùm eſt populus, ſed & populus Dei. Qui eratis non populus, id eſt, impij, & infideles, Dei miſericordia eſtis populus Dei, gens ſancta & electa. Hunc locum Paulus ad Epheſ. 2. eleganter explanat, adducens diuitias, quibus facti ſunt populus Dei.

Populus Dei eſt electorũ Eccleſia.
Electi etiam ex gentibus.
Infideles nõ ſine Dei miſericordia uiuunt.

Qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem conſecuti miſericordiam. Eadem eſt cum priore ſententia. Poſteaquàm ex ſuperioribus oſtendit, quòd populus Dei, eſt Eccleſia electorum, pergit oſtendere electos etiam aſſumi ex Gentibus. Idq́; probat teſtimonio Scripruræ, ex Oſea 2. cap. ut oſtendat Euangelium pertinere etiam ad Gentes. Cùm mſcricordiam ſint conſequutæ, hoc eſt, gratiam, qua deſignati ſunt fideles. Non ſine Dei miſericordia uiuunt etiam infideles: Miſericordia enim Dei (ait Propheta) quòd non ſumus conſumpti: ſed illam non ſunt conſequuti miſericordiam, qua in peculium Chriſti dicantur aſciti, hoc eſt, in Chriſto electi fideles.

Chriſtianorum diuitiæ.
Renaſcentiæ nunq̃ obliuiſcatur fidelis.

Chariſsimi obſecro uos, tanquam aduenas & peregrinos. Docuit Chriſtianos omnes & uerè fideles, templum Dei eſſe, lapides uiuos, ſuper lapidem illum angularem fundatos, gentem ſanctam, et regale ſacerdotium dici. quos re uera decet uitam uiuere religioſam, puram, & Chriſto reſpondentẽ: ne impuri & profani aliquando, ut Iudæi, abijciantur, in quorum locum ſubſtituti ſunt. Suaui & blãdo ſermone hos obſecrans, & chariſſimos uocans compellat, hortaturq́;, ut ſui, ſuæq́; renaſcentiæ & ſortis non obliuiſcantur: ſed frequenter meminerint, nempe non ex Mundo, ſed Deo (qui cœlos, patriam electis paratam, habitat) regeneratos eſſe, ſuamq́; patriam locumq́; permanentem in terris non habere: ſed uelut aduenas & peregrinos futuram permanentẽ, eandemq́; æternam & perennem inquirere. Hebr. 13. Alleuemus ergo animos, ut meditemur cogitemusq́; dies ac noctes cœleſtia ipſa, gloriabũdi in ſpe futuræ patriæ, ſciẽtes piorum patriam, cœlum eſſe: impiorum uerò, Mundum ipſum. Atque dum hic exules peregrinamur, & aduenæ uiuimus, ſi quid ſiniſtrum acciderit, ſi ſpoliatos bonis fortunæ nos Mundus inſidiator reddiderit: aut ſi abundauerimus, & feliciter in rebus omnibus nobis ſucceſſerit, meminerimus ſemper nos peregrinos eſſe, æqui boniq́; conſulentes quicquid acciderit. Si ſpoliauerit Mundus, gaudeamus (ſua enim repetijt) et uacui Mundo, liberius Deo uiuemus. Si diuites fuerimus, non deliciemur, ſed in pios uſus noſtra omnia erogantes, toti diuitijs & Mundo ſimus mortui, ne inſidioſæ Mundi diuitiæ ac deliciæ, à uia ad cœleſtem patriam tendentes nos ipſos auocent. Si aduerſitates obuiarint, ingrediamur campum patientiæ, cum beato Iob. Si caro ſuis ſatellitijs ſtipata, à uia nos deflectere conata fuerit, abſtinentiæ, ſobrietatis, & caſtitatis ſemitam teneamus. Si hæreſum

Piorũ patria.
Remediũ utriuſq; fortunæ.

reſum & errorum tenebræ acceſſerint, fide uiua Chriſtum, lucem, amplexemur, tendentes ad patriam cœleſtem. Atque, ut peregrini ab hoſpitibus nihil præter uictum accipiunt, ſuperflua relinquentes, quò alacriores peregrinationem ſuam abſoluant: ita & qui ad ſedes illas beatas properant, ſolum quæ ſunt uictui & uſui neceſſaria ſumāt. Obedientes Paulo dicenti 1. Timoth. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Elegans eſt metaphora, quæ competat in credentes, Aduena, & peregrinus. Nam cùm omnia committant Deo, animæ ſalutem, alimoniam, & ea, quibus indigent, nihil eſt cur triſtentur, ſi nihil cum Mundo commune habent. Videntur enim ſibi eſſe ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ait Paulus Epheſ. 2. De hoc tropo habes Geneſ. 47. 1. Paralipom. 29. Pſal. 118. & 38.

Peregrinorum mos.

Credentes ſunt hîc aduenæ & peregrini.

Abſtinere uos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam. *Tametſi ex Deo nati, mundi & puri ſitis, adhuc tamen in carne, hoc eſt, in corporea maſſa uiuitis: in qua latet aduerſarius, inſidias undiq; parans. Cauete (ait) ne carni cōſenſeritis, ne inducias cum illa paciſcamini. Deceptrix eſt, in præceps uos dabit poſt multas delicias. Per deſideria carnalia intelligit totam peccatorum congeriem, quæ ex fomite peccati, & carne ſuboriri ſolet. Aduerſus quam, dum hic uiuimus, præliandum eſt. Eſt enim militia, uita hominis ſuper terram, Iob 7. Vnde Deus noſter non abs re uocatus eſt Deus Sabaoth, id eſt, Deus exercituum, qui noſtræ militiæ præeſt, & cius gratia milites ſcuto fidei, galea ſalutis, gladio uerbi, lorica iuſtitiæ, & ſpe uictoriæ armati, ſtrenuè dimicamus. Cauſam addit cur reluctandum ſit carni, & eius concupiſcentijs. Militant enim aduerſus animam. Elegans eſt metaphora, qua à militia ſanguinea & corporali, ad ſpiritalem tranſit Apoſtolus. Qua metaphora non rarò utitur & Paulus Roma. 7. 8. Galat. 5. Epheſ. 6. Animam hoc loco uocat Petrus animum & mentem religioſam, à Deo illuminatam. Quam oppugnant affectus carnales. A quibus non ſolùm cauendum eſt, ſed etiam à carnis effectibus: cuiuſmodi ſunt oſcula, amplexus, cachinni, impuri ſermones, fuci uoluptatis, & id genus illectamenta permulta.*

Nati ex Deo adhuc reliquias ueteris Adæ habent in carne.

Carnalia deſideria.

Deus Sabaoth.

Anima pro animo religioſo.

Carnis effect⁹.

Conuerſationem ueſtram inter gentes habentes bonam. *Hortatur ad puritatem uitæ, argumento ab honeſto, & utili ſumpto. Honeſtum eſt, & maximè Chriſtiano homini cōueniens, modeſtiam & ſanctimoniā exercere, etiam inter eos, qui ſceleſtiſſimam uiuunt uitam: imò charitas eò nos impellit, ut exemplo uitæ integræ & ſtudioſæ, ad pietatis & religionis officia alliciantur ij, quibus cum uerſamur. Gentes uocat infideles, idololatras & impuros homines. Qui, quoniam ſolent ſanctos perturbare, & eiſdem aduerſari, honeſtum eſt & cum eis conuerſari ſine offenſione. Pulchrum eſt conuerſationem habere, quæ religioni & Chriſtianæ doctrinæ reſpondeat.*

Modeſtia & ſanctimonia.

Gentes ſunt infideles.

Vt in eo quod detrectant de uobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos conſiderantes, glorificent Deum in die uiſitationis. *Vtilitatem & fructum adducit ex honeſta & ſancta conuerſatione coram gentibus. Nempe glorificatur Deus, & uel inuiti ad agnitionem ueritatis adducuntur. Matth. 5. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt. Vt in eo quod detrectant de uobis, id eſt, male loquuntur de uobis, ſiue detrahunt uobis. Conſiderantes uos ex bonis operibus, id eſt, agnoſcentes ex ueſtra cōuerſatione, & ſancta ſtabiliq; in religione Chriſtiana, perſeuerantia, glorificent Deum in die uiſitationis, id eſt, agnoſcāt ueritatē, & eandem amplexentur, laudantes Deum, quando ſua miſericordia illos afflabit, & attrahet ad meliora. Non uerbis contendamus aduerſus impios, ſed uita ſancta & conuerſatione*

Cōuerſationis honeſtæ fruct⁹.

Viſitationis dies.

Chriſtiano digna,reluctandum eſt, unde uelint nolint commendabunt Chriſtianiſmum, & ueritatem agnoſcent : acquieſcentq́; Spiritui pulſanti ad oſtium conſcientiæ illorum, ut obediant ueritati & Euangelio. Eritq; tandem illis dies uiſitationis, in quo illos ex alto uiſitabit Oriens ille,per uiſcera ſuæ miſericordiæ,nō autem noſtris, illorum'ue meritis.Dies uiſitationis hoc loco, in bonam partem ſumitur.

Chriſtianæ religiōis oſores.

Semper Chriſtiana religio, oſores & aduerſarios habuit : qui cùm uera crimina non poſſent intentare Chriſtianis, obijciebant falſa. Inceſſebantur ut infructuoſi in negotijs, & qui nihil conferrent in Fiſcum templorum.

Conuicia aduerſus Chriſtianos. Aſinarij. Deſperati & perditi. Sarmentitij. Semiſsij.

Nam apud Gentiles erant ſacerdotes, qui pro ædium tutela pecuniam à plebe extorquebant,quam ipſi priuatim inſumerent. Vocabant ipſos fideles, Aſinarios:falſò obijcientes,quòd caput aſini colerent. Appellabantur inſuper, Deſperati, & perditi,quòd tam fortiter pro Chriſto morerentur. Sarmentitij & Semiſsij,quia ad ſtipitem dimidij aſsis reuincti, ſarmentorum ambitu exurerentur. At id fuit Chriſtianis ſemper ſolatio.Sciunt enim ſe peregrinos in terris agere : inter extraneos facilè inimicos inuenire.Cæterum genus,ſedem,ſpem,gratiam, dignitatem in cœlis habere. De his multa ſcribit Tertullianus in Apologetico aduerſus Gentes.Euſebius in hiſtoria,& plerīq; alij antiquitatis ſtudioſiſsimi.

Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum.

Iactis fidei fundamentis,eiusq́; certitudine manifeſtata, in qua per patientiam ad finem uſque perſeuerandum eſt : Sui officij unumquenque admonere pergit, ſpeciales morum paræneſes adducens.

Principibus parendum.

Primo loco docet obediendum eſſe Principibus, ſeu ijs, qui nobis præſunt, non alienis,ſed proprijs. Non enim opus eſt ciuem Heduenſem obedire magiſtratui Bizuntinenſi.

Magiſtratus ſunt à Deo. Humana creatura.

Præcipit,ut quibus nos uoluit ſubiectos eſſe Dominus, ijs obediamus. Sublimes poteſtates,& Magiſtratus ordinauit Dominus, ijs ergo neceſſe eſt iuxta Dei ordinationem obſequamur. Cùm dicit, Omni humanæ creaturæ : intelligit ſummos magiſtratus. Quod ſtatim per ſpecies magiſtratuum declarat, dicens, Siue regi, &c.

Iudæorū quorundam error.

Confutat beatus Petrus hac præceptione errorem quorundā,qui exiſtimabant ſe à quauis politica poteſtate liberatos,ubi primùm baptiſmo abluti erant, & facti Chriſtiani. Putantes regnum Chriſti non bene extolli,niſi aboleantur omnes terrenæ poteſtates, & quoduis humanæ ſeruitutis iugum excutiatur. Hoc potiſsimùm errore ductabantur Iudæi,qui quòd filij Abrahæ eſſent,dicebant ſe liberos, & nullius imperio ſe ſubijci debere.Reſponderunt enim domino IESV, Ioan. 8. Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus unquam.Quomodo tu dicis,Liberi eritis? Cauſam ſubiungit,propter quam parendum eſt magiſtratibus. Propter Deum (inquit). Non tantùm hoc nomine obediendum eſt, quo ſupplicium uitemus, quod ſumit de inobedientibus magiſtratus, ſed quòd ipſe Dominus hanc obedientiam præcipit : dicente Paulo Roma.13. Qui poteſtati reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtit,Ordinauit ergo Dominus,ut obediamus magiſtratibus. Non abs re putauerim dictum,Omni humanæ creaturæ,hoc eſt,omni magiſtratui, ſiue regi, ſiue optimatibus parendum eſt,ne quis tumultuetur,nemini,niſi regi obediendum. Proinde nihil refert rex an dux,comes an conſul ſit, qui præeſt, & publicam tranquillitatem defendit.

Tria magiſtratus genera. Monarchia. Regnum.

Literarum monumentis proditum eſt,tria eſſe magiſtratus genera, quibus & tria opponuntur uitia.Primum aiunt,Monarchiam eſſe,hoc eſt, unius principatum, quam nos regnum uocare poſſumus : uidelicet, quòd unus rerum ſummæ præfectus, ad iuſtitiæ & æquitatis normam omnia moderatur.

Tyrannus. Tyrannis.

Hic ſi æquitatem negligit, omniaq́; gerit pro animi ſui libidine,iam non rex,ſed tyrannus eſt.Et hoc uitium, Tyrannis uocatur.Meminiſſe debent principes,quòd ipſi principem habeant, Deum,cui niſi obediant,

uindic

uindicem aliquando ſentiant. Nemo enim ſe ideo credat magiſtratui & legibus non ſubij-
ci, quòd alijs præfectus ſit, & leges condat: imò hoc magis obſtrictus eſt, quiſquis alijs
imperitat. Quærit Plutarchus, Quis imperabit Principi? Reſpondet, Lex omniũ regina.
Non iſta quidẽ Lex foris in libris, aut ligneis ſcripta tabulis, ſed uiua illi inſita ratio ſem- Principi lex imperat.
per conuiuens ac familiaris principi, nec unquam animum ſuo ductu, ſua moderatione de- Lex duplex.
ſtituens. Vnde Perſarum rex, unum habebat cubicularium, cui hoc negotij mandatũ erat,
ut diluculo ingreſſus illi diceret, Surge rex, atque ea cura negotia, quæ te curare uoluit
Meſoromaſdes. Eſt certè princeps miniſter Dei ad curam ac ſalutem hominum, uti bo- Meſoromaſdes
na, quæ illi largitur, partim diſtribuat, partim ſeruet. Huc pertinent, quæ III. Reg. III.
ſcribuntur de rege Salomone. Secundum genus eſt Ariſtocratia, hoc eſt, Optimatum
potentatus, ubi delecti & omnium prudentiſsimi ac ſanctiſsimi uiri, certo numero conſti- Ariſtocratia.
tuti, populo præſunt. Hi ſi neglecta Republica degenerent, & proprijs commodis ſtu-
deant, magiſtratum quoque malis artibus ambiant, Oligarchæ, dicuntur. Oligarchia
autem Ariſtocratiæ opponitur, utpote quæ nil aliud ſit, quàm ſtatus Reipublicæ à paucis Oligarchæ.
adminiſtratæ. Ὀλιγαρχικός, paucorum ſtatu gaudens, qui dignitatem partim in cenſu & Oligarchicus.
facultatibus ponit, partim in generis nobilitate. Ariſtocratia ex tyrannide per occaſio-
nem nata eſt: nempe dum uiderent homines, non ſatis tutum eſſe rerum ſummam uni com-
mittere uiro, pluribus permittendum exiſtimarunt. At cùm illi etiam in Oligarchas de-
generarent, placuit tandem ſummam rerum, Reipublicæ deferre. Eſt tertium genus, De-
mocratia, quam populi regimen, aut Rempublicam poſſumus appellare, ubi ſcilicet im- Democratia.
perium apud uniuerſum populum eſt. Hic enim omnes honores, & functiones, per ſuffra-
gia conferebat quibus uidebatur. Hoc plerunque abit in Siſtremma, hoc eſt, Seditionem
& conſpirationem, dum nemo patitur ſe cogi in ordinem, ſed unuſquiſq; publicam po- Siſtremma.
teſtatem ſibi totam uendicat, eò quòd populi pars ſit. Noſter Apoſtolus præcipit, ut pa-
reamus magiſtratibus, ſiue rex ſit, ſiue optimates, ſiue Reſpublicæ ſint.

Siue regi quaſi pręcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis.

A genere ad ſpecies magiſtratuum deſcendit, ut apertius oſtendat cuiuis magiſtratui
obediendum eſſe. Regi quaſi præcellenti, uirtutibus & ſtudio Reipublicæ conſeruandæ.
Oportet enim regem & principem uirum eſſe bonum, iuſtum, ſanctum, non pecuniæ & Regis functio.
ſanguinis auidum, ſed liberalem, iniuriarum immemorem, & tranquillitatis amatorem.
Exod. 18. Numeri 27. Deuter. 1. 16. 17. 2. Paralip. 39. & pleriſque in Pſalmis. Quòd ſi
alius ſit, eſt (ait Propheta, Prouerb. 28.) loco rugientis leonis, & urſi eſurientis. Qui
tamen tyrannidis ſuæ pœnas dabit nullo unquam tempore finiẽdas. Neque ſolùm paren-
dum eſt regi, ſed etiam ijs, quos mittit. id eſt, præſidibus, & qui agunt in Prouincijs,
nomine regis, aut principis illas adminiſtrantes. Quòd ſi princeps impium aliquid præ- Præſidibus, & à rege miſsis parendum.
ceperit, parendum non eſt. Et cùm non pares huic talia iubenti, Dei ordinationi non re-
ſiſtis. Nam Act. 5. Principi ſacerdotum dicenti, Præcipiendo præcepimus uobis ne do-
ceretis in nomine iſto: Reſpondens Petrus & Apoſtoli dixerunt, Obedire oportet Deo
magis, quàm hominibus. Quid ſi plus exegerit, quàm poſsis tuo cenſu, iuſſeritq; te in car-
cerem detrudi, quoad ad illius arbitrium perſolueris? Hoc iure, quia ita illi placitum eſt,
exemplo Chriſti Matth. 17. ne ſcandalizes, ſolue, & potius ab amicis erogabis mutuò Principũ ius.
pecuniam, quam ſi non repereris, erogabis annonam: quæ ſi non abundauerit nec fecerit
ſatis, patienter tolera carceres potius, quàm alicui ſis offendiculo. Dicebat enim Domi-
nus, Ego autem dico uobis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram ma-
xillam tuam, præbe illi & alteram, Et ei qui uult tecum in iudicio contendere, & tuni-

cam

cam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Dominus tibi aderit, qui nouit qui ſunt ſui. 2.Timoth.2.

Magiſtratus gladiū habet.

Ad uindictam malefactorum, laudem uerò bonorum. *Cauſam aliam adducit cur obediendum ſit magiſtratibus. Quia miſſi ſunt ad puniendos maleficetores & bonos conſeruandos, ut ſuppliciorum metu coërceantur ſcelerati: præmijs uerò & laude, ad uitæ puritatem & perſeuerantiam in charitate probi incitentur. Cùm dicit, tanquam ab eo, id eſt, per eum. Quod relatiuum referre poteſt ſiue regem, ſiue Deum. Putarem referendum eſſe ad Deum. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo, Roma.13. Dominus enim hoc præcipit, Pſal.81. Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iuſtificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Laudem pro defenſione & commendatione dicit. quod ex Platone quidam adnotauit leges non ſolum minari pœnam malè agentibus, uerum etiam probos & bonos præmijs inuitare ad officia. Quanta gratia hodie bene meritis fiat, uiderint homines, qui re uera præmijs inuitandi.*

Regis prudentia & beneficētia.

Regiæ enim eſt prudentiæ & beneficentiæ, ut eos ſummæ rerum præficiat, & primus dignetur honoribus, quos uidet uirtute, atque eruditione cæteris antecellere, ut magnus illos inuitet præmijs ad munus integrè obeundum. Erga illos modis omnibus ſeſe beneficum præſtet, ut mereatur decoro illo nomine honorari, quo Euangelium magiſtratus ornat. Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habēt ſuper eos benefici uocantur. Vocantur, id eſt, ſunt, ad morem Hebraicum.

Vocari pro eſſe.

Quia ſic eſt uoluntas Dei. *Tollit quæſtiones diſputantium & rogantium, Quomodo ceperunt magiſtratus? Quare cùm homines ſint, tantam habent poteſtatem? Reſpōdet, Nihil rogaueris, quando rebus his omnibus intercedit Dei uoluntas. Vult nos ſubditos eſſe magiſtratibus. Eſt ergo parendum. Niſi paruerimus, non modò magiſtratus offendimus, ſed & ipſum Deum, qui uult mandatáq; illis obediamus.*

Magiſtratus à Deo.

Vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. *Huc nos pellit charitas, ut proximis morbo laborantibus, ſi fieri poteſt, ſuccurramus. Ethnici partim amentia, partim ignorantia, & maledicentia laborant. Vult Petrus illis medeamur. Medebimur autem, & morbo huic occurremus, quando uiderint nos morigeros, & magiſtratibus obedientes. Hi ſi uiderent nos obedientiam Principi debitam exuiſſe, probabiliter damnarent doctrinam Chriſtianam, quaſi omni ex parte æquo & iuſto repugnantem. Cùm aliâs myſteriorum Euangelij ignaros ſiniſtrius de religione Chriſtiana iudicare uideamus. Cauendum igitur ne noſtra inobedientia occaſionem illis demus detrahendi de noſtra religione. Hæc eadem eſt ſententia, cum illa Pauli, 1. ad Timoth. 6. Quicunq; ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blaſphemetur. Ad Titū 2. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate: ut is, qui ex aduerſo eſt, uereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Ad Philip. 2. Sitis ſine querela, ſimplices filij Dei, in medio nationis prauæ, atque peruerſæ: inter quos lucetis, ſicut luminaria Mundi, uerbum uitæ continentes.*

Ethnicorum amentia.

Quaſi liberi, &c. *Abuſum, quem multi prætendebant prætextu libertatis Chriſtianæ, tollit. Qui ſerui erant, Baptiſmo ſe liberatos à ſeruitute dicebant, ad hunc modum ratiocinantes: Si dominus impius eſt, indignum planè cui ſeruiat ſanguine Chriſti redemptus. Si uerò pius eſt Dominus, iam maximè iniquum eſt, ut pro ſeruo illum habeat, quem in fide agnoſcit fratrem. Non ijs abſimilia dicunt, qui poteſtatibus ſubijci nolebant. Impium eſt, uirum pium & fidelem, impio & infideli ſeruire, qui uiro pio tanquam ethnicus,*

Baptizati ſerui non eximuntur à ſeruitute.

ethnicus & publicanus eſſe debet. Si pius eſt, fratres ſumus ſanguine Chriſti facti filij Dei, ergo æquales, & non ſubditi maioribus & ſuperioribus, cùm nulli eſſe debeant propter fraternitatis æqualitatem. Reſpondet Petrus, Non eſt quòd quiſquam ueſtrum ſe titulo libertatis Chriſtianæ magiſtratus obedientia ſubducat. Verè liberi eritis credentes in IESVM Chriſtum, non à ſeruitute aut obedientia, quam ſuperioribus & magiſtratibus debetis. Hoc habet charitas, Nemini quicquam debeatis, niſi ut inuicem diligatis. Si quid debetis, id ex animo perſoluendum eſt. Debetis dominis operas ueſtras, has ſoluite. Superioribus iuxta Dei uoluntatem, obedientiam debetis, hanc etiam exhibete. Baptiſmo & fide liberi eſtis: liberi, inquam, à peccatis, ne illa uobis dominentur: À lege Moſaica, id eſt, umbra & maledictione legis. Cauendum ergo ne libertas Chriſtiana ſit nobis uelamen & inanis excuſatio malitiæ, quaſi liberi, hoc eſt, omni libertate, ſiue ſpirituali, ſiue corporali donati, hoc ne in animos noſtros inducamus. Libertas Chriſtiana ſpiritalis eſt. Seruiendum eſt dominis. Obediendum eſt magiſtratibus, citra tamen contumeliam Chriſtianiſmi. Sed ſicut ſerui Dei, ſumus liberati à ſeruitute Dæmonis, Mundi & carnis. Vt Deo ſeruiamus, qui præcepit magiſtratibus obediamus, & quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddamus, & quæ Dei, Deo. Matth. 22.

Debitũ ex animo perſoluendum.

Libertas Chriſtiana.

LYON

Omnes honorate. Quid magiſtratibus debeamus docuit: Nunc ſcopum functionum Chriſtianarum breui ſententia comprehendit, & ad particularia officia deſcendit. Ad ſeruandam mutuam beneuolentiam ualdè neceſſarium eſt, ut honorem quiſq; fratribus deferat. Nullum enim eſt ad alienandos animos efficacius uenenum, quàm ubi quis contemni ſe putat. Huc ſpectat, quod Paulus pronuntiat, Roma. 12. Dilectio ſine ſimulatione, odientes malum ſequitur, Honore inuicem præuenientes. Reuerenter exhibeamus noſipſos fratribus. Reuerentia enim uirtus eſt. Cum hac pugnant, inuidia, liuor, obtrectatio, æmulatio. Hæc ſunt uitia, quæ uitæ pacificæ, & tranquillitati Chriſtianæ maximè nocent. Agnoſce ergo quàm neceſſe ſit proximos uereri & honorare. Honorare proximum, ſeu proximo honorem tribuere, eſt proximi dona agnoſcere, & dotes, illum magnificare, iuuare, non premere: illi concedere, & de illo honorificè ſemper & loqui & ſentire. Iſta uerè exercent, qui ſeipſos abnegant. Hac enim abnegatione, ſeipſos, & proximos uerè agnoſcunt. Non deſunt qui per honorem, omne officij genus intelligant. quibus non repugno, cùm præter reuerentiam, honor ſubuentionem, & quæ uictui neceſſaria ſunt, ſignificet: ut eſt in eo loco Pauli, 1. Timoth. 5. Preſbyteri duplici honore digni, &c. Magis tamen mihi arridet prior interpretatio. Omnes ergo honorate, hoc eſt, quibuslibet deferte honorem, etiam Ethnicis dignitate præditis, etſi uobis præſint. Idq; faciamus obſeruantes in unoquoque ſtatu rationem Diuinæ bonitatis & ordinationis.

Honor fratribus deferẽdus.

Contẽptus uenenum pacis & amicitiæ.

Honorare proximũ quid eſt.

Honor pro omni genere officij.

Fraternitatem diligite. Confirmat Petrus quod præcepit de obedientia magiſtratui deferenda: in quo ſita eſt magna pars charitatis. Quàm diligendus ſit frater, ab omnibus prædicatum eſt. Iſte eſt genius, iſta eſt natura charitatis, ut fratrem diligamus. Qui enim uera charitate præditus erit, nunquam ei in mentem ueniet fratres lædere. Quid aliud tota lex uetat, quàm ne proximo aliquam noxam inferamus? Audi Paulum Roma. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Item nemini quicquam debeatis, niſi ut inuicem diligatis.

Fraternitas.

Deum timete. Sancta & pretioſa eſt res, imò fortiſſimum propugnaculum aduerſus omnia Mundi machinamenta in Chriſtiano homine, timor Dei: qui, quoquo abiuerimus, nos ſemper ſequatur neceſſe eſt, ſi bene & prudenter nobis conſultum eſſe

Timor Dei.

Seruilis timor

Deus ſe magis patrẽ ꝙ Dominũ dici uoluit.

Similatio eſt filiorum ad Pa[r]etes.

uclimus. Hic timor eſt, quò præcipuè metuimus Deum offendere: quia in eo nulla ratio mali: quia maximè bonus. non ſolum autem propter pœnam, aut cruciatus uitandos hunc metuamus, hoc ipſum eſt ſeruorum, non filiorum. Nam uult Deus ut timeatur ab hominibus, non quaſi Dominus, ſed timeatur ac diligatur ut pater, qui adoptionis ſpiritum nobis donauit. Si enim ab initio creati hominis cauſam conſiderauerimus, intelligemus, quia Deus magis ſe patrem uoluit hominum, quàm dominum dici. Nam non ſolùm hoc dixit, Faciamus hominem: ſed, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Similitudo autem ſeu ſimilatio eſſe ſolet filiorum ad parentes, non autem ſeruorum ad dominos. Hic timor, filialis dicitur. neque ſolus eſt in homine, habet enim ſibi annexam dilectionem. Solus uerò timor in homine ſeruilis eſt, & eiuſdem deſperationis. Vocatur'que timor Cain, Iudæ, aut Saulis. Quem qui uolet uincere, uincat cum fide in uerbum gratiæ. Timendum ergo tremendum'que ſemper nobis eſt, ne à recta uia deflectamus: hoc eſt, animos noſtros Dei promiſſis indiuulsè obfirmemus, illisq́; ueluti certiſſimè innitamur anchoræ, Fide uiua mutuam exercentes charitatem. In primo mandato dicitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Hic dicitur, Deum time. Hic reuera timor, dilectio & amor eſt. Initium enim ſapientiæ, timor Domini, ait Sapiens. Amans timet, timens amat. Eadem ergo erit ſententia, Diliges Dominum Deum tuum, &c. &, Deum timete.

Timor Cain & Iudæ, ſeu ſeruilis nihil amoris habet

Timoris Dei genius.

Regi debitus honor.

Regem honorificate. *In genere, regem honorandum docuerat. Nunc in ſpecie aperit regi debitum honorem impendendum propter Deum. Quod fiet, ſi regiam poteſtatem & eius monarchiam à Deo datam ueneremur. Potentiam à Deo habet Rex, qua prouidere debet ſub Deo, hoc eſt, defendere ſubditos, iuſtitiam adminiſtrare, clementer corrigere, ſontes & ſceleratos punire, innocẽtes conſeruare. Atq; quò magis hæc potentia in eo relucet, eò eſt honoratior. De regia & monarchia paulò ante diximus.*

Seruitus nõ aduerſatur Chriſtianiſmo.

Seruitutis origo.

Seruitus ante uini uſum non erat.

Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis. *Obſeruandum eſt, quòd licet homini Chriſtiano uti opibus, ſeruitio, idq́; genus alijs poſſeſſionibus, inter quas enumerantur ſerui, ut Gene. 12. dum ſcribuntur bona Abrahæ, dicitur, Fueruntq́; ei oues & boues, & aſini, & ſerui, famulæ, & cameli. Imò & ſeruus Abrahæ diuitias domini ſui enumerans, Deus (inquit) benedixit dominum meum ualde, & magnificatus eſt, deditq́; illi oues & boues, argentum & aurum, ſeruos & ancillas. Seruitus ergo non aduerſatur Chriſtianiſmo. Seruus opponitur libero ſiue ingenuo. Cœpit eſſe ſeruitus in Cam filio Noe, ante cuius peccatum non erat. Eſt ergo enata ſeruitus è peccato, & facta eſt pœna impudentiæ. Meritò ſeruiunt, quibus eſt ſeruile ingenium, & in quo omnes affectus mali dominantur. Peccato ipſius Cam filij Noe occaſionem ſubminiſtrauit patris ebrietas. Vnde Ambroſius ait, Manebat antè quàm uinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas, nec hodie ſeruitus eſſet, ſi ebrietas non fuiſſet. Quidam naſcuntur ſerui, cùm ex uernis ſiue ancillis naſcuntur. Alij uerò fiunt ſerui, iure gentium, hoc eſt, ex captiuitate: uel iure ciuili, cùm homo liber maior uiginti annis ad pretium participandum ſeſe uenundari paſſus eſt. Serui autem (inquit Iureconſultus Pomponius) ex eo appellati ſunt, quòd captiuos uendi Imperatores iuberent, ac per hoc ſeruare nec occidere. qui & mancipia dicuntur, eo quòd ab hoſtibus manu caperentur. Hactenus de origine, genere, & conditione ſeruorum.*

Mancipia.

De quibus hic loquitur ſeruis Apoſtolus mancipia erant, non famuli ſiue miniſtri, quales hodie ſunt. Erant ſerui facti Chriſtiani, qui putabant iniquum, ut quos Chriſtus redemiſſet, eos ſeruitute ſibi deuinctos haberent Domini profani, uel fidelis fidelem retineret ſub iugo: cùm in Chriſto non ſit liber, uel ſer-

uus

uus,maſculus uel fœmina. Vnde aut fugitiui aut male fidei ſerui,nomen Chriſti blaſphemabant. Fuerūt huius opinionis olim Iudas Galilæus,Saduceus, & Spartacus,& pleriq; alij,illorum diſcipuli ad hæc uſq; tempora,qui libertatem Chriſtianorū non intellexere. Non uult tamen noſter Apoſtolus,ſicut neque Paulus 1.Corint.7. ita te addictum ſeruituti,ut credas te peccare,ſi citra fraudem, & cum pace domini libertatem aſſequi poſſis. Cur enim non liceat meliorem conditionem amplecti in re qualibet, præcipuè cùm hic nihil neque in Deum ipſum,neque in proximum peccetur? Hortatur ergo & admonet noſter Apoſtolus ſeruos,ſui officij,& in miſera conditione conſolatur, feruorem & æſtum impatientiæ eorum reſtinguens. Serui,ubiubi fueritis, nolo exiſtimetis ſeruitutem hanc corporalem,qua dominis ſubiecti eſtis, repugnare libertati Chriſtianæ, quæ à peccatis uos liberat. Sed ſubditi eſtote,hoc eſt,obedite dominis ueſtris. Cùm addit, In timore: ſeruorum ſupercilium, faſtum & contemptum retundit. Nihil enim eſt quod hæc magis reprimat, quàm timor. In timore, cum omni reuerentia, & amore propter Deum,cuius gratia domini ſunt. Hunc locū declarat & amplificat Paulus ad Epheſ.6. Serui (inquit) obedite dominis carnalibus,cum timore & tremore,in ſimplicitate cordis ueſtri,ſicut Chriſto: non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſerui Chriſti,facientes uoluntatem Dei ex animo: cum bona uoluntate ſeruientes, ſicut domino,& non hominibus. Scientes,quoniam unuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino,ſiue ſeruus,ſiue liber.

Iudæ Galilæi error.

Timoris uirt⁹.

Non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. *Occupatio eſt. Tacitæ obiectioni ſatisfacit,præueniens, ne tumultuoſuli & impatientes reſponſent, dicentes,Parati ſumus obedire dominis noſtris, ſed excarnificant nos ipſos, & miſerè tractant. nempe uirgis,baculo, & huiuſmodi nos uelut beſtias & bruta ad operas deducunt,tenuiſſimum uictum ſuppeditant, nihil uerò ueſtimentorum largiuntur, nihil humanitatis erga nos exercent, omnia pro ſua libidine agunt. Reſpondet Petrus, Obediendum eſt non ſolum bonis & modeſtis,id eſt,æquis, iuſtis & humanis, ſed etiam dyſcolis,hoc eſt,prauis,aſperis & difficilibus: niſi quid præcipiant pugnans cum uoluntate Dei. Quod ſemper exceptum eſſe debet,per generalem hanc regulam, Oportet Deo magis obedire,quàm hominibus.*

Dyſcoli.

Hæc eſt enim gratia,ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias,patiens iniuſte. *Iſte eſt modus loquendi inſolitus, propter quem obſcura eſt hæc ſententia,qua adducit rationem, propter quam obediendum eſt dominis, ſiue humanis ſiue aſperis. Hæc eſt gratia. dictum eſt pro eo quod eſt,hæc eſt laus & gloria,ſiue,illud demum meretur laudem & gratiam,ſiquis patiens iniuſte,tolerans æquanimiter iniuriam iniuſtè illatam,ſuſtinet triſtitias,id eſt,moleſtias. Propter Dei conſcientiam. dictum eſt pro eo quod eſt, propter iuſtam cauſam Dei: utputa pro Euangelij & fidei defenſione pati. Conſcientiam Dei,dicit,cùm quis bene ſibi conſcius eſt coram Deo, de ſua innocentia. Iſte eſt huius clauſulæ ſenſus: Illud gratum eſt Deo, & laudabile, Si quis iuſtus patiens eſt in afflictione,quam pro re iuſta,& de qua probè conſcius eſt coram Deo,patitur.*

Gratia pro laude & gloria.

Conſcientia Dei pro iuſta cauſa.

Quæ enim eſt gratia,ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? *Hæc ſententia ab oppoſito præcedentem declarat. Quæ enim gratia,id eſt, quæ laus, quæ gloria eſt,ſi peccātes & colaphizati,id eſt, Si propter ueſtra maleficia patimini,id eſt, uapulatis & torquemini,merito pœnas luitis. Sed ſi beneficiētes, hoc eſt,ſi propter benefacta,& propter iuſtitiā & æquitatis defenſionē affligimini & pœnas luitis, eaſdēq;*

patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum, id eſt, illud meretur laudem & gloriam & apud Deum, & apud homines. Hos enim dicit Beatos, dominus, Matth. 5. Beati, inquit, qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam. Colligamus ex his, qui propter ſua malefacta pœnas luunt, eaſdemq; patienter tolerant, agentes gratias Deo, pœnitentes ſui ſceleris, & uitæ ſceleſtæ, commendandi ſunt, in tanto patientiæ bono. At nō dicendi ſunt martyres, ſed exempla quædam & imagines, ut alijs ſint in exemplum, qui illorum miſeria & calamitate perterriti oderint peccatum & amplexentur uitæ puritatem. Martyres autem in cauſa uera pro fidei defenſione afflicti & cæſi, teſtimonium perhibent ueritati. De ijs multa ſcripſit beatus Auguſtinus aduerſus Donatianos Petilium & Gaudentium.

Martyres.

In hoc enim uocati eſtis. *Ad patientiam hortatur, argumento ab exemplo Chriſti & profeßione Chriſtiana, ſumpto. In hoc uocati eſtis, id eſt, ad crucem baiulandam & preſſuras ferendas, deſtinata eſt à ſuſcepto baptiſmo ueſtra profeßio. Nō eſtis aſciti ad pompas, ad purpuram, uoluptates, diademata, honores. Iſta non promittit religio Chriſtiana in hoc Mundo. hoc tantum pollicetur, quod Paulus dicit 2. ad Timoth. 3. Omnes qui piè uolunt uiuere in Chriſto, perſequutionem patientur. Ad ſeruos hunc dirigit ſermonem, ut patienter ferant dominos ſuos: ita tamen ut & nobis competat, dicente Chriſto Ioannis 15. Si me perſequuti ſunt, & uos perſequentur: quia nō eſt ſeruus maior domino ſuo. Dominus & magiſter preſſuras & afflictiones in hoc Mundo eſt paſſus: non eſt ergo quod cauſemur, ne hic crucem, contemptum, & ſaculatum direptionem patiamur. Omnia enim huiuſmodi ſunt Mundo expoſita.*

Chriſtiana profeſsio crucē habet comitem.

Fideles decet eſſe patientes.

Quia & CHRISTVS paſſus eſt pro nobis. *Exemplum Chriſti proponit, non ſolùm ſeruis, ſed etiam toti Eccleſiæ & familiæ Chriſti, quò alacriores ſimus in tolerandis afflictionibus, nobiſq;, quandiu hic agimus, nil aliud quàm preſſuras polliceamur, quas cùm habuerimus, intelligamus nos non eſſe noſtra expectatione fruſtratos, imò eaſdem patienter amplexantes, ut indices ueræ diſciplinæ Chriſtianæ excipiamus. Nam Chriſtus, etſi innocentißimus fuit, ab ijs tamen pœnis non fuit immunis: non ſuo, ſed noſtro tantum demerito. Mortem noſtra gratia tulit, ut ſalutem in eo cōſequeremur, ne perderemur, ſed per ipſum amiſſam patriam recuperaremus. Dicebat ille Ioannis 10. Animam meam pono pro ouibus meis. Hoc & ab Iſaia capite 53. dictum eſt, Propter ſcelus populi mei (loquitur Deus) percußi eum. De ſe ipſo, in Ieremia capite 11. ait, Ego autem ſicut agnus innocens & ductus ad uictimam neſciebam. Cùm enim neſciret peccatum, pro nobis peccatum factus eſt. Et ſicut agnus, cùm ducitur ad uictimam, non repugnat, ſic uolens paſſus eſt, ut deſtrueret eum, qui mortis habebat imperium, humilians ſe uſque ad mortem: mortem autem crucis. Hic agnus non ſolùm ſanguine ſuo nos redemit, ſed & lanis operuit (ait Hieronymus) ut algentes infidelitate, ſua ueſte calefaceret, & audiremus Paulum dicentem Galat. 3. capite: Quotquot in CHRISTO baptizati eſtis, CHRISTVM induiſtis. & Romano. 13. Induimini IESVM CHRISTVM. Hac ſententia Petrus miram habet gratiam, qua ſeruorum conditionem extollit, & maximè commendat. Cùm dicit, Seruos etiam ſine culpa, à dominis impuris, improbis, & durißimis afflictos, imitatores eſſe dominicæ paßionis.*

Afflictiones indices diſciplinæ Chriſtianæ.

Chriſtus agnus nos redemit & lanis cooperuit.

Vobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius. *Occupatio eſt, qua ſatisfacit tacitæ obiectioni. Ne putaueritis CHRISTVM afflictiones ſolùm noſtræ redemptionis cauſa toleraſſe. Id etiam factum eſt, ut nobis abſol*

Chriſtus patientiæ exemplar.

abſolutum patientiæ exemplar fieret. Ipſe enim in hoc poſitus eſt, ut eſſet lux Mundi. Luce reginur & ductamur. Erit ergo nobis ut præuius, & ob oculos poſitus, ut eius ſequentes ueſtigia, & patientiam habentes, in aduerſis læti & gaudentes duremus. Facit ad hec, quod ille Matthæi 16. dicebat, Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Item, Qui non baiulat crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Huc pertinet quod dicitur Ioannis 2. Qui dicit ſe in CHRISTO *manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.*

Qui peccatum non fecit. *Tacita antitheſi hortatur ad ea quæ decet nos facere, ut Chriſti imitatores ſimus. atque diſtinctis articulis membris'ue* IESV *Chriſti puritatem, animumq́; eius ad tolerandas pro nobis afflictiones docet. Is peccatum non fecit: qui totus purus eſſet, imò etiam ipſa puritas, à quo, qui puri ſunt, puritatem & innocentiam accipiunt. Opponamus per elegantem antitheſim, membrum, Nos uerò impuri & peccatores, carne & peccato cõſuti. Tamen ipſe afflictiones nõ propter ſe, ſed propter nos, cùm adhuc inimici eius eſſemus, ſuſtinuit. Non eſt ergo mirandum ſi perſecutiones patimur: cùm ipſe, qui peccatum non fecit afflictus eſt. Hic locus deſmptus eſt ex Iſaiæ cap. 53. Vide quæ ſcripſimus in eum locum, Et peccatum in eo non eſt. 1. Ioã. 3. Cùm Deus & homo eſſet, non poterat in eo eſſe peccatum. Fuitq́; eius humanitas ſtatim ab initio cœleſtibus omnibus donis & gratijs cumulatiſſima.*

Chriſtus peccatum non fecit.

Homines carne & peccato conſuti.

Nec inuentus eſt dolus in ore eius. *Ad patientiam hortari perſeuerans Phariſæorum propulſat temeritatem, qui obſeruabant quomodo* IESVM *in ſermone caperẽt. Matth. 22. Mar. 12. Luc. 20. Qui ſuapte natura ueritas eſt, doloſus eſſe nequit. Natura ipſa Chriſtus ueritas eſt. Eſt igitur in quo nulla doli ratio inueniri poteſt. Nos uerò dolis, mendacio & hypocriſi ſarti ſumus, & tanquam pannus menſtruatæ opera noſtra. Non eſt igitur, cur reſponſare & conqueri debeamus, ſi affligamur, & perſequutiones patimur. Cùm is, in quo dolus neque eſt, neque eſſe poteſt, noſtri gratia languores, dolores & opprobria portauit: & expertus eſt omnia, ſecundum ſimilitudinem noſtram, præter peccatum.*

Phariſæorum temeritas.

Qui cùm malediceretur, non maledicebat. *Iſtud eſt abſolutiſſimum patientiæ exemplar. Cùm primores Iudæorũ Scribæ & Phariſæi conuiciarentur, multaq́; opprobria & conuicia in Chriſtum conijcerent, haberetq́; Dominus grauiſſima ſcelera & maledicta, quæ in aduerſarios clamoroſos Iudæos eiaculari uerè potuiſſet, tantum abeſt reſponſarit, & maledicta in illorum capita reiecerit, ut pro illis Patrem rogauerit, dicens, Pater, ignoſce illis. Atque cæcitatis illorum miſertus adiecit, Quia neſciunt quid faciunt. Quod Luc. 6. docuerat, Diligite inimicos ueſtros, benefacite ijs qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus uos. Hoc exemplo & re ipſa efficaciſſimè exhibuit. Ad hæc facit, quod Paulus Roma. 12. docet. Benedicite perſequentibus uos, benedicite & nolite maledicere. Qui cùm malediceretur, id eſt, maledictis inceſſeretur, non maledicebat, id eſt, maledicta non reijciebat, ſeu maledicta non retaliabat.*

Patientiæ exẽplar Chriſtus.

Cùm pateretur, non comminabatur. *Cùm pœnis affligeretur, uarijsq́; tormentis cruciaretur, non comminabatur uindictam & ultionem. Qui diuina ſua uirtute & potentia poterat cœlitus fulmine iaculato, aut terra dehiſcente, aduerſarios omnes perdere, & in profundũ abyſſi demittere & ſubmergere, nil iſtorum minatus eſt: ut doceamur, ſi indigna patimur, qui homunciones & nihili ſumus, ne ſuperbè reſpon-*

Chriſti patientia.

ſemus, ultionem & uindictam minitemur, & eandem modis omnibus quæritemus, ſed Deo patri uindictam relinquamus.

Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. *Tanta fuit* IESV *Chriſti patientia, ut cùm indigna pateretur, & ad mortem ductaretur, nulla uteretur comminatione. Tradebat ſe iudicanti iniuſtè, hoc eſt, permittebat ut Pilatus terrenus iudex ipſum iniuſtè condemnaret, hoc uolens fecit, uoluntariè crucem ſubiuit. Dicebat enim Ioannis* 10. *Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam. Græcis eſt* παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως, *Tradebat autem ei, qui iuſtè iudicat. Dicit Apoſtolus, Cùm Chriſtus pateretur non minabatur ultionem, ſed uindictam faciendam relinquebat Patri & Deo, qui iudicat omnia iuſtè. Ait enim Deutero.* 32. *Mihi uindictam, & ego retribuam. Sciebat patrem eſſe iuſtum iudicem, qui ut nemini facit, irrogat'ue iniuriam: ita nullam illatam, permittit impunitam. Obſeruemus diligenter ex his, & perdiſcamus omnem uindictam tradere Deo, iuſto, uero, & æquo ultori. Vindicandi cupiditatem abijciemus, ſi arrogantiam extinguamus. Arrogantia enim ad uindicandum incitat, dum ſe quiſque meliorem putat, quàm ut alteri cedere debeat. Si fieri poteſt, cum omnibus hominibus pacem habeamus. Quod ſi per impiorum artes & tyrannidem non licet, uindictam committamus iuſto iudici: interim rogantes Deum, ut pacificè omnia componat.*

Vindicta Deo commiſſa.

Iniuria tãdem nõ manet inulta.

Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, *Quæ hic ſcribit Apoſtolus, magna ex parte mutuauit & tranſcripſit ex Iſaiæ teſtimonio, cap.* 53. *Credendum eſt, & fide tenendum,* IESVM *Chriſtum de Spiritu ſancto conceptum, & ex intacta immaculataq́; uirgine natum, eò huc ueniſſe, ut ſe ſanctum holocauſtum in cruce Deo patri offerret, pro toto genere humano. Succumbebamus enim turpiter, & iam peccatis onuſti, nihil quàm æternum ſupplicium expectabamus. Sed ille ſua miſericordia, pro nobis ſeipſum offerens, factus eſt peccatum, id eſt, hoſtia pro peccato. Et id eſt, quod dicit, ipſum tuliſſe peccata noſtra in corpore ſuo, ſuper lignum. hoc eſt, in cruce, cùm penderet moribundus pro nobis, & loco noſtro, qui indigni eramus, ipſe purus & innocens ſeipſum obtulit Deo Patri: qua hoſtia ſatisfactum eſt pro nobis. Et tulit peccata noſtra, id eſt, expiauit, hoſtia ſui corporis, peccata quæ nos æternæ morti addixerant. Aut, ut gloſſa habet, tulit pœnam pro peccatis debitam.*

Vt peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus. *Quandiu in carne & mortali hac uita duramus, ex uitiata carne propenſi ſumus ad peccandum. Inſurgunt uitia & concupiſcentiæ, ſed non ſunt perficienda, id eſt, his non eſt complacendum. Quod ut huic morbo medeamur, moriendum eſt ipſi peccato. Hoc eſt quod Paulus ad Galat.* 5. *ait, Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs. Quod fit, dum ueterem hominem abnegamus, & Chriſto adhæremus, ut in nouam uitam reſuſcitemur: & Deum colamus, non mortuis operibus, ſed fidei uiuæ fructibus. Carni autem ad hunc modum facilè reſiſtemus clauis, id eſt, Dei timore & amore cruci eam affigentes, cum affectibus & deſiderijs. Id eſt, ita Chriſto adhæreamus, & de eo ſemper rogitemus, ut quanquam caro ſit uiua, & adhuc moueat ſe, tamen non poſſit perficere quod uelit, cùm manibus ac pedibus ligatis, cruci ſit affixa, & inuita ſpiritui ſubiecta. Fideles ergo hic uiuunt, & moriuntur peccato. Hoc eſt, crucifigunt carnem. Et licet ſentiant carnem tumultuantem, non tamen illi conſentiunt. Quare hoc modo, dum moriuntur ipſi peccato, uiuunt iuſtitiæ, id eſt, iuſtificant*

Mori ipſi peccato.

Claui ad refellendam concupiſcentiam.

ficantur, & Deo uiuunt à qua iuſtificatiõe, tanquã à radice, exeunt bona opera, & fructus ipſi, dũ ambulant ſpiritu, ieiunijs, orationibus, eleemoſynis, & huiuſmodi pijs operibus intenti, non modò carnis petulantiam, ſed omne quod ſpiritui aduerſatur, reprimunt.

Opera bona.

Cuius liuore ſanati eſtis. *Non deſunt qui legant Cuius liuore ſanati ſumus. Locus eſt ab Iſaia cap. 53. deſumptus. Liuor, eſt ueſtigium plagæ in cute, uel tumor ex plaga concretus. In Pſalmo, uocauit interpres cicatricem. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Nomine liuoris intellexit Propheta uniuerſitatem plagarum in corpore Chriſti. Vt quemadmodum eius mors fuit uita noſtra, ita & liuor eius, ſiue uniuerſitas plagarum eius fuit ſanitas noſtra. Nam mihi debebatur mors. Hanc mea cauſa ſubiuit Chriſtus: ergo mors illius, mea uita eſt. Similiter debebantur mihi plagæ, quas paſſus eſt, imò & omnis dolor, quem tolerauit. Ergo dolores & liuor illius ſunt mea ſanitas & emundatio à peccato, cui pœna debebatur. Pſal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam.*

Liuor.

Cicatrix.

Liuor Chriſti ſanitas noſtra.

Chriſti mors eſt mea uita.

Eratis enim ſicut oues errantes. *Elegans eſt allegoria, qua nos confert ouibus balantibus & ſine paſtore errantibus. His explicat miſeriam noſtram, ſimul & immenſam Dei beneuolentiam & gratiam erga nos, cùm paſtorem noſtrũ adducit Chriſtum. Errantes oues dicit, quæ à uia aberrarunt. Omnes (ait Iſa. 53.) nos quaſi oues errauimus. Et Pſal. 118. Erraui ſicut ouis quæ perijt. Quæ in Euangelij parabola Matth. 18. boni paſtoris atq; ſoliciti humeris reportata eſt. Quæ ſint oues iſtæ errabundæ, declarat Iſaias eodem, & ſequenti textu. Vnuſquiſq; à uia ſua declinauit. Eandem ſententiam pluribus uerbis explicat Paulus Ro. 3. ex Pſalmis, Non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum, &c.*

Errantes oues.

Sed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum ueſtrarum. *Magnitudinem diuinæ gratiæ erga nos adducit, non recedens ab allegoria, cùm dicit paſtorem epiſcopum. Eſt epiſcopi, non ſolum paſcere, ſed etiam de rebus neceſſarijs proſpicere, ut docetur Ioan. 10. Luc. 15. & Ezech. 34. Ante fidem ſuſceptam, ſeu antequam Chriſtum recepiſſemus, eramus uelut oues balantes, & ſine paſtore, imò prædæ expoſiti eramus. Sed poſteaquàm Chriſtum cognouimus, & eidem fide uiua adhæſimus, nihil eſt quod uereamur. Nempe ſuppeditabit ille diligenter quæ uſui erunt, tum animæ, tum corpori. Paſtor eſt uigilantiſſimus, non oberunt lupi. Dicit enim ille Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Et epiſcopum, id eſt, Superintendentem, & neceſſarijs omnibus proſpicientem. Pſal. 33. Oculi enim domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces eorum, ut ex omnibus tribulationibus eorum liberet eos. Venerabilis Beda legit, paſtorem & uiſitatorem animarum ueſtrarum. Quia uiſitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent. Viſitat quotidie ipſam, quam in nobis infudit, lucem, ne deficiat ſeruando, imò ut creſcat iuuando. Huc pertinet quod Paulus ait Hebræ. 7. Hic autem eò quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ipſum ad Deum, ſemper uiuens, ad interpellandum pro nobis.*

Epiſcopus eſt paſtor.

Epiſcopus.

CONCILIATIO.

PVGNANTIAM *in ſe habere uidetur hic locus, Qui aliquando non populus,*

nunc

nunc autem populus Dei:cùm populus Dei ſint electi omnes, quos ante Mundi conſtitu- tionem elegit Deus. Reſpondeo, Creatione & prouidentia omnes, ſiue pij, ſiue impij

Populus Dei.

ſunt populus Dei. Sed ſoli pij & electi fideles, ſunt populus Dei, iuxta electionem & prædeſtinationem, qui licet modico tempore, perperam & malè diuerſentur, ueluti oues errantes, non tamen pereunt de manu & miſericordia Domini. Et uelut oues erran- tes, in caulas reducuntur: ita & ij pœnitentia & Dei gratia, in domicilium redeunt. Cùm ſint ij, quos in peculium habet Dominus IESVS Chriſtus, & acquiſiuit ſuo ſan- guine, ut ſint genus electum, gens ſancta, populus acquiſitionis, regale ſacerdotium, ut paulò antè dictum eſt. Dicebat enim Dauid, Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius. Paulus & Paulo ſimiles, cum perſequerentur Eccleſiam Dei, erant populus Dei, iuxta electionem & prædeſtinationem, ſed non ſecundum præſentem iuſtitiam: ob blaſphemiam: & tam execrabile facinus commiſſum in Deum & Eccleſiam eius. Quo-

Electi nō peri- bunt.

quò uertant electi, ſemper ſunt populus Dei, qui nuſquam omnino deſerentur. Nam Ioan. 10. Non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu domini Dei. Nihil ergo pugnantiæ eſt in eo loco, Qui nunc populus Dei, ſemper populus Dei fuit, ſecun- dum prædeſtinationem: ſed ſecundum præſentem iuſtitiam, aliquando dicebatur non po- pulus Dei. Vide adnotatum in Scholio.

LOCVS hic, Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis. pugnare uidetur cum eo Prouerb. 29. Qui timet hominē, citò corruet. Et Prouerb. 7. Fili, honora Deum, & uale-

Honor homi- ni debitus.

bis: præter eum uerò ne timueris alienum. Reſpondeo, Quicquid honoris hominibus de- bemus, id exhibendum eſt, quòd in eis fulgor aliquis diuinus relucent: ut puta, Magi- ſtratus dominatio, uirtus eximia, aut aliquid huiuſmodi. Omnia enim in gloriam Dei fa- cienda, hortatur Paulus. Quare non corruet, qui hominem propter Deum reuerebitur. Obediendum eſt dominis & magiſtratibus, quos reuereri & timere debemus, quando ita placitum eſt Deo, & ab eo ordinatum & conſtitutum.

DICTIO.

Peregrinum. Indigena.

HEBRAEI Peregrinum uocant, qui eſt ex obſcura progenie, & non conſtat ex qua familia prodierit. Econtra eſt Indigena, qui eſt clarus ex ſua proſapia, cuius ante- ceſſores longo tempore urbem aliquam incoluerunt. Aliquando Peregrinum ponunt pro inuſitato, admirando & ſtupendo, quod inauditum eſt.

Dyſcolus. *DYSCOLVS, latinè difficilis dicitur. unde dyſcolia, difficultas.*

Liuor. *LIVOR, eſt ueſtigiū plagæ in cute. Hebræis ſignificat tumorē ex plaga concretū.*

Mariti & uxoris officia. CAP. III.

Vxores. Coloſ. 3. c Epheſ. 5. c 1. Timoth. 2. c

SImiliter & mulieres ſubditæ ſint uiris ſuis, ut & ſiqui non credunt uerbo, per mulierum conuerſa- tionem ſine uerbo, lucrifiant conſiderantes in timore caſtam conuerſationem ueſtram. Quarum non ſit ex- trinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indu- menti ueſtimentorum cultus: ſed qui abſconditus eſt, cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples. Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo, orna- *bant*

Mulieres] uxo- res, & infra. Et ſi] etiam. In timore] quū inſpexerint cū reuerentia ca- ſtam, &c. Nō ſit, &c.] ſit ornatus nō ex- ternus qui ſit eſt in criſpatu- ra (ſiue contex- tu) capillorum, aut appoſitiōe auri, aut ami- ctu ueſtiū, aut palliorum, ſed qui, &c. In icorruptibi-

bant ſe, ſubiectæ proprijs uiris. Sicut Sara obedie- Sara. Geneſ.18.b
bat Abrahæ, dominum eum uocans: cuius eſtis filiæ,
bene facientes, & non pertimentes ullam perturbatio-
nem. Viri ſimiliter, cohabitantes ſecundum ſcientiam, Matth.
quaſi infirmiori uaſculo muliebri impartientes hono- 1.Corinth.7.a
rem, tanquam & cohæredibus gratiæ uitæ: ut non im-
pediantur orationes ueſtræ. In fine autem: omnes una- Prouerb.7.c. &.11.d
nimes compatientes, fraternitatis amatores, miſericor- Roma.12.d
des, modeſti, humiles. non reddentes malum pro ma- 1.Theſſa.5.d
lo: nec maledictum pro maledicto; ſed econtrario, be-
nedicentes, quia in hoc uocati eſtis ut benedictionem
hæreditate poſſideatis. Qui enim uult uitam diligere, Pſal.33.c
& dies uidere bonos: coërceat linguam ſuam à malo, Lingua.
& labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo,
& faciat bonum, inquirat pacem & ſequatur eam: quia
oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces
eorum. uultus autem Domini ſuper facientes mala.
Et quis eſt, qui uobis noceat, ſi boni, æmulatores fue- Matth.5.a
ritis? Sed & ſiquid patimini propter iuſtitiam: bea- Timor.
ti. Timorem autem eorum ne timueritis, & non con-
turbemini; dominum autem Chriſtum ſanctificate Sanctificare
in cordibus ueſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem Chriſtum.
omni poſcenti uos rationem de ea, quæ in uobis eſt, Pati propter
ſpe. Sed cum modeſtia & timore, conſcientiam ha- Chriſtum. ſupra 2.c
bentes bonam: ut in eo quod detrahunt uobis, con-
fundantur qui calumniantur ueſtram bonā in Chriſto
conuerſationē. Melius eſt enim ut benefacientes (ſi uo- Hebr.9.d
luntas Dei uelit) pati, quàm malefacientes. quia & Roma.6.b
Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iu-
ſtus pro iniuſtis: ut nos offerret Deo, mortificatos
quidem carne, uiuificatos autem ſpiritu. In quo & his
qui in carcere erant ſpiritibus, ueniens prædicauit:
qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant
Dei patientiam in diebus Noe, cùm fabricaretur ar- Arca Noe.
ca, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per Geneſ.6 Matth.24.d
aquam. Quod & uos nunc ſimilis formæ ſaluos facit Luc.17.f
baptiſma: non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcien-
tiæ bonæ interrogatio in Deum per reſurrectionem
IESV Chriſti, qui eſt in dextera Dei, deglutiēs mor-
tē, ut uitę ęternę hæredes efficeremur: profectus in cœ
lū, ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & uirtutibus.

[Margin notes:]
...tate] habeat ornatū incorruptibilitatē, nēpe ſpiritū placidū ac quietū, qui ſpiritus eſt in cōſpectu Dei magnifica ac ſumptuoſa res.
pertimentes ullam] perterritę ullo pauore
In fine] in ſumma
compatiētes,] uel ſimiliter affecti, quaſi dicat, mutuo affectu tangamur,
modeſti,] affabiles, humani,
uultus] reſpectus
boni,] genitiuus eſt.
ſatisfactionem omni poſcēti, &c.] reſpōdendū cuilibet petenti ut loquamini de ea.
modeſtia & timore,] manſuetudine & reuerentia,
confundantur] pudefiant.
calumniantur] cōuiciātur, inceſſunt, perſequuntur.
mortificatos] mortificat⁹ quidem carne, uiuificatus
expectabāt Dei patiētiā] expectabatur Dei lenitas
Quod & uos, &c.] cui⁹ figurę ... reſpōdens baptiſmus nos ... quoque ſaluos reddit, quo nō carnis ſordes abijciūtur, ſed ... fit ut bona conſcientia ... reſpōdeat ... ad Deum.

Vxoris ſactio. Similiter & mulieres ſubditæ ſint uiris ſuis. *Optimæ uxoris partes deſcribit. Viris ſuis uxores neceſſe eſt ut obediant: uiris, inquam, etiam Ethnicis: ſi (ut Paulus ait) conſenſerit uir infidelis habitare cum illa. In re familiari & domeſtica primas habeat uir, qui caput eſt mulieris. Ita enim ab exordio Mundi conſtitutum eſt, Geneſis 3. Sub uiri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Quando coniugium Chriſtianum rectè inſtitutum eſt, reliqua Reipublicæ officia melius & rectius habent. Nam ſi rectè inſtituatur ſoboles per omnes uirtutum gradus, melius promouebunt ex ſancto illo coniugio procreati. Eſt reuera reipublicæ ſeges ipſa ſoboles, quam ſi grando aut tonitru corruperit, meſsis nulla erit ſpes reliqua. Vt ergo ſanctum ſit coniugium, Petrus præſcribit uxori ſua officia. Primò ut maritum ſanctè reuereatur, huius imperium agnoſcat, hunc ſyncerè & uerè amet. Obſeruabis quòd Petrus, Suis, ſignificanter dicit, id eſt, proprijs uiris: ut commendet fidem matrimonij, excludens perfidiam & ſcortationis uanitatem. Samaritana mulier, Ioan. 4. quinque uiros habuit, ſed non ſuos, id eſt, proprios. Hæc uxorum ſubiectio ſiue obedientia, intelligatur ſemper citra Creatoris contumeliam, iuxta dictum Apoſtoli in Actis, Oportet obedire Deo magis quàm hominibus. Hac ſententia Petrus ferit eos, qui dicebant coniugium diſſolutum eſſe, ſi una partium ad Chriſtum accedebat, altera manente in infidelitate. Si pars infidelis conſentit habitare cum fideli, maneat fidelis, & obediat. In hanc ſententiam ſubſcribit Paulus, 1. Corinth. 7.*

Vir caput mulieris. — Soboles eſt rei pub. ſeges. — Samaritana mulier.

Vt & ſi qui non credunt uerbo, per mulierum conuerſationem ſine uerbo lucrifiant, conſiderantes in timore, &c. *Cauſam ſubiungit cur diuerſa & impar religio non diſſoluat connubium, ſed maneat ſubdita uxor uiro ſuo, in his quæ nihil prorſus aduerſantur religioni Chriſtianæ: quia ſi infidelis uxori fideli tam moleſtus eſſet ſua perfidia, qua aut uxori uera religio relinquenda eſſet, aut relinquendus maritus, nullaq; eſſet ſpes, ut ille dogma Chriſtianum recipiat, tunc Paulus 1. Corinth. 7. ait, Quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat: non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi. In pace autem uocauit nos Deus. Id eſt, cùm omnia Dei præcepta huc tendant, ut cum omnibus hominibus, quantum fieri poteſt, pacem habeamus: ego Paulus in matrimonij uinculo doceo pacem ſectandam. Cùm ergo concordia conſtare non poßit, niſi per abnegatam religionem, & ueram pacem Dei interruptam, agè, ad ueram pacem & tranquillitatem aſpirare licet, per diuortium. Satius enim eſt diſceßiſſe à marito, quàm defeciſſe à Deo: ſiquidem nulla tua culpa à te diſcedit, ſuo malo diſcedat. A fine & fructu argumentatur noſter Apoſtolus: ut ſi qui non credunt uerbo, id eſt, ſi qui uiri ſunt infideles, lucrifiant, ad Chriſtum adducantur, & pro lucro habeantur mulierum conuerſatione, ſine uerbo. id eſt, non quòd uelim mulieres docere & interpretari literas ſacras, ſed uiros ſua modeſtia, fide, uerecundia & ſancta conuerſatione in conſenſum religionis pertrahant. Conſiderantes in timore, id eſt, dum conſiderant cum reuerentia & pro amore ſanctam conuerſationem ueſtram. id eſt, integritatem uitæ ueſtræ oriri & naſci ex fide & Chriſtiana religione, moueantur ad hanc ueſtram profeßionem Chriſtianam, & uitæ integritatem amplexandam, quam uident & agnoſcunt in uobis tot tantisq; uirtutum ornamentis ſplendeſcentem. Solet probitas & morum integritas in aduerſarios non omnino perditos & deſperatos ualidiores ſtimulos iaculari, atque plus roboris habere, quàm*

Matrimonium non diſſoluitur religione impari. — Diuortium ob cōtemptam religionem. — Mulieres non doceant. — Morum probitas plus ualet quàm docta diſputatio.

docta

docta diſputatio.

Quarum non ſit extrinſecus capillatura,&c. *Hortatur noſter Apoſtolus ad integritatis, pudicitiæ, & modeſtiæ ſtudium, reprimens luxum muliebrem, quem ſibi uelut congenitum habet ſuperſtitioſulum illud genus muliebre. Non præcipit ut ſordido amictu ueſtita prodeat Mulier. Eſt certè modus in rebus. Sed habitum gerat, qui nulli ſit offendiculo, & uitæ ſanctæ reſpondeat. Hoc fiet ſi audiatur Tertulliano ſcribenti de cultu fœminarum libellum, cuius concluſio hæc eſt, Prodite uos iam (inquit) medicamentis & ornamentis extructæ Apoſtolorum, ſumentes de ſimplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictæ oculos uerecundia, & ſpiritus taciturnitate: inſerentes in aures ſermonem Dei, annectentes ceruicibus iugum Chriſti. Caput maritis ſubijcite, & ſatis ornatæ eritis. Manus lanis occupate, pedes domi figite, & plus quàm in auro placebunt. Veſtite uos ſerico probitatis, byßino ſanctitatis, purpura pudicitiæ. Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem. Probibet ergo Apoſtolus ne calamiſtratæ prodeant mulieres, quæ dum ad ſpeculum ſe comunt annus eſt, ut auro intertexto, & pendulis ab auribus collo'ue margaritis, & holoſerica purpurea'ue ueſte formam ſuam neſcio quo lenocinio commendent, & medietate corporis ceruſſa minio'ue deliniti, uirorum oculos ad libidinem ſolicitent. Hoc genus fuci & calamiſtri ſi arguit in muliere, quantò magis in uiro,; qui, nihil magis in delicijs habet, quàm calamiſtro operam nauare, ut comptus & pigmentatus prodeat ad ſuam libidinem. Horum conſortium abominabile, ad multam & innominatam mollitiem alliciens, abijciendum eſt. In quod inuehit Ouidius,*

Mulicbris luxus reprehenditur.

Mulierũ ornatus quales eſſe debent.

Vir calamiſtratus fugiendus.

Sint procul à uobis iuuenes ut fœmina compti:
Fine coli modico forma uirilis amat.

Sed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples. *Externum cultum, pretioſas & exquiſitas ueſtes, quas ætates uariæ mutant, & iuxta mores uarios, diuerſißimas habent, damnans, interni hominis cultum & ornatum commendat. Vocat hominem cordis abſconditum, animum & mentem hominis piam. Vult fœminam eſſe animo & mente incorrupta, ut nihil agat iuxta muliebrem mollem'ue affectum, intemperantiam, rixas, iracundiam, ambitionem, arrogantiam, procacitatem, in primis autem loquacitatem fugiat. Sed ambulet in incorruptibilitate ſpiritus quieti & modeſti, id eſt, ſit tacita, mitis, manſueta & tractabilis. qui ſpiritus quietus & modeſtia ornatus in muliere eſt locuples in conſpectu Dei, id eſt, magnificus, ſplendidus, & ſummè placens Domino Deo. Sunt enim ueræ diuitiæ uirtutes animi, quas neque ærugo, neque tinea, neque fures demoliuntur. Quemadmodum enim apud profanos homines, quæ pluris empta, & maiore ſumptu comparata ſunt ornamenta, meliora & ſpecioſiora creduntur: ita pluris fiunt in conſpectu Dei dotes animi ex maiore & feruentiore fide procedentes: non autem illa corporis ornamenta, quæ re uera ad deſideria carnis facienda, ſeruiunt. Elegans eſt periphraſis, cùm ait, Abſconditus homo cordis in incorruptibili, id eſt, animus ipſe immortalis. Cùm dicit Cordis, non intelligit membrum illud internum, quod primum eſt uiuens & ultimum moriens: ſed uoluntatem ipſam, quæ noſtrarum operationum eſt principium, in incorruptibili eſt, quia immortalis eſt. Hic homo internus eſt, qui renouatur de die in diem, autore Pau-*

Veſtimẽtorum uarietatẽ damnal.

Cultus internus curandus.

Homo cordis.

Diuitiæ ueræ.

Fidei feruor.

Dotes animi quæ meliores?

Homo abſconditus.

Cor primũ uiuens.

lo,2. Corinth.4. Licet is (inquit) qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem. Hunc ornatum internum, etiam apud Pythagoram ſola lege naturæ ductum, fuiſſe commendatum legimus, nec immeritò, cùm uera mulierum ornamenta, pudicitiam, non ueſtes eſſe oporteat. His conſonum eſt Propertianum illud, Ampla ſatis forma, pudicitia. Legito cap.3. Iſaiæ, de his ornamentis, qualia futura ſunt.

Lex naturæ.
Mulierũ uera ornamenta.

Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo ornabant ſe, ſubiectæ proprijs uiris. Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum uocans. Quò lucidius euidentiusq; negotium aperiat, exemplum ſanctarum mulierum proponit. Sanctæ mulieres in ſacris literis commendatæ, uiris proprijs ſubditæ erant, quæ ſeipſas uarijs uirtutum & ſtudioſarum operationum coloribus ornauerunt. Luxum illum & externum nimium corporis cultum negligentes. Hoc idem ergo à uobis faciendum eſt, ſi fideles & coram Deo formoſæ eſſe deſideratis. Celebratiſsimi nominis multæ fuerunt, è quarum numero unam protrahit, Saram ſcilicet, quam, ut Abrahamum patrem omnium credentium propoſuerunt, ita & Petrus matrem proponit omnium fidelium fœminarum. Quemadmodum qui credunt in filium Dei, filij ſunt Abrahæ, qui exemplar eſt piè & uerè credentium: ita & quæ ſubditæ ſunt uiris ſuis uxores, filiæ ſunt Saræ, quæ exemplar eſt omnium fidelium uxorum. Sara enim fuit Abrahæ ſubdita, & hunc dominum uocauit. Hæc eſt reuerentia. Iſte eſt uerus timor caſtus, quo uiros ſuos amare debent uxores. Cùm dominum uocat, magno honore & maxima obedientia uirum ſuum reueretur. Iſte fuit Saræ ornatus internus, cum externa coniunctus modeſtia. Et ſicuti uiro non placuit uxor (hoc enim non poſtulabat uir ſanctus) cum eo ornatu, qui foris apparet, cincinnis & criſpatura capillorum: ita nec illa uiri animum uoluit ſtulto illo metu ſibi demereri, quo quàm plurimæ ab alieno toro metuentes, ſeſe in gratiam (ut uidentur) maritorum curioſius comunt & componunt, quò ſic ſcilicet uxoria illi contenti & uelut illecti forma, alienæ carnis deſideria non ſequantur. Sed is contrà ornatus tantùm illi ſanctiſsimæ mulieri curæ fuit, quo homo internus, homo genitura Dei innouatus, magnificus & conſpicuus eſt coram Deo, cui omnia patent, qui interna iuxtà atque externa omnia cognoſcit. Typus fidelium fœminarum eſt Sara. Si quæ dici uolunt filiæ eius, hanc imitentur neceſſe eſt.

Mulieres ſanctæ in exẽplũ propoſitæ.
Sara pbē mulieris exẽplar.
Sara typus fidelium fœminarum.

Benefacientes, & non pertimentes ullam perturbationem. Hortatur fœminas ad uitæ puritatem & opera pietatis. In quorum exercitio, nullo abducantur timore aut tremore fidelibus fœminis indigno. Non induant fœmineum illum pauorem, quo ſolent de nihili rebus exanimari. Hunc enim foras mittere ſolet & debet perfecta charitas, quoniam non ad Deum, ſed ad pœnam potius ſpectat. tametſi hoc genus muliebre & fœmineum ſuperſtitioſulum eſt, re inani frequenter expaueſcens & deceptum: ſed debet hic pauor abeſſe omnino à ſanctis mulieribus, quæ depoſito illo, totas ſeſe Deo committant ac dedant. Obſeruabis hunc accuſatiuum, Perturbationem, non eſſe tranſitiuum, ſed reciprocum, iuxta proprietatem Atticorum qui ſic loquuntur: gaudere gaudium, furere furorem, timere timorem, ita hoc loco pertimere perturbationem quod fit cùm quis in rebus nihili ubi nihil periculi eſt, exanimatur, timens ſibi, cùm tamen nihil timendum ſit. Concludamus ex hoc cõtextu, Quemadmodum qui facit opus Abrahæ habens eius fidem, fit filius eius: ita fideles

Pertimere perturbationem.

fœminæ

ſœminæ ornatum & uirtutem Saræ imitantes, filiæ ſunt Saræ. Hoc facientes, ſequemur ſpiritu ſpiritum ipſum, omnes per Iſaiam capite 51. exhortantem, Attendite ad Abraham patrem ueſtrum, & Saram quæ peperit uos.

Saræ filiæ.

Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam. *Maritorum officia præſcribit, reprimens quorundam ſupercilium, imperium, & tyrannidem, qui clamant, Vir eſt caput mulieris: habemus ergo uitæ & necis poteſtatem. omni imperio imperitare poſſumus uxoribus noſtris in quauis re, etiam iuxta noſtram libidinem: ab illis parendum eſt nobis. Sed uiris huiuſmodi frænum imponit Apoſtolus, dicens, Viri, cohabitate uxoribus cum ſcientia. Vera & ſolida ſcientia eſt, quæ malos & tyrannicos affectus reprimit. Nihil uerius eſt quàm Virũ caput eſſe mulieris. Sed caput has habet partes, ſine quibus indignum eſt titulo capitis. Imò tali uiro dicendum eſt id, quod uulpes illa (ut eſt in fabulis) inuento capiti dixit, O quale ſine cerebro caput. Caput conuiuit cæteris membris, conſulit, et eſt uitæ dux. Ita & maritus ſit uxori iucundus conuictor, conſultor, & uitæ dux commodus. Sint ergo uiri non ut pecora, ignorantes, ſed uelut cognoſcentes & ſcientes, hoc ſodalitium à Deo inſtitutum eſſe, atq; myſterium & ſymbolum Chriſti & Eccleſiæ continere. Hoc ſi perſpexerint, ſancta, & non laſciua erit conuerſatio.*

Vir eſt caput mulieris.

Sciẽtia uera & ſolida.

Capitis partes & functio.

Matrimonij commendatio.

Quaſi infirmiori uaſculo muliebri impartientes honorem. *Cauete ô uiri, ne uxores habeatis ut ancillas, ut concubinas. Nolite has deſpicere, ſed illis aliquid honoris deferatis. Has enim Dominus dedit uobis in adiutorium. Huius beneficij memineritis. Robur et affectuum moderatio eſt uirorum: imbecillitas autem & infirmitas mulieribus eſt congenita. Ob id conſtantius & æquius feratis, ſi quid ab illis per imbecillitatem factum eſt. Frequenter enim uſu uenit, ut quæ tenerrima & fragiliſsima ſunt in re familiari uaſa, utilia magis & neceſſaria ſint. Vocat mulierem infirmum uaſculum ob imbecillitatem ſexus. Non deſunt qui honoris uocabulo intelligant quicquid uſui eſſe debet, iuxta ſtatum & proprias facultates à uiro miniſtrandum eſſe uxori. Magis autem mihi arridet prior interpretatio.*

Vxores uiri habeant non ut ancillas.

Mulier uaſculum infirmũ.

Tanquam & cohæredibus gratiæ uitæ. *Secundò arguit à dignatione Dei, qui mulierem æquauit uiro in promiſsis Euangelicis. Sunt enim cohæredes gratiæ Diuinæ, uitæ æternæ participes factæ, & iuxta hominem interdum æquales, propterea familiarius & benignius tractandæ ſunt, & non ob ſexum contemnendæ. Ad hunc modum qui ſanctè et iucundè conuiuit maritus, honorem defert infirmiori uaſculo muliebri, id eſt, ſuæ uxori, ut Chriſtus Eccleſiæ ſuæ ſponſæ. Quemadmodum enim Eccleſia filios ſpiritales ſuo ſponſo Chriſto parit: ſic & uxor, quæ in hoc poſita eſt ut filios afferat, uiro ſuo liberos parit, ſanctamq; prolem in Chriſto nutrit, gubernat, atq; in re familiari & domeſtica inſtruit, quò parentibus ſint obſequentiſsimi, & poſteris, ſi ſuperuixerint, uices rependant.*

Vxores cohæredes ſunt uitæ æternæ.

Eccleſiæ et uxoris ſymbolum.

Vxoris functio.

Vt non impediantur orationes ueſtræ. *Tertium hoc argumentum eſt ab utili. Si ſecundum ſcientiam uxoribus uiri cohabitauerint, non mediocrem fructum & utilitatem conſequentur. nempe non interrumpentur orationes & preces eorum. Vbi enim contentiones et iurgia ſunt, preces nequeunt eſſe puræ. Cùm beneficij uitæ æternæ participes & cohæredes ſunt, neceſſe eſt ut etiam commune habeant ſtudium cum uiris, ad hanc uitam æternam. Hoc eſt, adniti debent, ut ſtudeant, et uiris fiant ſociæ. Hoc eſt, communia habeant bona tum temporalia tum ſpiritualia: & fiant ſociæ precationum, ieiuniorum, uigiliarum, eleemoſynarum, & huiuſmodi. Impediuntur*

Matrimonialis cõuictus pacificus.

Orationis impedimentum.

orationes peccato. Qui ſanctam exercet in matrimonio conuerſationem, ſemper benefacere & rectè operari dicitur. Ac ſemper orat qui bene facit, & rectè operatur. Ergo ſecundum ſcientiam uxori cohabitans, fructum habet continuatæ & non interruptæ orationis, quam commendat Chriſtus, Lucæ 18. Oportet ſemper orare & non deficere.

In fine autem, omnes unanimes. *Vulgatiſsima translatio legit in fide. Apud multa tamen Latinorum exemplaria legi, In fine. Græcis eſt, τὸ δὲ τέλος, id eſt, in ſumma uerè. In unum colligit generalia omnium officia, quæ ſingulis ordinibus, ac ſi ſingularia & propria præſcriberentur, faciunt ſatis. Quid deceat magiſtratus, dominos, ſeruos, uxores, maritos facere, docui. In immenſum auctum faceret hæc epiſtola, exantlatosq́; labores depoſceret, ſi ſingulis ordinibus propria officia deſcriberet Apoſtolus. qui ueluti tam longæ narrationis pertæſus, ut paucis & in compendium abſoluat, ait, In fine, hoc eſt, in ſumma uero, ſeu poſtremo. Iſta eſt generalis omnium officiorum inſtitutio prima ab omnibus & ſingulis obſeruanda, Omnes ſint unanimes. In fide & pacifico conuictu concordes eſtote. & non ſint (ait Paulus 1. ad Corinth. 1.) in uobis ſchiſmata. ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Diuerſa ſunt opera, diuerſi operarij. una tamen ſentẽtia. Diuerſæ manus, & membra diuerſa, unus tamen animus & unus conſenſus.*

Inſtitutio omnium officiorum.
Vnanimitas in quouis conuictu.

Compatientes. *Si unanimes ſumus, ueluti unum corpus ſumus: in quo membris illud familiare & congenitum eſt ut uno membro malè habente, reliqua etiam in doloris ſenſu cõmunicent. Ita & uos, compatientes eſtote, id eſt, mutuo tangamini affectu. Sunt enim quos aliena ne tantillum quidem moueant. Audiamus Paulum ad Hebræ. 13 huius loci interpretem. Mementote (inquit) uinctorum, tanquam ſimul uincti: & laborantium, tanquam & ipſi in corpore morantes. Iob 30. Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.*

Compati.

Fraternitatis amatores. *Mutuam charitatem, & eam quidem Chriſtianam dilectionẽ docet, de qua Chriſtus in Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vult Apoſtolus, quemadmodum fratres maiore uinculo amicitiæ coniunguntur, quàm qui amici dicuntur: ita & proximos noſtros ut fratres ducamus.*

Fraternitas maior amicitia.

Miſericordes. *Ad beneficiendum ex animo. Imò ex ipſis uiſceribus (quæ Hebræi miſerationes uocant) propenſi ſimus. Quemadmodum parentũ uiſcera non poſſunt non miſeratione & pietate moueri, uiſo filio neceſsitatem patiente: ita & erga proximum morbo ſiue ſpiritali, ſiue corporeo, aut neceſsitate quauis alia laborantem, uiſcera noſtra moueantur, huic propenſi ſimus ex animo, & pro affectu ſuppetias ferre. Præmium maximum hos manet, iuxta uerbum Chriſti, Matth. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Non eſt ergo lapſu proximi gaudendum. Lapſus, releuetur tua opera, ſi fieri poteſt.*

Miſericors.
Viſcera.

Modeſti. *Modeſtum dicimus, qui ſe alijs accommodat, quantum cum Deo licet, in omnibus rebus. Seu cuius conſuetudo & modus uiuendi facilis commodusq́; eſt omnibus. Modeſti, id eſt, affabiles. Sunt enim moroſuli quidam, & tam difficiles, quibus cum nulla ratione poſſumus benignè & affabiliter agere. Huc pertinet quod Paulus ad Philipp. 4. ait, Modeſtia ueſtra nota ſit omnibus hominibus.*

Modeſtus.
Moroſuli.

Humiles. *Voſipſos abnegate, nulla ducamini arrogantia, quæ nulli cedere uult, & nullo cõtenta modo ambit, nunquam quieta ſed æmula. Dicebat præceptor noſter*

Humilis.
Arrogantia.

Chri

Chriſtus in Euangelio, Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.

Non reddentes malum pro malo, &c. *Hæc eſt uera charitatis functio. Non retaliemus malum malo, conuicium cõuicio. Nam ſi cum ſceleſtißimis hominibus conuicio decertaueris, tu tantiſper illorum compar efficeris, dum paria & conſimilia reddere conaris. Qui conuiciatur tibi, improbus iure cenſetur, ſi conuicijs retaliaueris, eodem iure malus & improbus iudicaris. Audiamus ad hæc exhortationẽ* IESV *Chriſti, Matth.5. Audiſtis quia dictum eſt, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico uobis non reſiſtere malo. hoc eſt, iniuria, ſeu conuicio non eſt conuicium repellendum. Paulò poſt ait, Audiſtis quia dictum eſt, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, Diligite inimicos ueſtros: benefacite his, qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus et calumniantibus uos, ut ſitis filij Patris ueſtri, qui in cœlis eſt. Huc pertinet quod dicebat Salomon, Prouerb. 24. Ne dicas, quomodo fecit mihi, ſic faciam ei. Ad Roma.12. Noli à malo uinci, ſed uince in bono malum. Quemadmodum ignis igni non ſolet extingui, ſed aqua: ita nec malum malo, ſed bono & patientia.* Charitatis functio.

Quia in hoc uocati eſtis, ut benedictionem hæreditate poſſideatis. *Redit iterum ad patientiam cum magna afflictorum conſolatione. Quãdiu hic uerſamur, nunquam abſolutam illam benedictionem, quæ nos manet, aſſequemur. Imò in hoc poſiti ſumus, at uarijs laceßiti iniurijs, & miſerijs afflicti, patientia duremus, ſcientes nos his medijs & hac uia omnia hæc pericula & Mundi machinas techna'ſq; euaſuros, tandemq́; benedictione illa iure hæreditario, non ſine ingenti gaudio fruituros in Chriſto, per quem omnia ſunt nobis acquiſita.*

Qui enim uult uitam diligere, & dies uidere bonos: coërceat linguam, &c. *Autoritate Dauidis confirmat quæ dixit de ea uita, quam aſſequuturi ſunt beatam, dum hic ſpiritualem uiuunt non reddentes malum pro malo. Volunt uitam qui regnum mortis & peccati oderunt, diligentes ea quæ ſunt ſpiritus, ut in ipſis ſit nouus ille homo ex iuſtitia & ueritate. Rurſus, qui uult uidere dies bonos, id eſt, liberari à conſcientia peccati, habeat gaudium in Spiritu ſancto, & pacem illam quæ exuperat omnẽ ſenſum. quemadmodum ſcribitur Prouerb.15. Secura mens, quaſi iuge conuiuium. Volentibus hanc uitam aſſequi, (id eſt, uerè liberari à regno mortis & peccati,) imò & gaudentibus in Domino, admonitiones & leges iuſtitiæ præſcribit. Coërceant (inquit) linguam ſuam à malo, id eſt, maledictione, detractione, iniuſtitiæ approbatione. Et cobibeant labia ne loquantur dolum, id eſt, mendacium, malam doctrinam, hypocriſim. Declinent, hoc eſt, diuertant à malo opere, quod uetus homo requirit. & faciant bonum, quod nouus homo ille internus poſtulat. Intimo cordis deſiderio requirant pacem, hoc eſt, animi trãquillitatem, & aſſequutam magis ac magis ſequantur: quoniam in hac uita non poteſt eſſe perfecta & abſoluta. Vt illud ſemper maneat, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. &c. Poteſt & in hunc ſenſum dici, Qui enim uult uitam diligere, &c. id eſt, qui delectatur, & gaudio geſtit ſpirituali uita, uultq́; non guſtare mortem, ſecundum illud Ioannis 8. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum. Sed uult dies uidere bonos, id eſt dexteritate, qua omnia ſuccedant feliciter, & ſanctè ſibi proſpiciat: coërceat linguam ſuam. &c.* Velle uitam. Linguam coërcere à malo.

Quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorũ. *Argumento à dignatione Dei hos exuſcitat ad fructus fidei exercendos. Quia iuſtis,* Iuſtis nihil deeſt.

hoc eſt,

hoc eſt, timentibus & requirentibus Deum, nihil deerit, ne ſecundum corpus quidem. Iuxta illud, Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcietur uobis. In quos iugiter defigit oculos paterna illa Dei benignitas, ne quis noceat in re ſalutari, ut ſemper audiat præſtoq́; ſit omnibus inuocantibus eum. Tribulari quidem ſinit, & ſpiritu conteri, ſed in ſalutem. quandoquidem hac uia itur ad gloriam. Eleganti allegoria fauorem Dei erga iuſtos explicat, cum dicit, Oculi Domini ſuper iuſtos, &c. ſumpta à more magnatum, qui cùm alicui arrident & fauorem præſtant, nutu quodam oculorum benignè aſpiciunt: aut ſi loquuntur, aures præbent. Si uerò abominentur, ſurdis auribus & conniuentibus oculis eos auerſantur.

Oculi Dei ſuper iuſtos.

Vultus autem Domini ſuper facientes mala. *Perterret qui uitam uiuunt impuram, eoſdemq́; hortatur ut ab impuritate ad uitæ ſanctimoniam ſeſe conferant. Argumento à Dei ultione ſumpto. Deus iratus præſentißimus ultor eſt ijs, qui faciunt mala. Qui ergo cupit Deum ſibi propitium, illiusq́; iram & ultionem effugere, ſit beneficus, neminem lædat, malum malo non repellat: ſed patiens & modeſtus, paci tantum & concordiæ ſtudeat. Deus fauore benignißimo reſpicit bonos, malos autem iratis & uindicibus intuetur oculis. Vultus in Scripturis frequenter pro indignatione accipitur. Ideoq́; dicit Apoſtolus, uultum Domini ſuper facientes mala.*

Beneficus.

Dei fauor.

Vultus pro indignatione.

Et quis eſt qui uobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? *Poſteaquam innocentiam & uitæ puritatem, quam omnes inducre debent, docuit: oſtendit quòd ſi in hac uitæ integritate pergant, hoc eſt, mala malis non retalient, ſed ſumma cum modeſtia ambulantes, abſolutißimum patientiæ exemplar* IESVM *Chriſtum ſibi proponant et imitentur, quis illos affliget? quis illis nocebit? Nemo certè. Non angeli, quibus cum inita eſt per Chriſtum amicitia. Non dæmones. Nam Chriſtum & fidem habent, quibus aduerſus Satanam & eius aſſeclas uictores fiunt. Quòd ſi malos habent homines, tyrannos, & antichriſtos, afflictionem quidem temporalem patiuntur, ſed læti ſunt expectantes æternam uitam cum ſummo gaudio. Si boni, id eſt, rei bonæ fueritis æmulatores. Genitiuus eſt Boni.*

Timentibus Deũ nihil nocebit.

Sed & ſiquid patimini propter iuſtitiam, beati. *Magna afflictorum conſolatio. Argumento à præmio & cauſa ſumpto. Cauſam dicit iuſtitiam et ueritatis defenſionem. Præmium explicat, dicẽs hos uerè beatos dici. Beatos quidem ſpe, quandiu hic uiuunt, qua non cõfundentur, cùm pulſauerit Dominus. Sed et ſiquid patimini propter iuſtitiam: id eſt, ſiqui ſunt tanta cæcitate ducti, qua etiam benemeritos & ſanctißimè uiuentes perſequantur, memineritis ſermonis Domini, Matth. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Item, Beati eſtis cùm maledixerint uobis homines, et perſequuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum uos mentientes, propter me. Gaudete in illa hora, & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis.*

Beati in ſpe.

Patientes propter iuſtitiam.

Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini. *Verbo Chriſti pro ueritatis defenſione oppreſſos conſolatur, ne tyrannorum minis territi animos deſpondeant, aut quouis modo nutent. Minacia & fulminea uerba intonant huiuſmodi tyranni, nihil modeſtiæ habent, ſed ueluti Cyclopes è fornace amarulentiæ & truculentiæ prodeunt unoculi, uirgis, equuleo, tormentis inenarrabilibus muniti, nihil aliud quàm minas & afflictiones intentant. Sed timorem, id eſt, terrorem eorum ne timueritis. Imò ne turbemini quidem labaſcentes aut nutantes.*

Tyranni & eorum uerba minacia.

Timorem timere.

Audite

Audite præceptorem Chriſtum, Matth.10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennam.

Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus ueſtris. *Tyranni non ſint uobis pauori & terrori. Eſt enim dominus Deus uobis pauor & terror: iuxta Iſaiæ dictum cap. 8. unde hic locus Petri deſumptus eſt. Omnia (inquit) quæ loquitur populus iſte, coniuratio eſt: & timorem eius ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituum ipſum ſanctificate: ipſe pauor ueſter, & ipſe terror ueſter, & erit uobis in ſanctificationem. Quemadmodum magnificatur & glorificatur Dominus, non quòd magnitudo eius & gloria auctum & acceßionem maiorem faciat: ſed hunc magnum & glorioſum ex animo pronuntiamus, agnoſcentes & laudantes eius magnificentiam & gloriam. Ita dum ſanctificamus Dominum, huic non accreſcit ſanctitatis titulus. Quare in cordibus & animis noſtris hoc facere, id eſt, ſanctificare iubemur. Si enim ſanctitatis eius perfectionem habuerimus, hoc eſt, ſi uiuam fidem & fiduciam in ipſum induerimus, non tantum ore ſanctificabimus, ſed & in cordibus noſtris hunc adorabimus. In quibus, ut in templo ſancto ſuo, habitat, dum iſta & uolumus & meditamur. Dici poteſt & in hunc ſenſum, Quicquid uobis acciderit, aut intulerint tyranni, nolite reſponſare & perturbati eſſe: ſed ſanctificate Dominum. id eſt, glorificate, gratias agētes illi, tanquam boni conſulentes, quod patimini. Hunc ſanctum eſſe ſentite & magnificè honorate, qui eſt omnium bonorum fons & ſcaturigo.*

Deus pauor & terror noſter.

Deum magnificare & glorificare.

Sãctitatem habere.

Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti uos rationem de ea, quæ in uobis eſt, ſpe. *Quemadmodum nemo ſe Academicum, Peripateticum aut Stoicum profitetur, niſi diſciplinam iſtius, illius'ue profeßionis teneat: ita Chriſtiano nomine indigni ſunt, qui ſuæ profeßionis Chriſtianæ fidei & Spei in Chriſtum, & unicum Meßiam mediatorem ignari ſunt. Quare nolite fidei hoſtes exacerbare: ſed ſi defenſioni eſt locus, rogaueritq; uos aliquis de ueſtra profeßione, Reſpõdete quæ è Symbolo fide tenetis. Nolite humanis rationibus & diſciplinis agere. Fide reſiſtite. Hanc pro clypeo habetote. Idq; uult Petrus faciatis, ob iuſtas cauſas. Non enim ſanctum canibus dandum eſt, nec contentione uerborumq; pugna cum aduerſarijs pugnandum eſt. Sed ſi qua eſt ſpes unde religionis ueſtræ ſtudium magis putetis promouendum, aut aſſerenda fuerit gloria Chriſti (quam nulla ratione obſcurare negare'ue debemus) tunc reddenda erit ratio, ut non blaſphemetur nomen profeßionis noſtræ. Aliâs tacendum eſt ob iuſtas cauſas. Non enim Dominus, Prophetæ, Apoſtoli'ue ſemper aduerſarijs reſponderũt. Nam iudicium & delectus in reſponſione requiritur. Sola Chriſti gloria & proximi utilitas in hoc negotio curanda eſt. Parati eſtote ad ſatisfactionem. hoc eſt, ſiue excuſationis ſiue defenſionis gratia prompti eſtote ad reſpondendum quibuslibet deſiderantibus cognoſcere, qua fiducia ducamini, dum contemnitis hunc Mundum, & afflictiones æquanimiter toleratis.*

Chriſtiani.

Fides pro clypeo habenda. Fidei reddenda ratio ob iuſtas cauſas.

Reſponſio delectum habeat.

Sed cum modeſtia, & timore. *Cùm reſpondere licebit, nolo (ait Petrus) uos indignabundos & contumelioſos eſſe, ueluti infenſos & furibundos, ſed cum modeſtia & ſuauitate quadam manifeſtantes ueſtram profeßionem. Nolo præterea uos arrogantiis & uerborum tumore niti, ſed omnia eſſe iuxta præceptoris noſtri naturam & ingenium, mitia & ſuauia.*

Reſponſio ſit modeſta.

Conſcientiam habentes bonam, &c. *Qui uolunt, quod maximè neceſſarium iudicant, animis hominum imprimere, ſemel & iterum repetunt, ut firmius tena-*

ciusq; hæreant, quæ docentur. Repetit Petrus, quæ ſuperius ſecundo capite obſeruanda mandauit.

Conſcĩtia bona.

In primis curandum eſt habere conſcientiam bonam, hoc eſt, animum ſibi bene conſcium, fiducia plenum, & totum à Chriſto pendentem. Qui hanc habet conſcientiam, alacriter ferre poteſt omnia. Vt confundantur: id eſt, pudefiant in eo, quod detrahunt de uobis tanquam ſceleroſis & maleſactoribus.

Calumniari.

Hi ſunt, qui calumniantur. hoc eſt, mendacijs & ſubdola ratione uos uexant, & falſa crimina intendunt, uidentes ueſtram bonam conuerſationem in Chriſto, quam negare nequeunt. Confundantur, inquam, non ſecus, atque Phariſæi Chriſtum interrogantes & eius opera reprobare uolentes mendacijs & imposturis. Ad hæc faciunt, quæ ſcribit Paulus ad Titum 2. Verbum ſanum ſit, & irreprehenſibile, ut is, qui ex aduerſo eſt, uereatur, nihil mali habens loqui de uobis. Aut, Date operam bonis operibus ex bona conſcientia coram Deo, ut qui calumniantur ueſtram conuerſationem in Chriſto: hoc eſt, qui uos rident, dum ea quæ ſunt ſpei ueſtræ explicatis, falſaq; crimina uobis aſſcribunt, dum uenerit magnus ille retributionis dies, confundantur & pudefiant, uidentes uos à Chriſto coronatos, & gloria ornatos, ſeipſos uerò reprobos, & confuſione dignos.

Melius eſt enim ut benefacientes (ſi uoluntas Dei uelit) pati, quàm malefacientes. *In cauſa bona & iuſta, imò & propter Deum afflictiones patienter tolerare ſatius eſt, quàm in negotio iniuſto, ſiue pro aliquo facinore. Beati enim (dicebat ille Matth. 5.) qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Qui maleſaciunt, præter id quod turpitudinis ſuæ perpetuam*

Conſciẽtię flagellum.

habent comitem pœnitentiam, & conſcientiæ ſuæ flagello ſemper torquentur, uoluptatis ſuæ nullum referunt emolumentum. Pluris faciendi ſunt, & commendatione maiore digni, ſancti, Iob plagis & Tobias cæcitate percuſſi, ut patientia probarentur, quàm Elimas magus & Ioram, qui ſceleratæ ſuæ uitæ pœnas dederunt tam horrendas.

Act. 13. b
4. reg. 9. c. d. e. f
Voluntas Dei pro re neceſſaria.

Obſerua: cùm dicit, Si uoluntas Dei uelit. in idem redit, quod alibi dicit, Si neceſſe fuerit. Ne imitemur Donatiſtas (aduerſus quos elegantiſſime ſcripſit Auguſtinus)

Donatiſtarum inſania.

qui Scripturæ autoritatem, quæ ad bonum patientiæ faceret, ad manum habentes, ſtatim ſeipſos præcipites dabant in mare, aut interimebant, aut plagas ſibi inferebant. Iſta non eſt Dei uoluntas, hoc non eſt neceſſarium ut fiat. Non uult Deus noſipſos interimamus, uarias pœnas & tormenta ſubeamus, eademq; ultro nobis & ſine cauſa accerſamus. Hoc poſtulat Deus ut fidem & mutuam amplectamur charitatẽ, ambulemus in luce & uitæ puritate. Quod dum hîc peregrinamur, ſi infortunia aduerſitates'ue contigerint, patienter feramus. Dedita opera non illa quæramus, ſed nobis ab alijs inflicta æquo animo patiamur. Dicamus ergo, Si uoluntas Dei uelit. hoc eſt, quando ita placitum eſt Deo, aut Deo permittente & uolente fit nobis iniuria, accidit infortunium, aut alia huiuſmodi, æquanimiter feramus.

Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis. *Argumento ab exemplo ſumpto hortatur ad patientiam. Videtur mihi*

Chriſti beneficia exemplum uitæ & redemptio.

Petrus duo afferre Chriſti beneficia. Exemplum uitæ in Chriſto, & redemptionem. Sed per occaſionem digreſſione quadam redemptionem adducit. Quod ad exemplum attinet, dictum eſt ſuperius, ſecundo capite, Quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius. Ipſe iuſtus, purus, & innocens patientiſſimam uixit uitam, afflictiones noſtra gratia lubens tulit: Nos uerò impuri & iniuſti, quantò magis afflictiones æquo animo tolerare debemus? exemplo Chriſti admonemur nil aliud, dum hic uerſamur, quàm afflictiones aſſiduas nobis proponi: atque in his exer-

citi,

citi, ad quæuis mala faciem obfirmare. Quantum attinet ad redemptionem, oſtendit Chriſtum omnium ſeculorum & ætatum eſſe ſalutem. Primo loco dicit, Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Qui locus duo inſinuat, Chriſtum ſemel paſſum, & Chriſtum pro peccatis noſtris paſſum ſeu mortuum. Ex Paulo, Hebr. 9. docemur, Sine ſanguinis effuſione & hoſtia munda & ſancta non fieri remiſsionem. Sed Chriſtus, uera, pura, & innocens hoſtia, ſemel oblatus eſt ad exhaurienda peccata. Semel, inquam, ait Paulus inibi, in conſummationem ſeculorum ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit. Ergo omnium ſeculorum peccata, Chriſtus ſola & uera hoſtia expurgat. Cum dicitur, iuſtus pro iniuſtis. oſtenditur per ſolum Chriſtum redemptionem factam. Nam omnes peccauerunt, & indigent gloria Dei. Sunt ergo omnes homines iniuſti. Nullus ergo ſeipſum redimere, iuſtificare'ue potuit. Sed Chriſtus purus & innocens, ſolus inuentus eſt. Solus ergo iniuſtos iuſtificare potuit. Audi Iob dicentem, Quis poteſt facere mundum, de immundo conceptum ſemine? Non'ne tu, qui ſolus es Domine? Receſſerant omnes homines à Deo. reducendi erant fugitiui & perditi in domum & ſedes paratas: ut docent Parabolæ, Lucæ 15.

Chriſt' omniũ peccatorũ purgatio.

Redemptio per ſolũ Chriſtum.

Vt nos offerret Deo, &c. Adducit fructum paſsionis & rationem redemptionis. Paſſus eſt, ut fugitiuos nos in uiam reductos ſacroſancti ſui corporis hoſtia reconciliaret & offerret Deo. Epheſ. 5. Chriſtus dilexit Eccleſiã, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in uerbo uitæ: ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam. Sed rogabis, Quos conciliauit Deo, an omnes? Reſpondet, Non omnes, ſed mortificatos carne, uiuificatos Spiritu. Hi ſunt, de quibus Paulus ad Galat. 5. Qui autẽ ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs. Mortificati ſunt carne: hoc eſt, moriuntur ipſi peccato, & carni ad peccatum ſolicitãti: ut quemadmodum Chriſtus pro me (cui mors debebatur) mortuus, exuit omnem infirmitatem ab Adamo habitã & receptam, & reſurrexit glorioſus: ita neceſſe eſt, ut cum illo moriar, ſi reſurgere uolo à ſordibus & meis & ipſius Adami. Hoc autem fiet, ſi quod uim & energiam mortis eius habet, in me accepero, hoc eſt, fidem uiuam, & fiduciam in eum. Hac enim habita, exuo ueterem hominem: hoc eſt, morior ipſi carni & peccato, & ſum uiuificatus ſpiritu, hoc eſt, uiuo Chriſto, cuius gratia conuiuificatus ſum illi. Mors eius in me, hoc eſt, uis & energia mortis eius in me, hoc eſt, fides uiua, & fiducia in eum eſt mors ueteris Adæ & peccati. Credens enim in Chriſtum concrucifigor Chriſto per fidem. Hæc crucifixio & mors, qua morior peccato, diabolo, & eius aſſeclis, eſt mihi reſurrectio & uita. Dicet Caro, Tu peccaſti. meus es propter peccatũ. Peccaui certè: non deſpero: quoniam uideo & ſpero in eum, qui factus eſt, mea cauſa, peccatum. Is qui ſic peccatum, id eſt, pro peccato hoſtia, factus eſt, damnat te, caro: & quicquid à me peccatum eſt. Vbi primum ieci meum peccatum ſuper humerum eius (ipſe enim omnium peccata portat) ſtatim damnauit, ac deuorauit, ſeu perire fecit peccatum meum, ita ut nullibi pareat. Iacio autem peccatum meum ſuper humerum eius, quando fide uiua morior peccato, hoc eſt, exuo ueterem hominem, ſtans, & firmiter adhærens miſericordiæ promiſsis eius, qui pro me ſatisfecit. Tunc Chriſtus damnat mortem meam, peccatũ meum, infernum meum, dans mihi uitam. Ita ut cum Paulo dicam Galat. 2. Viuo autem iam non ego, uiuit uerò in me Chriſtus. Peccatum damnat, mortem mortificat: quia ad præſentiam ipſius illa non poſſunt non euaneſcere. Eſt enim Chriſtus pax: ergo fugiat inquietudo conſcientiæ, cedat terror legis. Eſt conſolatio: ergo procul abeat mœror animi. Eſt iuſtitia: ergo pereat peccatum.

Crucis Chriſti fructus.

Conciliati per Chriſtum.

Mortificati carne.

Fidei uiuæ energia.

Caro accuſatrix.

Iacere peccatũ ſuper humerũ Chriſti.

Chriſto præſente, euaneſcunt carnis tyranni.

Chriſti proprietates.

Eſt uita, ergo claudatur infernus, & mors euaneſcat. Quandiu hic uiuemus, ſolicitabimur a carne uitiata ad peccandum, ad iram, inuidiam, impatientiã, libidinem, & ſimules motus: ſed illi non complaceamus. Quod fiet non ſolùm ieiunijs, meditationibus ſanctis, ac alijs exercitijs pietatis, carnem reprimentibus, ſed etiam ſi ſpiritu Chriſtum ipſum amplexati fuerimus, illius crucem, ueluti frænum, carni recalcitranti obiectantes.

Opera.

Crux Chriſti frænũ carnis.

Cùm hoc loco princeps Apoſtolorum ſermonem faciat de Chriſto, non de nobis, uideaturq; afferre modum rationemq; redemptionis noſtræ, multi magno & excellenti ingenio uiri legunt, Vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, uiuificatus autem ſpiritu. Quem locum adducens beatus Hieronymus in 54. Iſaiæ, ſimiliter & Auguſtinus epiſtola 99. ad Euodium. & Sermone de uerbis Apoſtoli 14. de Chriſto loquens, inquit, Mortificatus carne, uiuificatus autẽ ſpiritu. His arridet Græca lectio θανατωθεὶς, id eſt, mortificatus, ζωοποιηθεὶς, id eſt, uiuificatus. Venerabilis Beda in hunc locum tandem ſubſcribit ad hunc modum, Alia translatio hunc locum ita habet, Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, ut nos adducat ad Deum, mortificatus corpore, ſed uiuus factus in ſpiritu. Hanc ſententiam ad hunc modum explicabimus, Ipſe Chriſtus mortificatus carne, id eſt, mortuus iuxta corporis imbecillitatem, ſed uiuificatus ſpiritu, id eſt, reſurrexit uirtute Spiritus ſancti, imò etiam ſua uirtute, quia eadem eſt potentia & uirtus eius cum uirtute Spiritus ſancti. In hunc enim ſenſum Athanaſius hanc ſententiam aduerſus Arrianos adducit, oſtendẽs æqualem uim ac potentiam trium perſonarum, Patris, Filij, & Spiritus ſancti.

Chriſtus mortificatus carne. Chriſtus uiuificatus ſpiritu.

Videtur hoc loco princeps Apoſtolorũ præſumptionem quorundam arguere, quaſi uerò diceret, Scio impios & infideles nobis obijcere mortem IESV Chriſti, quem uerũ Deum adoramus. Sed uelim intelligant mortuum quidem eſſe ſecundum humanitatem & carnem: ita enim placitum uiſumq; eſt Deo, ut filij immaculata hoſtia expurgaret peccata fidelium. Vnde illum oportebat corpus mortale ſuſcipere, ut haberet quod pro nobis offerret: Sed hæc mors, uita eſt fidelium. Nam hac morte reparauit uitam ipſis fidelibus. Dicant quãtum uolent mortuum fuiſſe carne, hoc eſt, iuxta carnis imbecillitatem: eſt tamen uiuificatus Spiritu. reſurrexit, & Spiritu uiuificus eſt, atq; ſecundum Spiritum declaratus eſt eſſe uita mortalium. quòd uidelicet uiuificus ſit omnibus credentibus, hoc eſt, omnibus qui in eum credunt dat uitam, & per eum æternum uiuunt. Dicam ergo cum Hieronymo & Auguſtino, Mortificatus carne, id eſt, mortuus iuxta carnem aſſumptam, uiuificatus autem Spiritu, id eſt, eadẽ caro, quæ ſola fuerat mortificatus, uiuificante Spiritu, reſurrexit. Ad hunc modum pij expectant ſuorum corporum tranſitum in uitam ſpiritalem, poſt generalem reſurrectionem: poſt quam corpora operationes illas naturales nõ exercebunt, hoc eſt, non ducentur ſuo ſenſu, neque bibent, neque comedent, neque nubent, neque generabunt: ſed erunt ſicut Angeli Dei.

Reſurgentium ſtatus.

In quo & his, qui in carcere erant, ſpiritibus prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. *Locus hic difficilis & obſcurus eſt, multosq; hactenus torſit. Sed ſi diligenter conſideretur, fiatq; punctum poſt dictionem Aliquando ita ut ſequens textus ſit noua ſententia per comparationem diluuij cum Baptiſmate, ex contextu orationis & collatione cum ſententia ſequentis capitis, Propter hoc enim & mortuis, &c. magis ac magis clareſcet. Hic locus oſtendit Chriſtum ſtatim à morte dignatum fuiſſe per ſe uiſere & conſolari ſua prædicatione pios, qui in cuſtodia & ſinu Abrahæ tenebantur, donec ipſe reſurgens & primogenitus ex mortuis, uiam in cœlum aperiret, & ad Patrem rediens, ſuos ſecum in gloriam Patris induceret. Quemadmodum*

Chriſtus uiſit inferos triduo ſuæ mortis.

dum Paulus antè quàm edicat aſcenſum Chriſti ſupra omnes cœlos, manifeſtat deſcenſum eius in inferiores partes terræ, dicens Epheſ. 4. Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos: ut impleret omnia, deſcẽdit in inferiores partes terræ, id eſt, non ſolùm ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, ſed etiam deſcendit ſuæ mortis tẽpore ad eum locum, in quo patres pij cuſtodiebantur in aduentum eius glorioſum: iuxta uaticinium Zachariæ 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti eduxiſti uinctos tuos de lacu, in quo nõ erat aqua. Vt impleret omnia ſuis donis, aut ut ſatisfaceret omnium prophetarũ oraculis. Ita & poſt declaratam Chriſti paſsionem, Petrus ante quàm dicat illum aſcendiſſe ad dextram Patris, ubi eſt mortem deglutiens, manifeſtat deſcenſum eius ad inferos, ſeu locum piorum & in ſinu Abrahæ exiſtentium. Atq; quos Zacharias in lacu exiſtentes dicit, hos noſter Apoſtolus, in carcere ſiue cuſtodia eſſe nuncupat. In quo, ſupple, ſpiritu, Chriſtus ueniens prædicauit. Prædicare, eſt Euangeliũ annuntiare. Prædicauit ergo, quod ſequenti capite dicitur, Et mortuis euangelizatũ eſt. Prædicauit Euangelium, remq; omnium lætiſsimam his Spiritibus, ſupple pijs, qui erant in carcere, id eſt, cuſtodia & ſinu Abrahæ. Qui fuerant increduli, id eſt, inobedientes aliquando. quaſi dicat, fuerunt quidem increduli. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Rom. 3. Et Iac. 3. In multis offendimus omnes. Sed non permanſerunt increduli. Prædicauit, inquam, illis redemptionem completam, & peccata abolita eſſe litatione ſui corporis. O' rem lætam ipſis ſpiritibus prædicatam & euangelizatam! O' ingentem Chriſti benignitatem, qui ſtatim ut abolitum eſt peccatum, eiusq; chirographum deletum eſt, uoluit omnes ſui Spiritus conſortes certiſsimo gaudio perfundere. Hunc locum, in quem ſecedebant pij, donec impleretur redemptio, uocant patres Limbum. quem Tertullianus lib. 4. aduerſus Martionem putauit fuiſſe paulò editiorem ipſis inferis. Qua parte ſitus eſt locus piorum, quem Limbum dicunt, ſiue impiorum, quem infernum nuncupant, nolim aliter inquirere. Satis eſt mihi & omni animæ fideli, id nouiſſe, quòd omnes ab exordio Mundi animæ ſanctorum ſunt beneficio Chriſti à peccatis expurgatæ. Teneamusq; firmiſsimè (ut uerbis Auguſtini utar) quod fides habet fundatiſsima autoritate: Quia Chriſtus mortuus eſt ſecundum Scripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, et quòd apud inferos fuit, ſolutis eorum doloribus, quibus eum erat impoſsibile teneri.

Prædicare.

Abrahæ ſinus.

Limbus.

Quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, &c. *Docet nos eadem uirtute, qua & præcedentium ſeculorum patres, ſaluari. Atq; quàm Chriſtus omnium ſeculorum ſit ſalus & ſaluator unicus, elegãti collatione Arcæ Noë ad baptiſma oſtendit. Quemadmodum olim dum fabricaretur Arca Noë, qui prædicationi eius (quam hic dicit, apparatum Arcæ) obediuerunt, ſaluati ſunt in Arca: ita credentes in Baptiſmo ſaluantur. Cùm fabricaretur, id eſt, cùm appararetur Arca, quando expectabant Dei patientiam, id eſt, longanimitatẽ Dei, nolentes prædicatione Noë, quæ declarabatur apparatu Arcæ, ad pœnitentiã redire. Quaſi diceret, Deus longanimis diu diſsimularat illius ſeculi impietatem. ſi fortè conuerterentur ad ipſum: ſed dum multis annis pertinaciter in impietate procaci pergerent, diluuio impœnitentes iuſtè extinxit. Quod nunc ſimilis formæ, id eſt, cui nunc ſimile eſt, ſiue cui myſterio Arcæ ſimilis formæ eſt, id eſt, reſpondens Baptiſma facit nos ſaluos. Ac ſi dicat, Ita & Deus longanimis Euangelium auerſantes expectat, niſi fide & Baptiſmate ſaluentur. Quod ergo de Arca propoſitum eſt, typus eſt Baptiſmi noſtri. Arca ex uarijs lignis læuigatis conſtructa: Eccleſia ex uarijs populis, Iudæis ſcilicet & Gentibus cõgregata. Arca ferebatur aquis*

Fide eadẽ, qua & patres, ſaluamur.

Baptiſmi & Arcę Noë ſymbolum.

Noë prædicatio.

Dei patientia.

ad portum: feruntur & fideles Baptiſmo, ad ſalutem. Seruati ſunt temporaliter ſuper aquam, qui in Arca erant: ſeruantur ſpiritaliter in Eccleſia, qui aquis Baptiſmi feruntur. Omnes extra Arcam demerſit aqua: omnes extra Eccleſiam, etſi baptizati ſint, ſubmergentur, & peribunt. Aqua in altum Arcam eleuauit: eleuat & baptiſmus in cœlum. Paucæ, id eſt, octo animæ, utpote Noë, trium filiorum, & quatuor uxorum, ſalue factæ ſunt: ita & multi ad Baptiſmum uocati ſunt, ſed pauci electi.

Baptiſmata multa.

Non carnis depoſitio ſordium, &c. *Varia apud ueteres erant baptiſmata, quibus abluebantur ſordes externæ humani corporis, quæ à Iudæis maxima obſeruabantur diligentia. Sed de his non loquitur Apoſtolus, perſeuerans in allegoria. Quemadmodum patres fide in Meßiam futurum ſeruabantur, & ſalutem conſequebantur: ita & baptiſmo nos abluimur à peccato, & iuſtificati ſeruamur, & ſalutem conſequimur.*

Baptiſmi energia.

Ablutio illa externa aquæ baptiſmalis, ſignum eſt ablutionis internæ, & gratiæ collatæ per fidem in Chriſtum, qui dedit baptiſmo uim uiuificam & uirtutem expultricem quidem peccati, & uitæ collatricem. Propterea ſubiungit, Non carnis depoſitio ſordium, id eſt, Non intelligo & nō loquor de eo baptiſmo, cuius effectus eſt, ablutio ſordium externarum in corpore, ſed de eo baptiſmo, cuius effectus eſt, conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum, id eſt, eſt bona conſcientia, bene reſpondens apud Deum. hoc eſt, facit Baptiſmus ut pacata ac tuta ſit conſcientia coram Deo. Nam ubi conſcientia bona, niſi ubi fides non ficta? dicente Paulo: Finis præcepti eſt charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Addit Apoſtolus, Per reſurrectionem I E S V *Chriſti. Rogabis, Quare non dicit Per mortem Chriſti? cùm ipſe Baptiſmus uim mortis ſimul & reſurrectionis Chriſti habeat, Roma. 6. Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem: ut quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Reſpondeo, Cùm reſurrectionem adducit, meminit & mortis. Atque ipſi Petro, & alijs Apoſtolis reſurrectio ſignificat uiuificam uim ac uirtutem* I E S V *Chriſti cum toto redemptionis negotio. Significat ergo Petrus, quòd baptizatus hunc conſequitur effectum, Non ablutionem ſordium externarum, ſed conſcientiā bonam bene reſpondentem apud Deum, hoc eſt, conſcientiā conciliatam Deo. Et hoc per reſurrectionem* I E S V *Chriſti, hoc eſt, per uiuam fidem mortis & reſurrectionis Chriſti, ſeu per fidem totius negotij redemptionis noſtræ, nobis per unicum Chriſtum ſeruatorem exhibitæ. Iſta eſt uirtus, quam habet Baptiſmus, de quo hic mentionem facit Apoſtolorū princeps. Quia Chriſtus amplius non moritur, mors illi ultrà non dominabitur, reliquit & efficaciam ſuæ crucis ac reſurrectionis ipſi Baptiſmo: ut quicunque baptizatur, à ſordibus animæ, hoc eſt, à peccatis ſit ablutus: & à morte ſpiritali ad uitam reſurgat ſpiritalem, ambulans in nouitate uitæ. Quòd ſi contingat poſt Baptiſmum mortalis lapſus, miſericors Dominus fidem uiuam reliquit, ut ea à ſordibus lauemur, & uita donemur, pacatam conſcientiam coram eo deferentes. Roma. 5. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum, per dominum noſtrum* I E S V M *Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorū Dei. Baptiſmus ergo nos ſaluat, quòd innitatur toti myſterio redemptionis noſtræ. hoc eſt, quòd includat in ſe uim illam uiuificam à Deo conceſſam.*

Conſciētiæ bonæ interrogatio.

Reſurrectio quid Apoſtolis ſignificat?

Baptizati beneficium.

Fides reſurrectionis.

Baptiſmi uis & efficacia.

Fidei uiuæ uirtus.

Baptiſmi uirtus.

Chriſtus in dextera Dei patris.

Qui eſt in dextera Dei. *Non dicit, Qui iuſſus eſt ſedere, aut eſſe in dextera. ſed, Eſt in dextera patris, id eſt, qui æqualis eſt Deo patri: ut oſtendat* I E S V *Chriſti diuinitatem. Si tamen naturam humanam cōſideraueris: ipſe eſt in dextera Patris, id eſt, in potioribus bonis Dei patris, quibus copioſißimè fruitur, ſupra omnes Angelos, &* omnem

omnem creaturam. Iſta ſunt, quæ Paulus ad Philip.2. expendit. Propter quod exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine IESV *omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus* IESVS *Chriſtus in gloriam eſt Dei patris. Si hanc Chriſti gloriam conſiderauerimus, excitabit fidem noſtram & animos noſtros ad amãdum* IESVM *ſalutem noſtram. Tanti beneficij nobis exhibiti memoria: qua recolimus omnem creaturam huic ſubiectam, ut obediant, ſiue principatus, ſiue poteſtates, ſiue ſuperi, ſiue infri, & uel inuiti ſeruiant creaturæ iuxta beneplacitum Domini: ſcandalum tandem crucis extenuat, & potentiam uiuificam extollit, ut maiore fiducia ad eum accedamus.*

Deglutiens mortem. *Elegans eſt metaphora. Quemadmodum agimus noſtro corpore, ut quod abſumptum eſt nunquam appareat: ita Chriſtus ſuo corpore egit quando eſt mortuus, ut abſumpta mors fuerit, & nunquam illi apparuerit poſtea, qui per gloriam patris reſurrexit. Compleťq; eſt prophetia à Paulo 1. Corinth.15. ex Oſea 13. allegata, Abſorpta eſt mors in uictoria. Oſeæ 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne. Proponitur ergo nobis* IESVS *Chriſtus tanquam uictor mortis, & deglutiens mortem. hoc eſt, faciens, quòd qui in eum credunt, non moriantur in æternum. Hæc mirum in modum conſolantur conſcientias, pacataſq; reddunt aduerſus peccatum, mortem & carnem. Nam cum remorſum conſcientiæ propter peccatum ſentio: ſtatim recurro ad Chriſtum mihi propoſitum, quem audio factum eſſe peccatum, hoc eſt, hoſtiam pro peccato, ut iuſtitia Dei fiam per illum. Huic fido, & ad eum totus ardens amore recurro. Statim uideo, quòd ipſe mea cauſa factus peccatum, damnat ac deuorat peccatum meum. hoc eſt, hoſtia ſui corporis pro illo ſatisfecit, ut propter hanc offenſam nihil quæratur. Atque tanta ſum libertate donatus, ut peccatum illud, cuius ſeruus eram, nullibi apparere audeat. Imò abſumptum eſt, & perijt. Similiter mortem in carne mea inuenio, quæ me affligit & occidit. Sed habeo cõtrariam mortem, quæ eſt mors mortis meæ, ea crucifigit, deglutit ac deuorat ipſum. Iſta eſt uis & uirtus* IESV *Chriſti, quam caro ignorat, & philoſophia humana capere non poteſt. hanc fide conſequimur.*

Deglutire mortem.

Chriſtus uictor mortis.

Chriſti uirtus.

Conſciẽtiæ remorſus quomodo abijciendus.

Vt uitæ æternæ hæredes efficeremur. *Faciunt quæ ſuperius adduxit Apoſtolus, ut ex Deo naſcamur, & filij eius ſimus. Sed qui filius eſt, illum & hæredem eſſe oportet. Vbi primùm quis ex Deo naſcitur, meretur eſſe hæres, non merito naſcentis, ſed merito eius, cuius gratia fit filius. Merito Chriſti donamur gratia, & efficimur filij Dei. Sed eadem gratia, hanc habemus natiuitatem: ergo & eadem gratia hanc hæreditatem. Quemadmodum in politia & œconomia naſcendo efficimur hæredes: ita & in politia Dei, fides uiua parit nos, & efficit filios Dei, natos ex uerbo, quod eſt uterus diuinus, in quo concipimur, geſtamur, naſcimur, educamur, &c. Hac natiuitate, qua efficimur, & formamur noua creatura per fidem uiuam, dicimur & ſumus Chriſtiani, filij, & hæredes Dei per Chriſtum. Cùm ergo tanti patris ſimus filij, liberi ſumus à morte, eccato, carne, Mundo, diabolo & inferno, quorum Chriſtus uictor fuit. Et habemus uſtitiam & uitam æternam per ipſum. In quem ſemper intuentes, nihil nos ſeparabit ab ius amore: ſed ſemper cum eo manebimus. Longè uerò felicius poſt exutam hanc morlem carnem. Hæc non intelligit caro. Magna pijs uiris conſolatio, cùm audiunt ſe hædes, non regis alicuius potẽtiſſimi, non Cæſaris, non Mundi, ſed Dei omnipotẽtis, crearis omnium. Hanc hæreditatem ſi quis comprehendat, ſe nimirum hæredem Dei, ſe fim Dei eſſe: is re uera, quicquid potentiæ & opum, quicquid magnificentiæ habeat*

Nati ex Deo cui⁹ gratia merentur eſſe hæredes.

Verbũ Dei eſt uterus.

Mundus,

Mundi delicię pijs ſunt ſtercora.

Mundus, duxerit eſſe ſordes & ſtercora comparatione hæreditatis ſuæ cœleſtis.

Profectus in cælum, ſubiectis ſibi Angelis & poteſtatibus & uirtutibus. *Nemini dubium puto, filium Dei, Patri & Spiritui ſancto æqualem,*

Chriſtus ſupra omnem creaturam.

ſupra omnes Angelos, & omnem creaturam eſſe. At quia fortaßis de humanitatis eius exaltatione ſupra Angelos, quidam reſponſarunt & ſubdubitauerunt, neceſſarium exiſtimauit Apoſtolus ſcribere Chriſtum, etiam ſecundum humanitatem exaltatum eſſe ſupra omnes Angelos, quales quales fuerint. Quod manifeſtauit quoque Paulus multis argumentis, 1. & 2. cap. ad Hebr. iuxta Pſal. 8. Gloria & honore coronaſti eum Domine, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Ad Epheſ. 1. Suſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum & poteſtatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomē, quod nominatur, non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Ipſe ergo Chriſtus, dominus eſt Angelorum, & uniuerſæ creaturæ. Nolim ex his Apoſtoli Petri uerbis, cùm ait, Subiectis

Chriſtus Angelis maior.

ſibi Angelis: intelligas quicquam dißidij inter Deum & Angelos eſſe ſubortum, cuius gratia Chriſto ſunt ſubiecti. Sed hoc loquendi modo manifeſtatur gloria IESV *Chriſti, qui ſupra omnes cœlos eleuatus regnum accepit æternum. In quo omnibus imperat, & Angelis utitur, ut creaturis. quare maior eſt Angelis.*

CONCILIATIO.

CVM *manifeſtum ſit hæreſiarchas, Arrium, Sabellium, & alios non parum nocumenti attuliſſe uiris pijs ac fidelibus: quomodo Petrus tam conſtanter aſſerit, Et quis eſt,*

Dęmon nō cogit, ut inuiti peccemus. Non peccamus inuiti.

qui uobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? quaſi dicat, Nullus. Reſpondeo, Quemadmodum diabolus tentans inclinat & propenſum reddit animum ad peccandum, non tamen compellit, cogit'ue ut qui tentatur inuitus peccet, ſed peccat tentatus, quia liberè tentari conſentit: ita & hæreſiarchæ potuerunt inducere fideles ad conſentiendum errori, conſilio, fauore, minis, & alijs huiuſmodi. Sed ſi ueri fuerint æmulatores, non conſenſerunt. Hoc re uera omnibus perſuaſum eſſe uelim, quod præclarè ait Chryſoſtomus, Neminem lædi, niſi à ſeipſo.

DICTIO.

Capillatura.

CAPILLATVRAM *dicit pro criſpatura & contextu capillorum.*

Locuples.

LOCVPLES, *penultima correpta, locupletis, penultima longa, qui diues eſt locis & poſſeßionibus multis.*

Oculus Domini. Vultus Domini.

OCVLI Domini, *& uultus eius, allegoria ex hominibus ſumpta, præſertim magnatibus, quorum eſt potißimùm oculorum nutu agere. quos enim fauore dignantur, clementer apertis oculis intuentur: quos uerò abominantur, clauſis oculis & preßis palpebris, aut truculenter in altum porrectis auerſantur. Ita oculi Domini ſuper pios clementer aperti: ſuper impios aut clauſi, aut ſurrecti dicuntur.*

BAPTISMA *& Baptiſmus dicitur, ſignificat tinctionem. Vt autem dicitur*

Baptiſmus uarijs modis accipitur.

ſignum Chriſtianorum & ſacramentum, eſt tinctio in aqua, qua in gregem Chriſti & ordinem innouandorum ſpiritu recipiuntur, qui tinguntur ſeu baptizantur. Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu ſancto. Interdum Baptiſmus dicitur Crux, ſiue Calix Dominicæ paßionis & mortis eiuſdem. Marc. 10. Poteſtis baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari? id eſt, ſupplicium mortis ſufferre? Dicitur & Baptiſma, lotio ſordium externarum, ut hoc cap. dicit Apoſtolus. Eſt & baptiſmus ſanguinis, de quo multa diſſerit Cyprianus, libro de exhortatione martyrij ad Fortunatum. Eſt baptiſmus flaminis, eſt & Baptiſmus fluminis ſeu aquæ. Sed de his uide in 4. Sententiarum multa.

DEGL

DEGLVTIRE, *eſt deglubere & deuorare. Quod enim deglutimus, ait Beda, agimus, ut uirtute noſtri corporis abſumptum nunquam pareat. Et deglutiuit mortem dominus, quam reſurgens à mortuis ita funditus conſumpſit, ut nihil contra ſe ultra per attactum alicuius corruptionis ualeret, ac manente ſpecie ueri corporis, abeſſet prorſus labes omnis priſcæ fragilitatis.* Deglutire.

Armamini] armemini. & induite uos ſimili ꝓpoſito animi.
Sufficit] Sat enim eſt nobis, ꝙ anteacto uitæ tempore uoluntatē gētium patrauerimus, quum uerſaremur lasciuijs.
Admirātur] uelut peregrini res alienæ regionis. Vel abſurdum illis uidetur ꝙ nō accurratis unà cū ipſis in eādem luxus effuſionem, qui de uobis male loquū tur, &c.
Prudentes] ſobrij. temperati
Cōtinuam] uehementem.
Operit] Operiet, qui enim charitate præditus eſt, à multis peccatis abſtinet quæ alij patrare ſolent.
tāꝗ] ſubaudi, loquatur.
Nolite peregrinari] ne cōmoueamini perinde ut re noua & inſolita ne admiremini, &c.
In feruore] dū per ignē explo amini, quę res d experimentum ueſtri ſit.
Exprob.] probris afficimini Chriſti ſris.
Quod eſt honoris, &c.] gloria ſpirit' Dei i obis requieſcit. l refocillatur per uos.
Maledic'] malefic'. facinoro

Carnis mortificatio, & mutua dilectio habenda. CAP. IIII.

CHRISTO igitur paſſo in carne, & uos eadem cogitatione armamini. quia qui paſſus eſt in carne, deſijt à peccatis: ut iam non deſiderijs hominum, ſed uolūtate Dei quod reliquum eſt in carne uiuat temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad uolūtatem gentium conſummandam, his qui ambulauerunt in luxurijs, deſiderijs, uinolentijs, comeſſationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus. in quo admirantur non concurrentibus uobis in eandem luxuriæ confuſionem, blaſphemantes. qui reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare uiuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatum eſt: ut iudicētur quidem ſecundum homines in carne, uiuant autem ſecundum Deum in ſpiritu. Omnium autem finis appropinquauit. Eſtote itaque prudentes: & uigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in uobiſmetipſis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicem. Sine murmuratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes: ſicut boni diſpēſatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur: tanquam ſermones Dei. Si quis miniſtrat: tanquam ex uirtute, quam adminiſtrat Deus. Vt in omnibus honorificetur Deus per IESVM Chriſtum: cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen. Chariſsimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem uobis fit, quaſi noui aliquid uobis contingat: ſed communicātes Chriſti paſsionibus, gaudete, ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & uirtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus: ſuper uos requieſcit. Nemo autem ueſtrum patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Chriſtianus: non erubeſcat, glorifi-

Ceſſandum à peccatis. Ephes. 4. c
Vigilia. Oratio. Charitas. Prouerb. 10. b
Hoſpitalitas. Roma. 12. c Hebr. 13. a Philip. 2. b
Afflictiones propter Chriſtum.

cet autem Deum in iſto nomine. quoniam tempus eſt ut incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? Et ſi iuſtus quidem uix ſaluabitur: impius & peccator ubi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur ſecundum uoluntatem Dei: fideli creatori commendent animas ſuas in benefactis.

Prouerb. 11. d

ſus, alienorum curioſus explorator.

In iſto nomine] uel i parte hac.

Fideli creatori] ut fideli conditori, uel poſſeſſori.

Benefactis] benefaciendo.

Chriſto igitur paſſo in carne, & uos eadem cogitatione armamini. *Agnoſcens princeps Apoſtolorum uitam hominis ſuper terram eſſe militiam, alludit ad ducem exercitus & arma militaria. Ducem quidem proponit Chriſtum, in quo, cùm ſint omnia ad militiam facientia (In eo enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei) hortatur nos ad arma patientiæ & tolerantiæ, ut quibus aduerſarios deuicit Chriſtus, paribus ad hanc pugnam armis accingamur. Neque ſolum nos inuitat exemplo Chriſti ad patientiam, ſed etiam ad uitæ integritatem & puritatem: ad quam quæ ſequuntur pertinent. Cùm Chriſtus (ait) paſſus ſit in carne, non ſolùm quum mortuus eſt pro nobis, ſed etiam toto uitæ ſuæ tempore, afflictiones & paßiones noſtra gratia in ſuo corpore portauit: Vos qui nihili eſtis, armemini eadem cogitatione: hoc eſt, induite eandem cogitationem, & ſentite in uobis, quod in Chriſto IESV: uelut armantes uos. Has Chriſti afflictiones ſi fuerimus meditati, arma erunt ad propulſandas & extinguendas concupiſcentias. Hac meditatione carnem noſtram cum uitijs & concupiſcentijs crucifigemus, ut Chriſto uiuamus.*

Vita hominis ſuper terrã militia eſt.

Chriſt° omnia arma aduerſus hoſtes habet.

Quia qui paſſus eſt in carne, deſijt à peccatis. *Meditationes dominicæ paßionis, ſimul & afflictiones mortificant carnem, ita ut iam carni non uiuamus, ſed moriamur. À fructu & efficacia armorum Chriſti, ad patientiam hortari perſeuerat. Quia qui paſſus eſt in carne, id eſt, qui mortificatus eſt carne, ſeu eſt mortuus carni, deſijt à peccatis, id eſt, uiuificatus eſt ſpiritu, ſeu iuſtificatus eſt, ambulans in nouitate uitæ. Aut, Qui mortificatus eſt in carne, id eſt, qui afflictiones patienter in carne tolerat, hunc conſequitur patientiæ fructum, ceſſat à peccato, & ſanctè uiuit. Referri poſſet hæc clauſula ad Chriſtum, in hunc ſenſum, Qui paſſus eſt in carne, hoc eſt, qui pro nobis mortuus eſt, deſijt à peccatis, id eſt, deſinere ac ceſſare fecit peccatum: ut quod reliquum eſt uitæ, Deo, & non deſiderijs carnis uiuamus. Accommodatior mihi uidetur ad ſenſum Petri prior interpretatio. ad quam pertinet quod dicit Paulus, 1. ad Corinth. 9. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.*

Carnis mortificatio fit crucis meditatione.

Deſinere à peccatis.

Vt iam non deſiderijs hominum, ſed uoluntate Dei, quod reliquum eſt in carne uiuat temporis. *Elegans eſt antitheſis, qua deſiderijs hominum, uoluntatem Dei opponit, ut oppoſita membra, modis uiuendi contrarijs opponantur. Cùm uiuitur carni, deſideria eius fiunt, & non Dei uoluntas. Sed qui moritur carni, deſideria eius non facit, & Dei uoluntati per omnia obtemperat. Qui ergo afflictiones patienter tolerat in carne, deſijt à peccato: ut iam quod reliquum eſt uitæ, uiuat iuxta Dei, non autem carnis, uoluntatem. Quòd ſi rogaueris, quæ eſt Dei uoluntas? Reſpondet Paulus 1. ad Theſſa. 4. Hæc eſt enim uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra: ut abſtineatis uos à fornicatione: ut ſciat unuſquiſque ueſtrum, uas ſuum poßidere in ſanctificatione & honore.*

Carni uiuere.

Carni mori.

Voluntas Dei erga nos.

Suffic

Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem gentium conſummandam. *Ad uitæ puritatem, & Chriſtianam pietatem hortatur, argumento ab antecedentis uitæ impuritate ſumpto. Quam dixerat prius concupiſcentiam, nunc eandem uocat uoluntatem Gentium ſeu Ethnicam. Viuendum eſt Chriſtianè & purè. Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem gentium, hoc eſt, Satis eſt hactenus impiè & ſceleroſiſsimè uixiſſe. ac ſi diceret, Hora eſt iam à peccato reſurgere: Et hoc cùm iam ſit uobis nota uia ſalutis, cognoſcatisq; per unicum Chriſtum, peccatum eſſe expiatum. Aut dici poteſt in hunc ſenſum, Satis ſuperq; ſatis eſt omni flagitiorum genere ſe conquinaſſe, antequam innoteſceret Chriſti beneficium. Sed cùm audiamus agnoſcamusq; patrem cœleſtem omnes theſauros gratiæ nobis in Chriſto dediſſe: iam non Ethnicè & gentiliter, hoc eſt, impurè & ſecundum priſtinam malam uitam, ſed purè & ſecundum uoluntatem Dei uiuamus.*

Voluntas gentium.

His qui ambulauerunt in luxurijs. *Genus duntaxat dixerat, cùm dixit, Ad uoluntatem gentium conſummandam. Nunc illius ſpecies & membra adducit, quibus apertius intelligetur carnalis illa gentium uoluntas uoluntati diuinæ oppoſita. Nomine luxuriæ intelligit omnem luxum & ſceleſtam conſuetudinem ad carnis opera.*

Luxuria.

Deſiderijs. *Id eſt, laſciuis, infrænatis & innominatis.*

Deſideria.

Vinolentijs, comeſſationibus, potationibus, ebrietatibus. *Vini & crapulæ ſtudium prohibet, à quo carnis deſideria, petulãtia & laſciuiæ infinitæ pullulant. Secundò arguit inexhauſtam illam frequenti menſarum apparatu ingluuiem factam. Tertiò uetat illam uini inexplebilem ingurgitationem, eorum maximè, qui & ad numerum atque ad æquales potus & bibunt, & alios prouocant, totam noctem uacuandis cyathis producentes.*

Vini & crapulæ ſordes.

Vinolentiæ. Comeſſatiões. Potationes.

Et illicitis idolorum cultibus. *Nefarius & ſceleſtiſsimus eſt idolorũ cultus, quem eleganter depingit Sapiens Sapien. 14. Aut enim filios ſuos (ait) ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas uigilias habentes, neq; uitam, neque nuptias mundas iam cuſtodiunt, ſed & alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contriſtat: & omnia commiſta ſunt, ſanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus bonorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ. Infandorum enim idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initium, & finis. Vocat Petrus Idolum, quicquid Deo prætuleris uel æquaueris, uel in quo ſpem collocaueris. Vnius Dei ſummum cultum habeamus neceſſe eſt.*

Idolorũ cultus nefarius.

Idolum.

In quo admirantur non concurrẽtibus uobis in eandem luxuriæ confuſionem, blaſphemantes. *Ea eſt carnis ingenita malitia, ut ſemper oderit quæ faciunt ad uitam ſpiritalem. In quo, id eſt, propter quod, aut quia mortui eſtis carni, & uitam non ducitis in luxurijs & concupiſcentijs, quam olim uixiſtis, iuxta concupiſcentiam Ethnicam, & cum his qui in ſuis permanſerunt deſiderijs, admirationi eſtis ijs, quibuſcum gentiliter uiuebatis. Nunc autem cùm uident uos ſuis moribus ex diametro aduerſantes, & uitam ueſtram nullo modo ſuæ reſpondentem, uos arbitrantur ſtultos & deliros: dicentes, Quàm inſaniunt iſti, qui malunt afflictiones pati, quàm in delicijs uiuere! Qui ſolebant ſcortari, alea ludere, comeſſari, compotare, & hilarem ducere uitam: nunc ieiunijs, abſtinentia, fletu, lachrymis, planctu, & huiuſmodi ſeipſos macerant, excarnificant. Ò ridiculos uiros! ô meram amentiam! Neque his contenti atrociora iaculantur conuicia. Stupeſcunt blaſphemãtes in uos ipſos, quod non*

Carnis malitia.

conuiuatis in eadem colluuione ac redundantia laſciuiæ & deſideriorum carnis, quæ pro ſui animi libidine exercent occæcati: non conſiderantes quàm tutò peregrinamini ad eam uitam, quam æternum uiuetis.

Qui reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare uiuos et mortuos. Afflictos & piè uiuentes conſolatur, argumento à præmio & pœna ſumpto.

Cōuicijs cōuicia nō reſcilenda.

Nolo conuicia conuicijs rependatis, ait Apoſtolus. Hoc docui non faciendum, & à Domino prohibitum. Harum blaſphemiarum ultorem Deum habebunt, ad cuius tribunal ſiſti omnes oportet, ut unuſquiſque recipiat ſecundum ſua opera. Chriſtus, cuius gratia uos perſecutiones patimini, Iudex is eſt futurus. Acto. 10. Ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex uiuorum & mortuorum. Nam pater omne iudicium dedit filio. Huc pertinet quod ſcribitur Eccleſiaſtici ultimo, Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudiciū, pro

Viui & mortui.

omni errato, ſiue bonum ſiue malum ſit. Cùm dicit, uiuos & mortuos: intelligit fideles & infideles, electos, & reprobos: ut ne quis putauerit ſe poſſe iudicium illud euadere. Impij æternis mancipabuntur ſupplicijs. Vos uerò cum reliquis pijs, ſi in fide & religione Chriſtiana ad finem uſque perſeueraueritis, non modò corpora ueſtra, quæ nunc ab aduerſarijs affliguntur, reſurgent glorioſa, ſed & uitam illam beatam conſequemini per Chriſtum, cui omnis honor & gloria.

Propter hoc enim, & mortuis euangelizatum, &c. Duos Fidei articulos hic contextus comprehendere uidetur. Priorem, quòd Chriſtus ad inferos deſcendit. Alterum, quòd omnes in carne reſurgent iudicandi. Propter hoc enim, id eſt,

Chriſtus mortuis euangelizatus.

quia iudicaturus eſt Chriſtus uiuos & mortuos, euangelizatum eſt mortuis. Id eſt, Chriſtus nuntiatus eſt uniuerſorum iudex, ijs qui è uiuis exceſſerunt in ſinum Abrahæ, quos reſurgens eduxit de carcere. Hæc autem annuntiatio Chriſti à mortuis reſurgentis, deuicta morte & triumphata, duo indixit. Prius ut iudicentur quidem ſecundum homines in carne. Quia è carcere per Chriſtum non exierunt in cœlum cum corpore, expectanda eſt generalis illa carnis reſurrectio, illis nuntiata. Aut ut iudicentur ſecundum

Caro nūquam credit. Peccata abolita i carne Chriſti.

homines in carne prædicauit, quòd licet ſecundum homines carne iudicari deberent & condemnari, propter peccata & incredulitatem ipſius carnis (quæ nunquam credit) uicturos tamen ait cum ipſo in Deo per ſpiritum, nuntians ipſa carnis peccata abolita & damnata eſſe in carne ipſius Chriſti, id eſt, ſuo beneficio & ſui corporis litatione. Secundum, ut dum expectatur illud generale iudicium, quando generalis erit carnis reſurrectio, interim uiuant ſecundum Deum in ſpiritu, hoc eſt, animæ ſint beatæ cum Chriſto. Colligamus ex his, tanto ſtudio promulgatum fuiſſe Euangelium, ut hoc neq; defunctos neque uiuentes, neque angelos ipſos latuerit, cùm & ſuperis & inferis nuntiatum ſit. Hanc loci huius explanationem, ſaluo meliore iudicio ſcripſerim, quæ conuenit cum his

Auguſtinus.

quæ paulò antè cap. 3. annotauimus. Subſcribam tamen illius magni doctoris Beati Auguſtini interpretationem, ex 99. epiſto. Propterea (ait) in hac uita & mortuis euangelizatum eſt, id eſt, infidelibus & iniquis, ut cùm crediderint, iudicentur quidem ſecundum homines in carne, hoc eſt, in diuerſis tribulationibus, & in ipſa morte carnis: uiuant autem ſecundum Deum ſpiritu: quia & in ipſo fuerant mortificati, cùm morte infidelitatis & impietatis detinerentur. Hæc ille.

Omniū autē finis appropinquauit. Occupatio eſt. Dicent, qui deſiderijs carnis ſtudēt, Omnia Petrus remittit ad iudiciū & diem illum extremum. Terminus ille remotiſſimus eſt: interim uiuamus uoluptuosè, & pro noſtræ carnis libidine uitam ducamus. At Petrus hos deterret à nefarijs illis præſumptionibus & deſiderijs, argumento

à breui

à breuitate uitæ, & iudicio inſtante, ſumpto. Certi eſtote. Quemadmodum omnium rerum eſt uiciſsitudo, ita & omnium rerum inſtat finis. Nihil eſt quod longo tempore durare poſsit inter hæc mortalia. Propterea legimus apud Plutarchum, Cùm exiguum uitæ tempus datum ſit hominibus, ſomnus uelut fœnerator dimidium eius auſert. Tum hec uita nihil aliud eſt quàm curſus ad mortem: at ea, quibus nituntur Chriſtiani, immortalia ſunt.

Finis rerũ oĩm. Vitę tẽpus exiguum.

Eſtote itaque prudentes, & uigilate in orationibus. *Alludit Apoſtolus ad ea quæ Chriſtus Matthæi 24. & Luc. 21. dicebat, Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Sunt & alia ab eodem illhic tam clarè pronuntiata, ut huius loci eſſe poſsint uice commentarij. Quidam adnotant Græcis eſſe, Eſtote ſobrij, ſiue uigilate. Nam νήφω, Græcis utrunque ſignificat. Peculiare eſt Apoſtolis, hæc tria coniungere, ſobrietatem, uigiliam, & orationem: ut ſobrietas opponatur luxui & crapulæ: uigilia, ſomnolentiæ & inertiæ. Eò tendit ſobrietas, ut promptiores ac magis idonei ſimus ad fundendas preces, tum pro nobis, tum pro proximis. Sobrietas, uigiliæ, & orationes noſtræ, ſunt arma noſtra ſpiritalia aduerſus ini micos & aduerſarios carnales. Noſter interpres legit Prudentes. Et apud Paulum, ad Tit. 1. Prudentem ſiue modeſtum, ubi Græci dicunt, σώφρων, quæ uox ſignificat ſobrium, & ſanæ mentis. Ex mente Apoſtoli & interpretis neceſſe eſt intelligamus, eum, qui in omnibus actionibus ſuis, & in omni conuerſatione ſua, prudenter, temperatè ac modeſtè ſeſe gerit. Eſtote ergo prudentes, id eſt, ſobrij & modeſti in omni re per uos agenda. Hæc ſobrietas ieiunium adducit, ſi neceſſe fuerit. Quod non ſolùm fit, ut dometur caro, ſed etiam ut intentius precationi incumbatur. Vnde ſemper ferè hæc duo iunguntur, Ieiunium & oratio. Qui ſobrius non eſt, prudens & uigilans in rebus agendis eſſe non poteſt, ſibi & alijs proſpicere nequit, ſiue in rebus pietatis erga Deum, ſiue in alijs rebus, quæ ad politiam aut rem etiam familiarem & domeſticam pertinent.*

Sobrietas. Vigilia. Oratio.

Arma ſpiritalia.

Prudentes. Ieiunium.

Sobrietas comes uigiliæ.

Ante omnia autem, mutuam in uobiſmetipſis charitatem continuam habentes. *Actionum omnium ſpiritualium formam adducit, Charitatem ſcilicet, ſine qua nihil eſt quod ad uitam & ſpiritũ faciat. Non quãuis charitatẽ cõmendat, ſed cõtinuam, id eſt, feruentem, uehementẽ & ardentẽ, quam ſemper proximo debemus, tametſi illã hodie exhibuerimus. Autore Paulo, Roma. 16. Nihil quicquã debeatis, niſi ut inuicẽ diligatis. Eſt certè quædã ſimulata charitas, quã peſtilentiorẽ crediderim manifeſta inuidia. Ergo uoſmetipſos mutuò amate, mutuã exercentes ſine ſimulatione beneficentiam. Hanc charitatem Paulus ad Coloſ. 3. uocat uinculum pacis.*

Charitas oĩm actionum ſpiritualiũ forma.

Vinculũ pacis.

Quia charitas operit multitudinem peccatorum. *Dixerat prius Deum ultorem, uenturumq́; ad iudicium. Nolite his uerbis terreri. Exercete feruentem charitatem: quia ſi mutuam exercueritis beneficentiam & uitæ puritatem, charitas ita operiet peccata, ut nullibi apparitura ſint: etiam cùm ſtandum erit coram illo iudice mano, qui iudicaturus eſt uiuos & mortuos. Quando mutuam ſeruatis charitatem, citra negotium & difficultatem euaditis omnem ſcelerum congeriẽ. Dilectio enim (ait Paulus) malum non operatur. Imò tantum abeſt operetur malum, ut omnium malorum ſit propulſatrix, & uirtutum omnium ſit origo, operumq́; Deo placentium forma & uita. ...ò ab hac charitate ſpiritualia dicuntur opera mercede & retributione digna.*

Charitas operit peccata.

Charitatis uis & genius.

Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. *Philoxeniam, hoc eſt, amici... affectum erga peregrinos commẽdat, quã charitati coniungit: quòd in hoſpitalitate*

Philoxenia.

Hoſpitalitas.

hæc, omnia alia Chriſtianorum officia & pietatis ſeu miſericordiæ comprehendat. Vult hanc exerceamus ſine murmuratione, hoc eſt, nō inuiti, ſed ex animo læto, prompto, &

Hilariter dandum.

hilari. Hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. Hoc hoſpitalitatis munus nō impletur ſolùm ex communicatione tecti, cibi, potus, & aliorū quæ ad corporis refocillationem faciunt, ſed etiam mutua conſolatione & uerbo ſpirituali. ut intelligatur hæc beneficentia & hoſpitalitas in Chriſti commendationem fieri. de qua Matth. 25. multa leguntur. Huc pertinet quod Paulus ſcribit Hebr. 13. Charitas fraternitatis apud uos maneat, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Quòd ſi cui deſit facultas ad exercendam hoſpitalitatem, tamen ſi ſyncerè diligat, non deerit uoluntas.

Hoſpitalitatē implere.

Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, &c. *Ad officia & functiones charitatis hortatus, nunc quorundam ſupercilium reprimit, qui faſtu quodam & arrogantia, cum aliorum contemptu, quæ uera ſunt Dei, ſibi aſcribunt. Vnde neceſſe eſt diſſidia suboriri in Eccleſia Dei. Suam enim quiſq; opinionem probat, alterius reprehendit. Fiunt Sectæ. Nam non uno ducuntur ſpiritu, atq; ita ſecta ſemper parit ſectas, & alia aliam damnat. Ceſſante unitate, ſecundum Mathematicos, progreditur numerus uſq; in infinitum: Sic læſa & ablata unitate ſpiritus, neq; in doctrina, neq; in moribus poſſibile eſt manere cōcordiā, ſed ſubinde noui utrinq; naſcuntur errores uſq; in infinitū. At ne in hoc diſſidium incidamus, Petrus generalē regulam tradit, qua unuſquiſq; ſuam functionē dignè adminiſtrare poſſit. Nemo ſibi quicquā boni arrogauerit, quaſi ex ſe habuerit, non à Deo receperit. Sed unuſquiſq; ſicut accepit gratiā, quaſi dicat, accepit, nō ergo à ſe habet, ſed à Deo. Hāc gratiā acceptam in alterutrum adminiſtrantes. Hoc in uobis adminiſtrate, ſeu alius in alium adminiſtret. Non exiſtimemus nos horum donorū dominos, ſed adminiſtros ac diſpēſatores, nō otioſos, ſed in gloriam Dei & utilitatem proximi. Multiformis eſt hæc Dei gratia. Hoc eſt, uaria ſunt dona, non æqualia. Propterea cogitet quiſq; apud ſe ad quæ munia dominus illum uocauerit, & quibus donatus eſt donis, ut illis operam nauet in Dei gloriā. Omnia enim diſpenſat dominus ſapiens ſecundum beneplacitū ſuum. Ne quis ſibi diſplliceat, ſi minus alio uideatur aſſequutus. Neq; ſibi plus tribuat, ſi cæteris præcellat. Omnia ſunt Dei, qui hæc largitur, ut eum agnoſcamus, & ijs utamur donis ad ſuæ Eccleſiæ ædificationē. Quare ſi tibi magiſtratus, aut magna eruditio, & eiuſmodi contigerit, caue abutaris ad faſtum, commodum proprium ſeu quæſtum, arrogantiam aut inanem gloriam. Sed conſidera donum hoc acceptum à Deo, ad eius gloriam, & proximi commodum ac utilitatem. Plura de ijs habentur Roma. 12. 1. Cor. 12. & Epheſ. 4.*

Diſsidia.
Sectæ.
Vnitas principium numeri.
Bona omnia à Deo.

Si quis loquitur, tanquam ſermones Dei. *Chriſtus mittens Petrum & alios in Mundū uniuerſum, Matt. ult. dixit, Euntes ergo, docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, docētes eos ſeruare omnia quæcūq; mandaui uobis. Ab hoc præcepto Domini ne recedant, qui donum linguæ habēt. Doctores maximè hortatur Petrus, quos uult nihil docere, quod non ſit iuxta ipſius Spiritus doctrinā, hoc eſt, non ſuos, ſed Domini loquantur ſermones, exiſtimentq; ſe nō alios eſſe quàm organa diuinæ uocis. Nihil enim in Eccleſia Dei aliud tradendum eſt, tractandum'ue, quàm purū Dei uerbū. Nō ergo ſolo illo titulo theologico gloriandū, ſed quod donatū ſit, ſyncere ac purè tractare uerbum Dei. In cuius ſignum donata eſt illa laurea theologica, quæ nulli faſtum & ſupercilium, ſed potius humilitatem ad Dei gloriā, pro accepto dono pariat: ut auditores ſentiant ſermones huius, eſſe ſermones iuxta uerbum Dei, agnoſcantq; hunc Eccleſiaſten, uerum eſſe diuinæ uocis organum.*

Doctrina ōis ſit à ſpiritu.
Verbum Dei purum.

Si quis

Si quis miniſtrat, tanquàm ex uirtute, quam adminiſtrat Deus.
Magiſtratus omnes alloquitur, ut intelligant ſe non ſua uirtute & autoriate, ſed Dei robore ſuam functionem exercere. Hoc eſt, cognoſcant ſuum magiſtratum, non penes hominē, ſed penes Deum eſſe. Meminerint ergo magiſtratus, ſe non dominos, ſed Dei miniſtros: non ſuo robore & potentia nitantur. Hoc ſi faciunt, tyrannidem, nō ueram functionem exercent. Imperandum eſt, pro tribunali ſedendum eſt: ſed ſecundum Dei uoluntatem, non ſecundum affectus humanos: ſecundum uim & uirtutem à Deo acceptam, non ſecundum uim humanam & ſenſualem ſeu animalem. Concludamus ex hac Petri doctrina, Omnium functiones & officia ſint in Dei gloriam, & proximi ædificationem. Cognoſcanturq; dona eſſe, quorum nos miniſtros fecit Dominus, qui adminiſtrat, id eſt, ſuppeditat, ſiue ſubminiſtrat hanc uim & uirtutem functionis exercendæ.

Magiſtratus à Deo ſunt.

Vt in omnibus honorificetur Deus per IESVM Chriſtum: cui eſt gloria & imperium, in ſecula ſeculorum. Amen. *Hæc eſt cauſa, propter quam: ſiue iſte eſt ſcopus, quò tendunt omnes functiones noſtræ, ut glorificetur Deus per Chriſtū. Cùm nullus ſit nobis acceſſus ad Deum, niſi per IESVM Chriſtum: neque operibus noſtris Deum glorificare poſſumus, niſi uirtute Chriſti innitantur, propter quem lucem habeant & ſplendorem coram Deo, iuxta uerbum Domini, Matthei 5. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus: ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt. Conſectaneum eſt, ut Deo per Chriſtum omnis gloria debeatur ſemper.*

Functionū oīm ſcopus.

Chariſsimi, nolite peregrinari in feruore, &c. *Vox, Chariſsimi, ſpecimen eſt lenitatis Apoſtolicæ, & admodum blanda colloquutionis formula, paternum ſpirans amorem, argumento à rei antiquitate ſumpto, ad patientiam hortatur. Venerabilis Beda poſt beatum Cyprianum, lib. 4. Epiſt. 6. legit, mirari, licet quidam codices habeant, peregrinari. Nolite nouum putare quod apud maiores exploratiſsimū fuit, ſi in hac*
uita exuſtionē ac feruorem patimini. expoſiti nanq; eſtis tentationibus, ueluti aurum igni,
ut multis tribulationibus & patientia probati, coronā & præmium reportetis maximū.
Aut, Nolite peregrinari. pro, Nolite peregrinum & alienum à fidelibus membris Chriſti
putare, ſi tentationibus & tribulationibus uarijs affliguntur pij, hoc recens & nouū non
ſt. Quoniā à ſanguine Abel iuſti, uſq; ad ſanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quem occi-
erunt inter templum & altare, imò uſque ad nouiſsimum iuſtum, ſemper impij pijs &
delibus aduerſantur. Nolite ergo mirari & commoueri, quaſi re noua & inſolita, tan-
uam animo excidatis, ac animos deſpondeatis in feruore: id eſt, exuſtione, quæ ad tenta-
onem fit. Id eſt, dum uos quaſi per ignem & afflictiones probamini, quaſi noui uobis
liquid contingat. hoc eſt, ne putetis antea à maioribus inauditam eſſe hanc tentationem
r examinationē per ignē. Tropus eſt ſcripturæ, cùm uocat afflictiones feruorem, & ue-
ti feruētem fornacē, quemadmodum primo capite, Modicum nūc ſi oportet cōtriſtari in
rijs tentationibus: ut probatio ueſtræ fidei multo prætioſior auro, quod per ignē pro-
tur, inueniatur in laudē. Vult fidem noſtram, tāquam aurum per fornacem ceu tribula-
nes probari. Hoc idem explicat pſal. 16. & 26. Iſta nihil aliud quàm uehementem di-
tionem inſinuant. Eò datæ ſunt afflictiones, ut à carne auerſi guſtemus quæ ſunt domi-
Dei, ſentiamusq; uirtutem eius fide firma & charitate non ficta.

Feruor pro afflictione.

Afflictionū ſcopus.

Sed communicantes Chriſti paſsionibus, gaudete, ut &c. *Hunc*
um apertiſsimè explicat beatus Paulus 2. ad Timoth. 2. Fidelis ſermo. Nam ſi cōmortui
us: & conuiuemus. ſi ſuſtinebimus: & conregnabimus. Si negauerimus: & ille negabit

nos.

nos.Si non credimus:ille fidelis permanet,negare ſeipſum non poteſt.Sed communicãtes, id eſt,Sed quatenus communicatis Chriſti paßionibus,communicate uos, ô filij,paternis conditionibus.Tantum abeſt ut dolendum metuendum'ue ſit cùm affligamur,ut potius ſi fide ſapimus, gaudendum ſit nobis,quòd Chriſti patris noſtri afflictionum conſortes & participes ſimus.Vnde certißimo id erit nobis argumẽto,quòd breui hac peregrinatione abſoluta,ſedes illas beatas adeamus,ubi æternum cum Chriſto duce noſtro,in reuelata & manifeſtata gloria uiuamus gaudentes & exultantes ad ſaturitatem. Vt fiat quod à Dauide magnopere deſiderabatur,Satiabor,cùm apparuerit gloria tua.

Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis. *Occupatio eſt.Dicent aliqui.Durißimum eſt,cùm nos etiã in propatulo opprobrijs afficiũt.Nos fuſtuario dignos dicũt,perpetua commaculamur ignominia,etiã apud poſteros. Eſt ſane (ait) magni & excelſi animi ferre cõuicia,ut propheta hortatur, Pſal.41.Fuerũt mihi lachrymæ meæ,panes die ac nocte,dũ dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus tuus.Et pſal.54.Si inimicus meus maledixiſſet mihi,ſuſtinuiſſem utiq;. Et pſal.38. Opprobrium inſipienti dediſti me.Hanc uim,hunc animum daturus eſt is,cuius gratia patimini.Sed tanta eſt remuneratio his ueſtris afflictionibus pro re iuſta: his opprobrijs & cõtumelijs pro nomine Chriſti uobis illatis,tantus reſpondet fructus,ut nihil metuẽdum ſit uobis.Hoc nomine Chriſti beati eritis. Nunc beati in ſpe,& tandem his miſerijs abſoluti reuelata facie, beati eritis, uidentes eum, pro cuius nomine in afflictionibus patienter duraſtis. Quod ſignificantius expreßit Chriſtus, Luc. 6. Beati eritis cùm uos oderint homines, & cùm ſeparauerint uos,& exprobrauerint,& eiecerint nomen ueſtrum tanquam malum,propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate,ecce enim merces ueſtra multa eſt in cœlo.*

Conuicia ferre eſt magni animi.

Beati in afflictionibus durantes.

Quoniam quod eſt honoris, gloriæ & uirtutis Dei, &c. *Cauſam adducit, propter quam non eſt quod metuendum ſit nobis, quòd iniuria, opprobrijs & ignominia afficiamur. quaſi uerò hæc ignominia nobis adhæreat, æternumq; nobiſcum maneat. De his nolite (ait Apoſtolus) ſoliciti eſſe.Quia,quod eſt honoris,gloriæ,& uirtutis Dei.id eſt, quod eſt meritum honoris & gloriæ per Chriſtum. Aut, honor,gloria, & uirtus Dei, imò & qui eſt eius ipſe ſpiritus. id eſt, ipſe Spiritus ſanctus, qui Spiritus Dei dicitur, eſt ſuper uos communicantes afflictionibus Chriſti. Vult dicere Apoſtolus, quòd pro iuſta & pia cauſa, ſeu pro nomine Chriſti perſequutiones patimini, non eſt uobis ignominia. Imò id cedit uobis in gloriam, Deo uerò in laudem.Spiritus enim glorioſus ſuper uos requieſcit, qui infundit uobis gratiam patientiæ, & in tribulationibus uos conſolatur. Poſt hæc uerba, Græci addunt illa, Secundum illos quidem blaſphematur, ſecundum uos autem glorificatur. quæ uerba non reperiuntur in Latinis exemplaribus. Allegantur tamen à Beato Cypriano epiſtola ſexta, lib. 4. Cuius uerba ſi adſcripſero, ad huius totius loci explanationem, non ingratam rem me lectori ſpero facturum. Charißimi, nolite mirari ardorem accidentem uobis, qui ad tentationem ueſtram fit, nec excidatis, tanquam nouum uobis contingat, ſed quoties communicatis Chriſti paßionibus, per omnia gaudete, ut & in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. Si improperatur uobis in nomine, beati eſtis, quia maieſtatis & uirtutis Domini nomen in uobis requieſcit. Quod quidem ſecundum illos blaſphematur, ſecundum nos autem honoratur. Hactenus ille. Duo illa uerba,blaſphematur,& honoratur, referuntur ad Spiritum, ſiue gloriam Dei, quæ impiorum & perſequentium tyrannorum iudicio dehoneſtabatur in ſupplicio & afflictione profitentium: Sed piorum opinione & ſententia, gloria Dei reddebatur illuſtrior. Totus hic locus piorum conſcientias, & eos,*

Pati propter Chriſtũ non eſt ignominioſum

Patientiæ gratia à Deo.

qui

qui pro re pia affliĉtantur, conſolatur. Docuerunt enim nos Apoſtoli (ait Cyprianus) ea quæ de præceptis dominicis & cœleſtibus mandatis ipſi quoq; didicerunt, domino ſcilicet ipſo corroborante nos & dicente, Nemo eſt, inquit, qui relinquat domum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut ſorores, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat ſeptics tantum in iſto tempore, in ſeculo autem uenturo uitam æternam. Gaudere nos & exultare uoluit in perſequutionibus Dominus, quia quãdo perſequutiones fiunt, tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent cœli. Non eſt recuſanda hæc militia, cum in ipſa militia primus ambulauerit Dominus, humilitatis & tolerantiæ & paſsionis magiſter: ut quod fieri docuit, prior faceret: & quod pati hortatur, prior pro nobis ipſe pateretur. Ergo licet ipſa religio, & nos ipſi maledictis afficiamur, tamen exultemus, habentes in nobis Spiritum ueritatis. Et de noſtra religione nobis bene conſcij, nihil morabimur contumelias & opprobria, quæ facilè intelligemus nihil poſſe, tum pietati, tum uiris ipſis pijs officere. Suis malefactis non ſolùm peccant in nos ipſos, ſed & ipſum Deum, qui ſuo tempore commeritas pœnas illis infliget.

Chriſtus prior fecit quod faciendũ docuit.

Nemo autem ueſtrum patiatur ut homicida, aut fur, &c. *Occupatio eſt. Nolim putetis omnẽ afflictionem mereri laudem, nec quẽuis cruciatum facere martyrem. Sed qui pro religionis defenſione, qui pro iuſta & pia cauſa affligitur, is meretur laudem. Qui uerò ob malefacta patiuntur & cruciantur, cõmeritas pendunt pœnas, nihil gloriæ illhic legitur: non tamen illis in cœlum negatur aditus, ſi patienter ferant pœnas quas cõmeruerunt, & uiua in Chriſtum fide è uiuis exceſſerint. Cùm dicit alienorum: inſpectorem intelligit curioſum eorum, quæ nihil ad ſe pertinent. quales ſunt ſeditioſi, malarum artium inuentores, & omnis generis facinoroſi.*

Afflictio ꝑ pia cauſa laudabilis.
Afflictio ob malefacta non meretur laudẽ.
Laqueo ſuſpenſus ſperet.
Inſpector alienorum.

Si autem ut Chriſtianus: nõ erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine. *Si pro re iuſta, pia, et bona cauſa. hoc eſt, pro Euãgelij defenſione affligimur, nõ erubeſcamus. hoc eſt, nõ nos pudeat ſupplicij. nõ pro re ignominioſa ducamus ſuppliciũ, ſed potius laudemus Deũ, qui ꝑ has tẽporarias afflictiões, ad æternas illas ſedes beatas ducit. Non quòd gloriandũ ſit in tormentis. hoc eſt, propter afflictiones, ſed ex eo gloriandũ, quòd ob Chriſtũ patimur. Glorificet. id eſt, laudet Deum in iſto nomine, id eſt, quia patitur ut Chriſtianus, ſeu pro defenſione nominis Chriſtiani.*

Pati pro re iuſta.
Gloriãdum ꝙ ob Chriſtũ patimur.
Glorificare.

Quoniam tempus eſt ut incipiat iudicium à domo Dei. *Grauis eſt hæc ſententia, profundiſsimis abundans ſenſibus, excitans animos, tum piorũ afflictorũ ad patientiã et cõſolationem, tum impiorum ad conuerſionẽ, argumẽto à Dei iudicio & prophetia per elegantẽ collationẽ ſumpto. Alludit noſter Apoſtolus ad illud Ezechiel. cap. 9. Tranſite per ciuitatẽ ſequentes eũ, & percutite, nõ parcat oculus ueſter, neq; miſereamini. Omnẽ autẽ ſuper quẽ uideritis Thau, ne occidatis, & à ſanctuario meo incipite. Itẽ Ierem. 25. Hæc dicit Dominus exercituũ, Quia ecce in ciuitate, in qua inuocatũ eſt nomẽ meũ, ego incipio affligere: & uos quaſi innocẽtes et immunes eritis: nõ eritis immunes. Gladiũ enim ego uoco ſuper omnes habitatores terræ: dicit Dominus exercituũ. Tempus eſt, quod antiquis ſimile eſt. Vt quemadmodũ dominus Deus populum ſuũ ſanctũ olim primò afflixit, et à populo Ieroſolymitano ſeu à ciuitate ſua ſancta incœpit: deinde reliquas gẽtes funditus euertit & excidit. Ita & hoc eſt tẽpus, quo incipit iudicium, id eſt, afflictio à domo Dei. id eſt, primò Eccleſia Dei affligitur, de inde impij puniũtur. Vocat hoc loco iudiciũ, afflictiones, quòd à Deo ſint, quãuis non ſemper propter propria afflicti & patientis peccata, ut ſatis apertum eſt ex*

Iudicium à domo Dei incipiens.
Afflictio primo à populo Dei.
Iudiciũ ſeu afflictio.
Incipiens à domo Dei.
Innocentes ob aliorũ peccata affliguntur.

Domus Dei. *his quæ tolerauit iuſtus Iob. Quid autem intelligat Apoſtolus per domum Dei, ſequē-*
tia indicant, cùm dicit, nos, ſeu fideles primùm afflictos, quibus incredulos opponit.

Si autem primùm à nobis, &c. *Elegāti comparatione probat duriſsimā*
aduerſus impios animaduerſionē. Nam ſi pij per famē, carceres, opprobria, exilia, bo-
norū proſcriptiones, incendia affliguntur, excarnificātur, tametſi ſint amici Dei: qua-
lem & quantam expendent pœnā inimici Dei, qui ſemper Euangeliū blaſphemijs in-
ceſſunt? Quid futurum putamus impijs ipſis, qui ſolùm uoluptatibus operam dederunt?

Iuſtus uix ſaluabitur. Et ſi iuſtus quidem uix ſaluabitur, &c. *Locus eſt ex Prouerbijs, 11. cap.*
iuxta ſenſum ab Apoſtolo citatus. Si iuſtus in terra recipit: quātò magis impius et pec
cator? Huiusloci prima pars indicat difficultatem & huius uitæ captiunculas aduer-
ſus iuſtum, & eū qui ſpiritu ambulare nititur. Agitur enim de iuſto ſecundū opera. Si
iuſtus uix ſaluabitur, Id eſt, ſi iuſtus uix à tribulatiōibus ſaluatur et liberatur: difficilis
enim eſt perſeuerantia in Dei amore & gratia, ob tantas Mūdi tribulationes et angu
ſtias, per quas oportet nos intrare in regnū Dei: Id eſt, ſi tāta difficultate ac tātis exer
citatus eſt malis & periculis ipſe iuſtus, ut uix ab illis ſaluus fiat, Impius & peccator
ubi parebūt? quaſi dicat, Quid, rogo te, is qui omniū ſcelerum immunditia fœtet, poſt
hanc uitā ſperare poteſt? Aut dicatur iuxta Bedæ ſentētiā, Si tāta eſt uitæ mortalis fra
gilitas, ut ne iuſti, quidē, qui in cœlo coronādi ſunt, hanc ſine tribulatione propter in-
numerā uitiatæ naturæ labē tranſeant: quantò magis ij, qui cœleſtis ſunt gratiæ ex-
Fideles uix immunes ſunt à tribulatiōib⁹. *torres, certū ſuæ perpetuæ dānationis exitū expectant? Intelligatur hæc ſentētia Pe-*
tri de exceptione à tribulationibus, In hoc Mundo uix iuſti & fideles immunes ſiunt.
Impius. Peccator. *Quærit Didymus, utrū aliud ſit peccator, & aliud impius. Reſpondet, Poteſt impius*
eſſe, qui omnino extra dominum eſt: peccator autem, quem Deus continet: ſed ille con-
temnit eū, dum tranſgreditur leges eius. Si uerò aliquādo in textu, idem peccator &
impius inueniatur, differentiā tamen habebit in intellectu. Poſsibile eſt autem eum qui
peccat, mox & impium eſſe, quando per contemptum impiè agit in Deum. Hæc ille.

Itaq; & hi qui patiuntur ſecundum uoluntatem Dei, &c. *Conclu-*
Afflicti ſecūdū uoluntatē Dei. *ſionē adducens de bono patiētiæ, ſanctiſsimè conſulit afflictis & patiētibus. Qui pa-*
tiuntur ſecundū uoluntatē Dei. id eſt, quia Deus uult, hoc eſt, patiuntur propter fidē,
propter uirtutem & ueritatē uitæ, cōmendent, id eſt, committant animas ſuas, hoc eſt,
Benefacta. *ſeipſos in benefactis, in beneficentia, lōganimitate, bonitate, et huiuſmodi. Cōmendēt,*
Animā cōmendare Deo iure depoſiti. *inquā, animas, uelut iure depoſiti, ipſi Deo fideli creatori. Ad quē ſpectat fideliter ſer*
uare, quod fide uiua apud eū deponitur. Nihil ergo proprijs noſtris uiribus fidendū,
tanquā de nobis aliqd præſumamus, ſed Deo ſoli omnia noſtra cōmittamus. Quia fide-
lis eſt, qui nō relinquit in ſe ſperātes, ſed uires ſuggerit ad uincendū, et ad beneficētiā
Fidelis Deus. *exercendā, qui miſericorditer præmiū repēdet, & coronā ſempiternā ſic cōfidētibus*
& beneficientibus reponet. Infallibilis eſt Deus, fidelis eſt, ſtans pactis & promiſsis.
Deutero. 7. Deus fidelis & fortis, cuſtodiens pactum & miſericordiā diligētibus ſe.

DICTIO.

Vinolentia. TRIBVS *his dictiōibus, Vinolētia, Comeſſatio et Cōpotatio, tria inſignia uitia*
intelligit Apoſtolus. Prima ſignificat morbū quendā & animū deditū uino, nugis &
Comeſſatio. *petulātiæ, quæ comitātur uini ſtudiū. Secūda ſignificat uinolētiā & comeſſationē qui-*
Comus. Myſtæ Comi. *dē, ſed multū quidē leuitatis habentē. Comus enim nocturnarum ſaltationū habebatur*
Compotatio. *Deus, cuius myſtæ probè poti & coronati noctu cū facibus & inſtrumētis muſicis ad*
Bibere ad numerū fœdū eſt. *amicarū fores prodibāt ſaltatū. Tertia, inexhauſtā illā notat ingluuiē corū, q ad nume*
rum

rum bibunt. Fœdum illud omnibus quidem ſeculis, & apud omnes, uitium habitũ eſt.

HOMICIDAE *nomine ueniunt inuidi, auari, immiſericordes, et qui ſe ſaluis, omnia humana peſſum iri uelint. Atq; quemadmodum ſcriptura inopiam fidei ſcortationem uocat: ita penuriam charitatis dicit homicidium. Chriſtus quoq; Ioan. 8. diabolum homicidam ab initio uocat. Et 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* Homicidæ. Scortatio.

Hilarius dicit Impium eum, qui de Deo malè ſentit. Baſilius magnus in Pſal. 1. uocat impietatem, peccatum in Deum, & infidelitatem. Hoc eſt, peruerſam opinionem de Deo, diuiniſq; uerbis & operibus. Impius. Infidelitas.

Seniores] Presbyteros
conſenior] cõpresbyter
cõmunicator] conſors, particeps:
qui in uobis eſt,] uel, quãtũ in uobis eſt.
prouidẽtes] curã illius agẽtes
in cleris.] uel, aduerſ᷒ cleros. Cleros uocat gregẽ, q̃ cuiq; ſorte contingit gubernãdus. id eſt, chriſtianos. oẽs enim] ſic ut omnes ali᷒ alij inuicẽ ſubijciamini: humilitatẽ animi uobis alligatã habete
in tẽpore uiſitatio.] cùm erit opportunumt
fortes] firmi, uel ſolidĩ fide:
ſciẽtes eandẽ] eãdẽ afflictiones fraternitati ueſtræ, quæ in mundo eſt, con[s]ummari. Vel, [ſ]cientes fratres [u]eſtros Chri[ſti]anos, qui in [m]ũdo ſunt, ea[de]m pati.
[pe]rficiet,] in[ſt]auret uos, ful[ci]at, roboret, [ſta]biliat,
[ob]ſecrans] ad[h]ortans
[co]electa:] ue[l] cõſors ele[cti]onis:
[oſc].] charitatis [...] etiis in,
[...]] uobis [ch]riſtianis.

Seniores iunioribus doctrinam, iuniores ſenioribus reuerentiam debent. CAP. V.

SEniores ergo qui in uobis ſunt obſecro, conſenior & teſtis Chriſti paſsionum, qui & eius quæ in futuro reuelanda eſt, gloriæ communicator: paſcite, qui in uobis eſt, gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum: neq; turpis lucri gratia, ſed uoluntariè: neq; ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. Presbyteros hortatur.

Similiter adoleſcẽtes ſubditi eſtote ſenioribus. omnes enim inuicem humilitatẽ inſinuate. quia Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autẽ dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uiſitationis: omnem ſolicitudinẽ ueſtram projcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis. Sobrij eſtote, & uigilate: quia aduerſarius ueſter diabolus tanquã leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandem paſsionem ei quæ in Mundo eſt, ueſtræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam ſuam gloriã in Chriſto IESV, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq;. Ipſi gloria, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen. Per Syluanum fidelem fratrem uobis ut arbitror, breuiter ſcripſi: obſecrãs & conteſtans hanc eſſe ueram gratiam Dei, in qua & ſtatis. Salutat uos Eccleſia, quæ eſt in Babylone, coëlecta: & Marcus filius meus. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Gratia uobis omnibus qui eſtis in CHRISTO IESV. Amen. Humilitas. Iacobi 4. c. Matt. 6. c Lucæ 12. c Pſal. 54. d Roma. 12. c

Seniores ergo qui in uobis ſunt obſecro. *Quoniam epiſcoporum, &* Epiſcopi doctrina uim habet ad regimen gregis.

eorum,qui in eccleſijs præſunt,doctrina & eruditio multā uim & efficaciā habet ad regendū componēdum'ue Dei populum.Princeps Apoſtolorū ſermonē dirigit ad ſe-

Epiſcopus. niores,hoc eſt,epiſcopos:quos ut erudiat,diligentiſsimā dat operā. Epiſcopi nomē ab inſpiciendo uel cōſiderando & recognoſcēdo deductum eſt:& eum ſignificat,quicuram agit,& proſpicit de rebus neceſſarijs:quem Latinè dicere poſsis inſpectorē, ſiue obſeruatorē,qualem deſcribit Paulus in epiſtolis ad Timoth. & Titū.Nā ἐπισκοπέω

Paſtores epiſcopi. Doctores. Presbyteri. uerbum Græcum (ut Budæus ait) eſt conſidero,& ægrotum uiſo, inſpicio & uiſito. Vnde epiſcopi dicti,quorum eſt inſpectio in præſidijs Chriſti,& ſumma cura.Hi dicū tur & paſtores per alluſionem.Ezechiel.34.& doctores,à docendo. & Euangeliſtæ à prædicando Euangelio.Preſbyteri uerò,primates,legati ac ſeniores dicuntur:quod nomen inde tractum uidetur,quòd ſenioribus olim,utpote prudentioribus,committeretur magiſtratus cura & adminiſtratio plebis. Plebi ergo cōſulendum eſt uerbo ue-

Petrus,quibus iubere poteſt, obſecrat. ritatis,ut paulò pòſt declarabitur à Petro:Qui epiſcopos (à ſe uel alijs Apoſtolis per manuum impoſitionem conſecratos, atq; in tam honorificum ordinem aſſumptos) obſecrat,humilitatis gratia,quibus iure optimo præcipere poterāt.

Conſenior & teſtis Chriſti paſsionum,&c.Seipſum, nomenq́; ſuum à grauiſsimis efficaciſsimisq; circunſtantijs exprimit , in exemplum & amicitiæ & patientiæ:ut ipſum imitantes,cōtemptis huius Mundi afflictionibus temporarijs,per patientiam & mutuam beneuolentiam, immarceſcibilem coronam conſequantur. Atq;

Conſenior Petrus. ut tenacius hæreat recipiaturq́; eius inſtitutio,ſe conſeniorem,id eſt,coëpiſcopū, atq; in pœnis & afflictionibus communicantem dicit.Nam non ſolùm ſe compreſbyterum humilitatis & mutuæ amicitiæ gratia appellat:ſed etiam ſe teſtem paſsionum,oppro-

Afflictionum Chriſti teſtis Petrus. Gloria reuelāda. briorum,afflictionum & mortis Chriſti,quibus interfuit. Atq;,ut pleniorē fidem ſibi aſtruat,communicatorem præterea ſe fuiſſe dicit,& conſortem gloriæ reuelandæ, id eſt,quæ reuelabitur,tum quādo quis iuſtus animā efflabit,tum in reuelatione illa generali,quando apparebit IESVS Chriſtus iudicās uiuos & mortuos.Huius gloriæ

Trāsfigurationis Chriſti teſtis Petrus. Petrus conſors gloriæ reuelandæ. cōmunicator fuit,quando in monte Thabor interfuit transfigurationi IESV Chriſti,quem poſt reſurrectionem ſæpius uiſum,uidit etiam in cœlum aſcendentē. Aut cōſors fuit gloriæ reuelādæ: quia ordinatus eſt Apoſtolus ad reuelandā gloriā illā cœleſtem per IESVM Chriſtum & Euāgelium,electis cōmunicandum & dandū.Magis mihi arridet prior interpretatio.Dici poteſt teſtis paſsionū Chriſti:quia ipſe propter nomē Chriſti carceres tum Herodis, tum Neronis ac aliorū,uincula,uerbera,&

Afflictorū libera confeſsio. crucem tandem eſt expertus (Chriſtus enim piorum afflictiones,ſuas eſſe dicit.) Quo exemplo hortatur afflictos ad patientiā,& æquanimiter ferēdas afflictiones, propter uirtutē & iuſtitiā:præcipuè ne quid metu pœnarum diſsimulent,ſed liberè Chriſtum profiteantur,Euangelium doceant,& ueritati,ſi ſic res poſtulet,commoriantur.

Paſcite,qui in uobis eſt,gregē Dei. Inſtituit hortaturq́; Petrus epiſco-

Epiſcoporum functio. pos ad ſuſcepti muneris ſtrenuā functionē,ad ſanā doctrinā & uitæ puritatē:ut unuſquiſq; apud illos inueniat,quod ad inſtitutionē religionis Chriſtianæ pertinet.Quod & Malach.cap.2.grauiſsimis uerbis aperuit.Lex ueritatis(inquit)fuit in ore Leui,et iniquitas nō eſt inuēta in labijs eius.In pace et in æquitate ambulauit mecū, & multos auertit ab iniquitate.Labia enim ſacerdotis cuſtodiūt ſciētiā,& legē requirēt ex ore eius:qa angelus Domini exercituū eſt.Generalē ergo epiſcoporū functionē , qui bene

Paſcere. Grex Dei. præſint,et ſuo faciāt ſatis officio,deſcribit Petrus,dicēs,Paſcite,id eſt, docete & reficite uerbo uitæ.aut, Paſcite,id eſt,paſtoraliter regite,ait Hilarius,gregem Dei, populum

pulum Chriſti,qui in uobis eſt,id eſt,qui uobis commiſſus eſt paſcendus & erudiendus.
Sunt qui legunt,quantum in uobis eſt,id eſt,quantum ad uos attinet,ſeu quod ueſtrarum eſt partium & ueſtræ uirtutis,hoc facite.ut inſinuet quòd inuitus nemo hoc cibo ſpiritali & hac ſalute paſcatur. Verbum paſcere,ſiue paſtoris, per allegoriam tum in prophetis,Ieremi.23.Ezechiel.34.tum in Euangelio,Ioan.10.Ego ſum paſtor bonus. ad Chriſtum,ac prophetas & doctores relatum eſt.Et ad Petrũ Dominus Ioannis 21. Petre,paſce oues meas.Quemadmodum paſtor nomen officij,ita & epiſcopus. Atq; ut paſtor obambulat,uigilat,omnẽ habet ſolicitudinem,ne quid ouibus deſit, ita & epiſcopus.Quemadmodum nõ quælibet probantur pabula,non riui quilibet,ſed pro ratione ouium,pabulum & uictum parat,morbidas curat,ſeparat,reficit,omnesq́; ſumma diligentia paſcit,ducit,& reducit:ita et epiſcopus animarum paſtor nullum aliud paret ouibus Dei pabulum,quàm Diuini uerbi cibum,aqua ſapientiæ potet,morbidis omni cura medeatur,ſanas et firmas conſeruet, omnem diligentiam,operam nauet & adhibeat,ne quis de grege ſuo,pro quo Chriſtus mortuus eſt, tantiq́; cũ redemit, pereat.Obſeruabis dici gregem Dei,id eſt,Chriſti.Vt non ſunt oues paſtoris,ſed domini: ita non ſunt animæ epiſcopi,ſed Chriſti. Vocatus eſt enim epiſcopus ut paſtor ad ſeruandas oues,& reddendam de eis rationem;ſi quam ſua fortè negligentia ſinat perire.Huc pertinet parabola Luc.16.de oue perdita.Viderint ergo quam rationẽ redditurі ſunt de ouibus ſuis,qui purpuræ, aulicis, bello, & rebus alijs nihil ad Eccleſiam Chriſti facientibus,operam nauant:interim miſeras oues, tantum abeſt uerbo ueritatis reficiant,ut ne noſcant quidem, plerunq; etiam deglubant, magnamq́; ſeſe exiſtiment præſtare gratiam, ſi lana contenti, totum non deuorent miſerandum pecus. Audiant obſecro Petrũ,Paſcite,non opprimite,non expilate,non excarnificate:ſed fouete gregem,non ueſtrum,ſed IESV Chriſti. Agnoſcite uos,non dominos,ſed miniſtros: ut ſupercilium demittatis,& ueſtro ſanctiſſimè fungamini officio. Dicebat Chriſtus Lucæ 22. Nã quis maior eſt,qui recũbit an qui miniſtrat?nonne qui recumbit? Ergo maior eſt Eccleſia quæ recumbit,& cui miniſtrãt epiſcopi.Iſta agnoſcãt, & rectè paſcent.

Nemo inuitus ſalutem conſequitur.

Paſtoris nomen.

Epiſcopi & paſtoris ſymbolum.

Grex Chriſti eſt, Epiſcopo commiſſus.

Eccleſia maior eſt ſeruo ſeruorum Dei.

Prouidentes non coactè,ſed ſpontaneè ſecundum Deum. Curã epiſcopalem,boniq́; paſtoris partes amplificatione explicat. Multa enim et grãdia in ſe continet hæc ſentẽtia,Paſcite,qui in uobis eſt, gregẽ Dei : quæ iuxta tropũ explicanda ueniũt.Prouidentes,hoc eſt,epiſcopantes,intẽdentes,ſeu epiſcopos agẽtes, qui curam gerunt,ac proſpiciunt rebus neceſſarijs.Cõditiones addit , ſine quibus functio epiſcopalis languet & uaneſcit.Non coactè.hoc eſt,ſuperintendant, & de rebus neceſſarijs proſpiciant promptè,libenter & propenſis animis. Secundum Deum,id eſt, in gloriam Chriſti ſuum miniſteriũ exercentes.Magna peſtis eſt in hac functione,ſocordia & negligentia.Ad quam requiritur uigilia,alacritas,& indefeſſa diligentia.

Prouidere.

Epiſcopum agere.

Cõditiones ad curã epiſcopalem neceſſariæ.

Epiſcopi uigilia.

Neq; turpis lucri gratia,ſed uoluntariè. Omnẽ malorũ radicem, auaritiã,maximè ab epiſcopo alienã eſſe uult.Nihil eſt quod magis epiſcopalem functionem impediat,& epiſcopi nomen dehoneſtet,quàm munerũ corruptela.1.ad Timot. 6.Nam qui uolunt diuites fieri,incidunt in tentationẽ & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua,quæ mergunt homines in interitum & perditionẽ.Radix enim omnium malorum eſt cupiditas,quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis.Non ſolùm Paulus in hos auaritiæ ſtudẽtes inuehit: ſed etiã prophetæ,Ieremias,non uno loco.Ezechiel 13.cap.Michæas 3.cap. & Iſaias 56.cap.Imò & Chriſtus Ioã.10.iſtos mercenariorũ nomine notat.Lucripetæ & quæ-

Epiſcopus liberalis.

Auaritia malorum radix.

Mercenarij.

ſtuarij dicũtur huiuſmodi homines, quos damnat omnis religio. Teſtes ſunt ex ueteribus pſeudoprophetæ miſerè extincti, lepra quoq; percuſsi: ut Giezi 4.reg.5. & maledictio Simonis magi, Act.8. Item Chriſtus dominus, emẽtes & uẽdentes magna cũ indignatiõe eiecit è tẽplo. Obſeruabis iterum nõ dãnari lucrũ ex re honeſta. Nã Dominus in Euãgelio ordinauit, teſte Paulo, ut qui Euãgeliũ annũtiat, de Euãgelio quoq; uiuat. Sed uolũtariè, id eſt, prõptè, liberaliter, & alacriter fũctionẽ ſuã exerceant. Ad hæc faciũt uerba Pauli ualedicẽtis, Act.20. Epheſijs. Quapropter (ait) conteſtor uos hodierna die, ꝙ mũdus ſum à ſanguine omniũ. Nõ enĩ ſubterfugi, quò minus annũtiarẽ omne cõſiliũ Dei uobis. Et paulò pòſt ait: Argentũ et aurũ aut ueſtẽ nullius cõcupiui.

Lucrũ ex re honeſta non damnatur.
1.Corinth.9.c

Neq; ut dominantes in cleris. Cum auaritia ſuccreſcere ſolet ambitio, tyrannis, & dominandi libido. quæ ſi epiſcopi occupauerit animum, iam non epiſcopus aut paſtor, ſed fur, latro, lupus, & prædo ſtatim euadit. Luc.22. dicebat Dominus, Reges gentium dominantur eorum: & qui poteſtatẽ habent ſuper eos, benefici uocãtur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in uobis, fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Obſeruent epiſcopi uerbum iſtud, Vos autẽ non ſic. Quaſi dicat, Inſtituti eſtis, non ut dominemini, & prouincijs præſideatis tanquam armorũ duces, & cuiuſdam exercitus bellici directores, ad uallos, muros, foſſas & propugnacula parãda: Non ut in telonio tanquam trapezitæ & nummularij ſedeatis, aut publico ærario præfecti ſitis, poſtpoſita & neglecta functione ueſtra. Hæc militaria ſunt atq; ethnica, non epiſcopalia, ferumq; & ſanguinariũ Martem ſequentibus, non immaculatum agnũ quotidie offerentibus tractanda. Pallas (ut eſt in prouerbijs) quas cõdidit arces, ipſa colat. Voluit uos IESVS Chriſtus eſſe Apoſtolos, non reges, ſed doctores & paſtores. Hoc fiet ſi abfuerit aulica ambitio, pompa, alea, ſed horum, imò et equeſtris militarisq; diſciplinæ abſolutiſsimæ loco ſeſe exerceant uerſenturq; in oratione Biblica & prædicatione uerbi Dei: ut derelicta uiſitent, diſperſa colligant, & infirma ſanent. Clerum dixit & delectum Dei populum, qui Deo ueluti ſorte obuenit. alludens ad diuiſionem terræ ſanctæ. Sortem enim miſit Ioſue coram Deo in diuidenda terra Iſraëlitis, Ioſue 18. κλῆρος, ſors eſt Græcis, & ſignificatur hoc uerbo poſſeſsio, uel quicquid fortuna attulerit. Cleros hoc loco uocat Apoſtolus, gregem qui epiſcopo cõtingit gubernandus. Sunt ergo duo hæc uitia, auaritia & ambitio, maximopere fugiẽda, à profanis etiam ſcriptoribus in omni magiſtratu reprehenſa. Satis enim nos communis ſenſus docet quàm ſint noxia, & quàm pernicioſa moliãtur rebus publicis & priuatis, profanis & ſacris. In hanc ſententiam citatur nobile Timonis dictum, quo duo pronuntiauit eſſe malorum principia, auaritiam & ambitionem.

Auaritiæ comites.
Epiſcopus auaritia induit latronis & tyranni nomen.
Epiſcopi ſtudiũ & functio.
Clerus.
Ambitio & auaritia præſentiſsima uenena.
Timonis dictum.

Sed forma facti gregis ex animo. Exemplar pietatis & omnis modeſtiæ debet eſſe epiſcopus. Seipſum exhibeat talem, ſtudio bonorũ operum, ut omnes habeãt quod in ipſo laudent & imitẽtur. Hoc enim conari omnes debemus, maximè autẽ Euãgelij doctores, ut exẽpla noſtra præluceãt alijs, & inuitẽt alios ad pietatẽ, ad bonos mores, & ad ſtudia honeſta. Et hac uitæ integritate reddãt cõmẽdatiorẽ doctrinã Euangelij domini noſtri IESV Chriſti. Nihil enim prodeſt aliquẽ (ut ait Hieronymus) exercitatũ eſſe in dicendo, & ad loquendum triuiſſe linguam, niſi plus exemplo docuerit, quàm uerbo. Vult ergo, & præcipit Petrus, ut optimi uiri præficiantur Eccleſijs, qui ſint doctores & gubernatores earum. Vidit enim nihil tam noxiũ eſſe rebus Chriſtianis, quàm ſi homines mali, corrupti moribus, & uitijs ſeruiẽtes regnẽt per Eccleſias. Quid enim doceant, aut qua fronte alium corripiant errantẽ & delinquentem.

Epiſcopus ſit omnis modeſtiæ exemplar.
Doctorũ opera cæteris placeant.
Hieronymus.
Viri optimi Eccleſijs præficiendi.
Eccleſijs nocentiſsimũ uenenum.

qui io

qui toti peccatis ſeruiunt? Dicetur illis, Medice, cura teipſum. Et, Turpe eſt doctori, quẽ culpa redarguit ipſum. Aut quod Sapiens dicebat, Odi ego homines ignauos opera, & dignos ſententia. At nihil æquè neceſſariũ, quàm ut boni præſideant in Eccleſia. Malim ego epiſcopi loco ſeruire Eccleſiæ hominem mediocriter eruditũ & probum, quàm doctiſſimum, totiusq; Scripturæ calleutiſſimum, ſed ſceleratum, plus impiâ uitâ dedocentem, quàm uerbis docentem nihil quamlibet niſi purè Euangelicũ ſonantibus. Et ethnici prudenter definiunt ſuum Oratorem, dicentes eſſe uirum bonum, dicendiq; peritum. Vult itaq; Petrus, ut epiſcopus ſeſe typum, id eſt, formã & exemplar præbeat ad doctrinam & uitæ integritatẽ. Ex animo, id eſt, promptè & liberali animo. Huc pertinet quod Paulus ad Titum 2. ſcribit, In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, uerbum ſanum, irreprehenſibile: ut is qui ex aduerſo eſt, uereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

Eccleſia optimos habeat ꝑſides.

Orator.

Et cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. *Elegans eſt allegoria, ab athletis & militibus & more coronandi, ducta: qua epiſcopos & miniſtros in uinea Domini laborantes confirmat & cõſolatur. Athletis et militibus proponitur corona peritura, præmij loco. Sanctis autem bona cum fide in uinea Domini laborantibus, & certamen Domini decertantibus, corona immarceſcibilis proponitur uita æterna. Hilari ergo & læto animo epiſcopi, cognito tanto præmio, omnem nauare debẽt operam, ut iuxta ſuam uocationem, functionem ſuam exerceant. Quemadmodum paſtores non ſunt ouium Domini, ſed conductitij, mercedẽ à Domino gregis accipientes: ita & epiſcopi mercedem accipient à domino gregis, ſi bene functionem ſuam exercuerint. Sed quã mercedem? non corruptibilem, ſed coronã gloriæ immarceſcibilem. Metaphora ſumpta eſt à floribus modico tempore flaccidis & marceſcentibus, quibus coronabantur Athletæ. Immarceſcibilem dicit incorruptibilẽ, quæ putredini & corruptioni non ſubiacet. Huc pertinet quod ſcribit Paulus 1. ad Corinth. 9. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Princeps paſtorum, id eſt, IESVS Chriſtus, cuius ſunt oues, quas redemit proprio ſanguine, commiſit illas epiſcopis & paſtoribus. Ergo Dominus eſt epiſcoporum paſtorum, dabit & retribuet coronam, cùm apparuerit, ſiue cùm quilibet iuſtus è uiuis excedit, ſiue in die, cùm ſtandum erit ante tribunal eius, qui in maieſtate ſua exiſtens iudicaturus eſt uiuos & mortuos.*

Athletarũ mos.

Paſtores ſunt ouium conductitij.

Merces epiſcoporũ bene præſidentium.

Immarceſcibilis.

Paſtorũ princeps Chriſtus.

Chriſti apparitio.

Similiter adoleſcentes, ſubditi eſtote ſenioribus. *Ne tumultuarẽtur & reſpõſarent iuuenes, ſiue diaconi, ſiue ſubdiaconi aduerſus preſbyteros, & eos qui paſtores deſignati ſunt, ſi quid præciperent: formam uitæ & inſtitutum illis præſcribit, paucis quidem uerbis abſolutum, ſed multo ſenſu plenum. Ab adoleſcentibus, ſiue diaconis, ſiue ſubdiaconis, ſubiectionẽ & obedientiam preſbyteris & epiſcopis exhibendam imperans, illorum nomine omnem functionem ad iuniores pertinentem comprehendit, ac ſi ſingulis ordinibus propria officia deſcriberet. Si debitam ſubiectionẽ adoleſcentes reddiderint, reſpõdebunt ſuæ functioni. Non deſunt, qui hunc locum non ſolùm ad epiſcopos, ſed etiam ad eos, qui iam prouectæ ſunt ætatis, trãsferunt. Senilis ætas, præ alijs, bono & honeſto uitæ exemplo lucere debet, & illo prodeſſe ad ædificationem aliorum. Debent enim ſenes iuuentutis curam agere. bonis moribus illã inſtituere, uigiles & attenti pro omnibus eſſe, cùm ſint ueluti patres, multaq; rerum experientia prudentiores grauioresq;. Quo fit ut ſanctiſſimè docuerit Petrus, adoleſcen*

Subditorũ functiones.

Senioribus honor.

Senũ functio.

leſcentes debere ſubijci ſenioribus.Non ab re ſcriptum eſt Leuit.19. Coram cano capite conſurge,& honora perſonam ſenis. Eccleſiaſtici 6.In multitudine preſbyterorum prudentium ſta,& ſapientiæ illorum ex corde cõiungere. Si rogaueris Demeam Terentianum cur præcipuum debeamus honorem ſenioribus:Reſpondebit,Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad uitam fuit,quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet noui,aliquid moneat:ut illa quæ credas ſcire,neſcias:& quæ tibi putaris prima,in experiundo repudies.

Humilitas. Omnes enim inuicem humilitatem inſinuate. *Omnes ad pacis & concordiæ ſtudium hortatur, adducens illam animi modeſtiam, qua quis nihil altum de ſe ſapit,ſed humile & ſui abiectionẽ:ſine qua cæteræ uirtutes languent, aut certè ſteriles uidentur.Dicit Apoſtolus,Omnes inſinuate inuicem humilitatem.Id eſt quod* Honore inuicẽ præueniendũ. *Paulus hortatur,Præuenite inuicem honore.Nemo de præcellentia ſuæ dignitatis certet, ſed humilitate præcellat,qua quemlibet ſe præſtantiorem putet. Hoc enim habet uera charitas,ut non quærat quæ ſua ſunt,nullo ducatur faſtu,nihil ambiat, nihil cõtentioſè agat, ſed proximi ſtudeat cõmodo & utilitati. Nam dum quiſq; ſibi nimium* Concordiæ ſolutio. *placet,dum omnium aſpernatur conſilia,& philautia ducitur,ſua impudens alijs obtrudere uult,rumpitur concordia.At dum ſinguli præferimus aliorum cõſilia noſtris, neq; prudentiæ noſtræ nimium innitimur, ſed bona & ſana fide de rebus ſanctis iudicamus, dum quiſq; aliena ſuis commodis anteponit, non poteſt non eſſe concordia. Quòd ſi obieceris,iuniores ſubditos eſſe ſenioribus: ob id ſeniores iure optimo poſſe* Seniores iunioribus præferendi. *hanc ſubiectionem ab adoleſcẽtibus expoſcere.Iure præferendi ſunt ſeniores & preſbyteri.Qui dum ſe tantæ dignitatis paſtoralis agnoſcunt & prædicant miniſtros,iunioribus humilitatem inſinuant.Quòd ſi ſupercilio dominationis ducerentur,iam indigni eſſent eo nomine,quo ſollicitudo atq; humilitas ſignificatur,non faſtus aut dominatio.Nihil ergo pugnantiæ habet hæc ſententia cum priore.Huc pertinent quæ Dominus Luc.14.dicebat,quomodo primi accubitus eligendi eſſent:Cum inuitatus fueris ad nuptias,non diſcumbas in primo loco.&c.*

Quia Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiã. *Cauſam adducit propter quam uult humilitatem retineamus in animo, ueluti nodis quibuſdã* Superbis De' reſiſtit. *illigatam,ne eam amittamus.Quia Deus ſuperbis reſiſtit,hoc eſt,ſupercilium & criſtas ſuperborum dominus Deus conuellit:ut uidere licet ex Cantico intemeratæ Virginis, Depoſuit potẽtes de ſede.Sequitur,Et exaltauit humiles.Quod noſter Apoſtolus interpretatur dicens,Humilibus autem dat gratiam:hoc eſt, impartit ſuas dotes his qui ſeipſos abnegant, de ſe nihil præſumentes, ſed omnia in gloriam Chriſti referentes. Ad hæc legito Prouerb.6.Iſaiæ 14.Eccleſiaſtici 10.Eſther 5.6.7.Item Lucæ 14.*

Humiliationi ſtudendum. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei. *Cum ita Deo uiſum placitumq; ſit;ut omnes alius alij ſubijciamini, hoc ex animo facite, nihil cauſantes aut reſponſantes: Cur me iſti ignobili ſubijciam aut ſubdam? Tace,& prompto ac hilari animo humilitate præuenias, huic te in timore Dei ſubmittas. Velis nolis hoc facias neceſſe eſt:quia manus Dei potens eſt:hoc eſt,Dei uirtus eſt,cui reſiſti non poteſt,qui te & abijciet & humiliabit.Hoc igitur facito, & humilieris uoluntariè. Nam qui ſe humiliat.is ſe ſub potenti manu Dei humiliat.*

Humilitatis fructus. Viſitationis dies. Vt uos exaltet in tempore uiſitationis. *Fructum & præmium humilitatis adducit.Humiliamini,& humilitati indiuulsè adhærete, præ oculis Deũ ſemper habẽtes,qui exaltabit uos,id eſt, retribuet uobis coronã illã cœleſtem in die uiſitationis,*

*nis, ſiue particularis exitus ueſtri ex hoc mundo, ſiue in extremo iudicio. Vt exaltemur,
neceſſe eſt humiliemur. Aut ſi non humiliamur, non exaltabimur, ſed abijciemur, & in
abyſſum demergemur, in modum illius Phariſæi, qui ſeipſum exaltabat & magnificabat,
dicens, Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, & uelut hic publica-
nus. Propterea ſibi placens Phariſæus abiectus eſt. Publicanus uerò nihil de ſe tale cogi-
tans, imò ne oculos quidem in cœlum auſus leuare, ſeipſum humiliãs, & pectus ſuum per-
cutiens, dicebat, Deus, propitius eſto mihi peccatori. Iuſtificatus in domum ſuam abijt.
hoc eſt, à Deo exaltatus eſt cum Chriſto, uero abſolutoq́; humilitatis exẽplari. Nam qui
ſeſe humiliarit, & omnium ſe fecerit miniſtrum, exaltat illum cum IESV Chriſto Deus,
felici donans immortalitate. Dici poteſt in hunc ſenſum, Non eſt quod timeatis (ſi humi-
liemini) oppreßionem: quoniam ille, cuius nomine humiliamini, uos extollet in tempore
uiſitationis. Id eſt, cùm fuerit opportunum. Nam cùm de Deo fit ſermo, & uerbo Viſi-* Viſitare.
*tandi, utimur, tranſumitur uiſitare, pro, in memoria habere, ut Geneſ. 21. Viſitauit Deus
Saram. id eſt, illius recordatus eſt, præſtabitq́; quod pollicitus erat, fœcundam eam red-
dendo. Item in Euangelio, Viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Nouit ille quan-
do, & quid quoque agendum ſit tempore. Magis mihi arridet prior interpretatio. Qui-
dam legunt ſine hac dictione Viſitationis, quæ redundat iuxta Græcos codices. tantum
legunt In tempore: atque interpretantur, In tempore, cùm opportunum fuerit.*

Omnem ſolicitudinem ueſtram proijcientes in eum, &c. *Cùm
Deum habeamus patrem, ametq́; nos ut filios, illi cura eſt de nobis. Si quid ergo eſt, quod* In tempore.
*ſolicitudine, cura, & anxietate nos affligat, omnem noſtram cogitationẽ, & animum no-
ſtrum in eum patrem noſtrum proijciamus, eaq́; fiducia in eum intendamus, qua omnia
noſtra negotia, omnes noſtras operas illi & cõmittamus, & commẽdemus. Simusq́; certi,
atq; ita indiuulsè credamus ueracem eum eſſe & fidelem in promißis, qui neque falli, neq;
fallere, imò neque negare ſeipſum poteſt. Deum habere curam de nobis, eſt Deum nun-
quam deſore ſuis. Tanta eſt Dei dignatio & bonitas erga ſuos, ut qui in eum confidunt,* Deum habere curã de nobis.
*ſemper præſtò habeant illum quouis tempore, qui quod neceſſe fuerit ſuppeditabit: Hic
locus uidetur ſumptus eſſe ex Pſa. 54. Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enu-
triet, non dabit in æternum fluctuationem iuſto. Iacta in dominum, id eſt, Domino, com-
mitte onus tuum, tuum negotium. Et ipſe te enutriet. id eſt, omnia dabit quorum indiges,
& uitam tuam ſeruabit, & ſecundum corpus & ſecundum animam. Non dabit in æter-
num fluctuationem iuſto. id eſt, in omni tentatione, in omni onere tuo, quodcunq; te preſ-
ſerit, tenebit te ne cadas. Credenti ergo & fidenti in Deum non eſt æterna fluctuatio.
hoc eſt, non eſt lapſus. Credentem enim in ſe Deus à lapſu & fluctuatione æterna ſeruat.* Credẽtibus nõ ineſt fluctuatio
*Huc facit quod dicebat Iſaiæ 51. Dominus: Ego ego ipſe conſolabor uos. Quis tu ut ti-
meas ab homine mortali, & à filio hominis? Et Paulus ad Philip. 4. Dominus propè eſt,
nihil ſoliciti ſitis. Hæc eadem multis aperuit IESVS Chriſtus, Matth. 6. Nolite (in-* Solicitudo abſit à fideli.
*quit) ſoliciti eſſe, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur.
Scit enim pater ueſter cœleſtis, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm re-
gnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Nolim hæc intelligi quaſi
ſuadeam otium, uelimq́; non laborandum. Vult Deus laboremus, & labore noſtro panem* Laborandũ eſt.
*noſtrum comparemus. Geneſ. 1. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Et Paulus Ephe. 4.
Qui furabatur, iam nõ furetur, magis autem laboret operãdo manibus ſuis, quod bo-
num eſt, ut habeat unde tribuat neceßitatem patienti. Solicitos nos eſſe addecet, ut Deo
uiuamus, & puram uitam uiuamus, commendantes omnes noſtras operas Deo: quem ut*

s præ

præ oculis habeamus neceſſe eſt. Sed immoderatam illam curam de rebus terrenis, & his
Solicitudo filia diffidentiæ.
quæ nos à Deo auertunt, abijciamus: quoniam huiuſmodi cura & ſolicitudo à diffidẽtia & incredulitate procedit. Cùm enim ad hunc modum ſoliciti ſumus, iam cogitamus nobis Deum deſore: plus rebus acquiſitis, & quibus inhiamus, confidentes, quàm ipſi Deo patri noſtro, qui apud Lucam 12. cap. dicit, Quia non in abundantia cuiuſquam uita eius eſt ex his, quæ poßidet. quaſi diceret, Non oportet ſolicitudinem tam arduam, & anxiam ponere in rebus terrenis, ſed in me, qui ſum uita. Quod & inſinuat ſtatim ſubiuncta ſimilitudine tanquam reſpondens illi (qui multis congregatis, dicebat: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare) Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paraſti, cuius erunt? Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, &
Diteſcẽdum in Deo.
non eſt in Deum diues. Diteſcamus in Deo, operantes mutua dilectione bona opera, in laudem & gloriam IESV Chriſti: cui eſt honor, & gloria.

Sobrij eſtote, & uigilate. Quemadmodum dux exercitus inſtructa acie ſuorum militum animos oratione ad alacritatem & uigiliam (quæ multum uirtutis ad comparandam uictoriam habent) modis omnibus excitat, & ad animi magnitudinem ac pu-
Exhortatio ad arma ſumenda aduerſus hoſtes.
gnam uiriliter capeſſendam exhortatur, argumento inde ſumpto, quòd congrediendum, conflictandumq́; ſit cum exercitatißimis hoſtibus & aduerſarijs: ita & princeps Apo-
Vigilandũ eſt.
ſtolorum omnium animos præparat & excitat ad ſobrietatem, temperantiam, integritatem & uigiliam (quæ non parum adiumenti dant ad uitæ puritatem, & Chriſtianam religionem) capeſſendam, argumento ſumpto, quòd nobis eſt negotium cum aduerſarijs maximè hoſtilibus ac inimicißimis. hoc eſt, aduerſus poteſtates & principatus Mundi huius, & aduerſus ſpirituales aſtutias. Quia quotidie in multis periculis conſtituti uiuimus, neceſſe eſt ſemper in ſtationibus perdurantes, ſobrietatem & modeſtiam cum diligenti uigilia obſeruemus. Nam quæ his uirtutibus aduerſantur uitia, intemperantia ſcilicet & ſocordia, faciunt ut rebus gerendis minimè apti ſimus, ſiue in rebus pietatis erga Deum, ſiue in alijs, quæ pertinent tum ad res politicas & publicas, tum priuatas, familiares & domeſticas.

Quia aduerſarius ueſter diabolus, &c. Ferociam & tyrannidem aduerſarij nobis explicat, ut paratiores ad reſiſtendum reddat. Idq́; facit eleganti colla-
Diaboli et leonis collatio.
tione, qua confert diabolum aduerſarium noſtrum leoni, non pacato aut placidè oberranti, ſed rugienti & famelico. Quo fit, ut quærat ſemper, quem deuoret. Sapiens, Pro-
Tyranni leonibus ſimiles.
uerbior. 28. Leonibus comparat tyrannos, dicens, Leo rugiens & urſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. Item Paulus de Nerone mentionem faciens, 2. ad Timoth. 4. Liberatus ſum de ore (inquit) leonis. Circumit diabolus quærens, quem de-
Diaboli circuitus et decipulę.
uoret, id eſt, perdat. Circumit, ut Beda refert ex Cypriano, ille nos ſingulos, & tanquam hoſtis clauſos obſidens, muros explorat & tentat an ſit pars aliqua membrorum minus ſtabilis & minus fida: cuius aditu ad intima penetretur. Offert oculis formas illices & faciles uoluptates, ut uiſu deſtruat caſtitatem. Aures percanora muſica tentat, uti ui ſoni dulcioris auditum ſoluat, & molliat Chriſtianum uigorem. Linguam conuicio prouocat. Manum iniurijs laceſſentibus ad petulantiam cædis inſtigat. Vt fraudatorem faciat, lucra opponit iniuſta. Vt animam capiat, ingerit pernicioſa compendia. Honores terrenos promittit, ut cœlos adimat. In pace ſubdolus eſt, in perſequutione uiolentus. Hactenus ille.

Verbũ Dei ueluti claſsicum.
Cui reſiſtite fortes in fide. Cùm Chriſtiani facti ſimus, & è poteſtate ac imperio diaboli erepti, neceſſe eſt, ut uerbo Dei, ueluti claßico milites, ſemper excitemur

ne ſupinè oſcitantes in ſocordiam prolabamur. Neque ſatis eſt, quòd uerbum & uiuendi rationẽ cognoſcamus, ſed iugi cura pariter & diligẽtia ad id opus eſt, quomodo utraq; ſeruemus: ne diabolus doctrinam auferat, aut peruertat & uitiet: aut nos à religionis noſtræ puritate deturbet: tum per linguas maleficas & praua exempla hominum, per noſtræ quoque carnis illectamenta. Quippe non minor eſt uirtus (ut morum ille cenſor dicebat) quàm quærere parta tueri. Certè non minorẽ requirit laborem & diligẽtiam, acquiſitas ſemel opes tueri, quàm principiò parare. Sicuti boni patrisfamiliâs officium eſt, non tantùm rationem opum lucrandarum tenere, ſed etiam noſſe comparatas conſeruare. Iccirco princeps Apoſtolorum hortatur, ut aduerſario reſiſtamus, atq; modum & uires reſiſtendi tam infeſto callidoq; hoſti aperit. Immanis illa beſtia ſuam uim & robur erga ſolum diffidentes & incredulos habet & exerit: quæ erga fideles fideq; uiua armatos imbellis eſt. Fortes uult nos eſſe Apoſtolus, hoc eſt, firmos ac propoſiti ſancti tenaces in eo quod accepimus: atque ſtudeamus omnes noſtro officio ſtrenuè fungi: ſimus ſolido & infracto animo: habeamus fortitudinem, quæ non tantùm aduerſus totius Mundi poteſtatem ac uires ualeat, ſed omni diaboli quoque potentia ſit fortior. Illa fortitudo Chriſtus eſt: in quem credentes, ſeu fidem illam uiuam habentes, aduerſus omnes diaboli & aſſeclarum eius machinas facilè reſiſtemus ac uincemus. Si ergo malus ille & ferociẽs leo acceſſerit, uolueritq; conſcientiã tuam oppugnare, quòd non bene uixeris, non omni tempore, ut debueras, omnibus ſatisfeceris, ſicq; illius iam eſſe uidearis, propter peccata: Statim aduerſum hunc fide in Chriſtum firma audacter reſiſte, atque reſponde: Ille ſanctus & purus, qui ſe pro me impuro in mortem tradidit, quiq; mihi cum ſua ſanctitate & iuſtitia à patre condonatus eſt, me abſoluit ab omnibus delictis. Illum, ô Diabole, nõ potes in ius trahere, aut ullius criminis reum facere. In hunc ego confido, huic adhæreo, in illũ mea omnis ſpes, omnes meæ cogitationes, meus amor, hunc unum deniq; tuis accuſationibus oppono, qui mea eſt omniſufficientia, iuſtitia & ſatisfactio. Interim, quantum ad me attinet, non inuitus, quod potero faciam, & quantum hominibus ſum obnoxius rependam. Scio cui credidi, & certus ſum, quia ille, cui adhæreo, non me patietur eſſe deſertum: cuius potentia etiam contra omnes inferorum portas ualet. Iſta ſunt arma aduerſus diabolum. Apoſtolus, qui talibus prælijs ſæpe interfuit, ſæpe cum diabolo manus conſeruit, expertusq; didicit: nullum aliud telum, nulla alia arma in tali lucta ſufficere pronuntiat. De his plura ſcribit Paulus ad Epheſ. 6. Et 1. Ioan. 5. Hæc eſt uictoria, quæ uincit mundum, fides noſtra.

Acquiſita bona multis uigilijs ſeruanda.

Diabolus ſolũ aduerſus diffidentes uim exerit & preualet Firmi fide.

Tela quibus referienda diaboli iacula.

Arma aduerſus diabolum.

Scientes eandem paſsionem ei, quæ, &c. Conſolatur & excitat his uerbis tentatos. Nolite putare (inquit) hoc nouum eſſe, quòd diabolus uos tentat. hoc commune eſt omnibus, maximè ijs, qui piè uolunt uiuere in Chriſto. Scientes eandem paſsionem, hoc eſt, Nolite inſolitum exiſtimare, ſed ſcitote eandem tentationem fieri ei fraternitati, quæ in Mundo eſt, hoc eſt, Satanam omnibus fratribus ueſtris eſſe infeſtum, nihilq; aliud moliri, quàm ut gregi Chriſti noceat. Sed fruſtra conatur, ſi fide ſolidi fueritis. Puderet uos ſolos (credo) præ omnibus ſuſtinere non poſſe. Infracto animo & fide uiua ſtate, uiciſtis.

Fideles tentari non eſt nouũ.

Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos, &c. Suam epiſtolam claudens urgentiſsimam conſolationem ſimul & magna noſtræ religionis Chriſtianæ, ſacramenta adducit, quibus tentatos, & quotquot piè in Chriſto uiuunt, cõſolatur. Deus qui ſuis fidelibus ſemper paratus eſt auxiliari, Si quid ueſtra impotentia & negligentia defuerit in eo, quod per uos ſanctiſsimè cœptũ eſt, ipſe perficiet. Si quid nutare incœpe-

Tentatorũ & pro Chriſto afflictorum conſolatio.

rit, ipſe confirmabit & fulciet. Si quid ruinam minatur & infirmatur, ipſe ſolidabit & ſtabiliet: ne Dei ædificium ſanctum, ut in petram firmißimã fundatum, labatur & ruat. Deinde quædam noſtræ religionis ſacramẽta perſtringit, quæ multam uim & efficaciam excitandi animos ad pietatem afferunt. Deus omnis gratiæ, id eſt, Deus ſolus eſt omnium bonorum autor. Is ſolus unus eſt, qui omnem gratiam largitur. Sequitur, Qui uocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto IESV, id eſt, per meritum & redemptionem paßionis IESV Chriſti, hac conditione, ut Chriſto commoriamur, & in nouitate uitæ ambulemus, largitur nobis uitam æternam, hoc eſt, coronat nos cum Chriſto, cuius gratia uocat nos, & extra quem perimus. Addit conſolationem, ut patienter, atque conſtanter in afflictionibus duremus, dicens, Modicum paſſos, ſeu parumper afflictos. Oſtẽdẽs piorum afflictiones temporarias eſſe, & finem breui habituras.

Deus omnium bonorũ autor.

Vocari in Chriſto.

Piorũ afflictiones tẽporariæ.

Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum Amen. Hac coronide, principio & medio epiſtolæ reſpondente, quam omnes Chriſto debent laudem & gloriam, explicat Apoſtolus.

Per Syluanum, &c. Quæ paucis dicit ſe ſcripſiſſe Aſianis, non puto fuiſſe quandam tertiam epiſtolam, ſed hanc priorem, quam ipſis perferendã Syluano tradidit. Videtur hic textus inſinuare Syluanum amanuenſem Petri fuiſſe, qui iuſſu Petri illam ſcripſerit, eandemq́; Aſianis tulerit, quorum fuit ſtudioſißimus.

Syluanus Petri amanuenſis.

Obſecrans & conteſtans hanc eſſe ueram, &c. Paucis uerbis totum ſuum inſtitutũ perſtringit. Indicat enim cur, quid, & de quibus rebus ſcripſerit. Tametſi non me lateat, uos iſta didiciſſe, tamen ſanctum & bonum exiſtimaui illa ſcriptis mãdare, ut oſtenderem me ſcriptis confirmare, quæ uerbis pronuntiaui. Obſecrans ut eã obſeruetis, & conteſtans, id eſt, teſtimonium perhibens hanc gratiam Dei, in qua nunc ſtatis, eſſe ueram Dei gratiam, id eſt, ueram fidem & Chriſtianam religionem.

Cauſa propter quã ſcripſit Petrus epiſtolam priorem.

Salutat uos Eccleſia, quæ eſt in Babylone, &c. Inter Doctores controuertitur, de qua Babylone intellexerit Apoſtolus. Eſt enim Babylon in Chaldæa. Eſt & alia Babylon Aegyptiaca, dicta Chayrus, à Cambyſe rege Perſarum condita, ut ait Ioſephus, quam Strabo uidetur Arabiæ aſſcribere. Alij, ut Hieronymus, allegoricè Babylonem Romam dicunt, quòd Roma in omnibus Babyloni reſponderit. Salutat uos Eccleſia illa coëlecta, id eſt, ſimul electa & conſors electionis ueſtræ.

Babylon.

Chayrus.

Et Marcus filius meus. Quemadmodum Paulo Timotheus filius erat ſpiritualis, ita & Marcus Petro. Hunc Marcum dicunt fuiſſe illum Euangeliſtam, quem Hieronymus refert diſcipulum & interpretem Petri fuiſſe.

Marcus Euangeliſta.

Salutate inuicem in oſculo ſancto. In genere omnia complectitur, & à ſigno ad rem ſignatam tranſit. Oſculum autem apud Hebræos, charitatis & cõcordiæ ſignum erat. Emphaſim habet, cum dicit, ſancto. Siquidem charitas ſine fuco eſſe debet. Obſeruabis, Oſculum frequens erat beneuolentiæ ſymbolum apud Iudæos, ut ex ſcripturis liquet. Apud Romanos minus fortè uſitatum, non tamen inſolens erat, niſi quòd mulieres oſculari non licebat, præter quàm ſolis cognatis. Mos apud ueteres cõualuit, ut Chriſtiani ante ſanctißimæ Cœnæ communicationem ſe mutuò oſcularentur: ad teſtandam eo ſigno amicitiam: deinde eleemoſynas conferrent: ut id, quod repræſentauerant oſculo, re quoq; & effectu comprobarent. Hoc indicat Chryſoſtomus in homilijs. Vnde commendãdus eſt in Eccleſia ritus ille oſculandæ patenæ, & cõferendæ oblationis in ſacroſancta Miſſa obſeruatus, quem ſanctè ac laudabiliter poſt manuum impoſitionem preſbyterij Epiſcopus exercere ſolet. Iubet ergo Apoſtolus, Salutemus inuicem in oſcu

Oſculum charitatis ſignum.

Oſculũ mulieribus apud Romanos olim interdictum.

in oſculo ſancto,hoc eſt,non ficto & ſimulato,quale fuit Ioab ad occidendum Amaſam, 2.Regum 20. aut Iudæ proditoris ad tradendum Chriſtum, aut eorum, de quibus ait Dauid Pſal. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo : mala autem in cordibus eorum. Sed ſanctum ſit,hoc eſt,ſpiritale,nihil carnale habens. Oſculum ſanctum.

Gratia uobis omnibus,&c. Omnibus gratiam, id eſt, Dei fauorem & pacatam conſcientiam per IESVM Chriſtum precatur. Hoc iſtud eſt ſingulare donum, quo inſigniuntur uerè fideles,æternæq́; ſalutis cõſortes fiunt. Quã donet ipſe IESVS Chriſtus,qui eſt pax & iuſtitia noſtra,in ſecula ſeculorum. Amen, Ita ſit & fiat.

DICTIO.

BABYLONEM Aſſyriorum urbem ad ripas Euphratis ſitam eſſe ferunt. Ea uox Hebreis confuſionem ſignificat. Quare allegoria Scripturæ indicat colluuiem hominum perditiſſimorum, & qualem Philippus ille Macedo inſtituit Poneropolim, in quam perfidos omnes, periuros,& quicquid eſt fæcis huiuſcemodi relegauit. A' Plinio & Pomponio Mela,maxima urbs uocatur,& Chaldaicarum gentium caput. Nam ita obtinuit principatum,ut propter eam reliqua pars Aſſyriæ & Meſopotamiæ, Babylonia ſit dicta. Babylon. Poneropolis.

GRAECIS κλῆρος, Clerus,eſt ſors : ſignificaturq́; hoc uerbo poſſeſſio,uel quicquid fortuna attulerit. Vide ſuprà. Clerus.

DIABOLVS, Hebraicè pollet Satan. ſignificat autem utrunque, aduerſarium & calumniatorem. Diabolus.

EPISTOLAE PETRI PRIMAE,
FINIS.

B. PETRI EPISTOLA SECVNDA.

ARGVMENTVM EIVSDEM.

Exhortatoria eſt hæc epiſtola, ſingulis propémodum uerbis maxima adducens myſteria. Dum Spiritu admonitus diem ſuæ mortis inſtare cognoſceret, paterno quodam ductus amore, munus ſaluberrimæ eruditionis, ipſis Aſianis, adeoq́; toti Eccleſiæ, relinquere uoluit. Hanc itaq; mittens epiſtolam docet religionem, quam acceperant, ſanctam & uerã eſſe. Deinde hortatur, ut puritati uitæ & innocẽtiæ ſtudeant: in quo ut firmius perſtent, & pſeudoprophetas uenturos facilius uitent, teſtimonia ueræ religionis adducit, quibus illorũ uerſutias & exitium prænuntians, omnes illius magnæ diei, certiſsimæ quidem, ſed nemini tamen cognitæ, admonet.

Dies iudicij incognita.

Variabunt contendentq́; quantum uolent hominum quorundam ingenia, hanc epiſtolam Petro non adſcribentium. Ego uerò beati Petri Apoſtoli, ſicut & priorem, eſſe credo: tum quòd grauiſsimi noſtræ religionis profeſſores, Origenes, Hieronymus, Chryſoſtomus, Ambroſius, Didymus, imò & ipſe Euſebius, illius, ut Canonicæ & Apoſtolicæ, autoritate uſi ſunt: tum etiam quòd Spiritum ipſius Petri nullibi ſibi diſsimilem, quin & ipſius Chriſti, ubiq; ſpiret ac exerat. Præterea ipſe epiſtolæ titulus, mentio deniq; transfigurationis Chriſti in monte indicant, hanc Petri, & non alterius, eſſe. Quibus omnibus, & generalis cõſenſus Eccleſiæ, & Senatus ille theologicus Pariſienſis ſubſcribunt. Quibuſcum nos hanc Petri, ſicuti & priorem, eſſe credimus, atq; ſuſcipimus.

LOCI INSIGNES.

1 Vitæ puritas ſola in qua perſiſtendum. I. II.
2 Pſeudoprophetarũ uerſutię, ſectatores, artes nefandę, & exitus. II. III.
3 De impijs poſtremi ſeculi moribus. II. III.
4 De cõtemptoribus diuini iudicij, aduerſus quos dies iudicij. II. III.
5 Certiſsimus iudicij magni dies, nemini tamen cognitus. III.
6 Bona & ſancta opera ſunt electionis indicia. I. II.

B. PETRI EPISTOLA SECVNDA.

Semper ad meliora enitendum. CAP. I.

SIMON Petrus ſeruus & Apoſtolus IESV Chriſti: ijs qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in iuſtitia Dei noſtri & ſaluatoris IESV Chriſti, Gratia uobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Chriſti IESV domini noſtri: quomodo omnia nobis diuinæ uirtutis ſuæ, quæ ad uitam & pietatem, donata ſunt, per cognitionem eius, qui uocauit nos propria gloria & uirtute, per quæ maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit: ut per hoc efficiamini diuinæ conſortes naturę, fugiẽtes eius, quę in Mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide ueſtra uirtutem, in uirtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim ſi uobiſcum adſint, & ſuperẽt: non uacuos, nec ſine fructu uos conſtituent in domini noſtri IESV Chriſti cognitione. Cui enim non pręſto ſunt hæc: cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis ueterum ſuorum delictorum. Quapropter fratres magis ſatagite, ut per bona opera certam ueſtram uocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur uobis introitus in æternum regnum Domini & ſaluatoris noſtri IESV Chriſti. Propter quod incipiam uos ſemper commonere de his: & quidem ſcientes, & confirmatos uos in præſenti ueritate. Iuſtum autem arbitror quandiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare uos in commonitione: certus quòd uelox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod & Dominus noſter IESVS Chriſtus ſignificauit mihi. Dabo autẽ operam, & frequenter

Marginal notes (left): Simeon. Coæqualẽ] uel æquè prætioſam. In iuſtitia] per iuſtitiam, qua iuſtificamur à Deo. Chriſti] ſubaudi, dico. Adimpleatur] multiplicet per agnitionem. Quomodo] ſicut eius diuina uirtus oĩa nobis largita eſt, quæ ad uitã & pietatem pertinent. Fugiẽtes] ſi refugeritis à corruptione, quæ eſt in Mundo per cõcupiſcentiam. Vos autẽ, &c.] Sed & in hoc ipſum oĩ adhibito ſtudio. Abſtinentiam] uel tẽperantiã. Superent] exuberent. Obliuionem, &c.] oblit⁹ ſeſe à ueterib⁹ peccatis ſuis fuiſſe purgatum. Satagite] operam date. Certam ueſtrã] firmã ueſtri. id eſt, ut per bona & recta opera, alij ſibi perſuadeant uos eſſe electos ad uitã. Nõ peccabitis] non labemini. Incipiam] non negligam. Suſcitare, &c.] excitare uos p cõmonitionẽ: quũ ſciã, ꝙ bre

Marginal notes (right): Fides. Virtus. Scientia. Abſtinentia. Patientia. Pietas. Charitas. Opera, indicia electionis. Tabernaculũ. Ioan. 21. f

quenter

quenter habere uos poſt obitum meum,ut horum me- moriam faciatis. Non enim doctas fabulas ſecuti, no- tam fecimus uobis domini noſtri IESV Chriſti uir- tutem & præſentiam: ſed ſpeculatorés facti illius ma- gnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam, uoce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifi-
Matth. 17. a ca gloria, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi cō- placui, ipſum audite. Et hanc uocem nos audiuimus de cœlo illatam, cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto.
Lucerna. Et habemus firmiorem propheticum ſermonē, cui be-
Prophetæ. nefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in loco ca- liginoſo, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cor-
2. Timoth. 3. d dibus ueſtris: hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetia Scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana allata eſt aliquando pro- phetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.

ui depoſiturus ſim tabernaculum meum. Doctas] arte cōpoſitas. Præſentiā] aduentum: Accipiēs, &c.] accepit enī, uel acceperat. Firmiorē] comparatiuum pro poſitiuo more Græcorum. Prophetia ſcripturæ] prophetica ſcriptura. Aliquando] olim. Inſpirati] impulſi,

Scribentium ritus. Simon Petrus ſeruus & Apoſtolus IESV Chriſti. *Laudabili conſuetudine obſeruatum eſt in Eccleſia, ut epiſtolis præfigatur epigrapha, quæ ſcribentis nomen & officium præmonſtret: ut certò ſciatur cuius autoritate ſcripta ſit & recipienda. De nomine Petri ſuperiore epiſtola abundè diximus. Non hîc loquitur Petrus de*
Seruitus multiplex. *ſeruitute illa ſeruili, qua dominis ſubijciuntur aliqui. Neque de ſeruitute illa ſolum, qua corde & ſpiritu adoratur Deus: ſed de officio quo quis ſe Dei miniſtrum pronuntiat, ac legatum ad uerbum Dei, & regnum Chriſti annuntiandum. Significans quòd credita ſibi & delegata à Deo perferat ad alios, ac miniſtret Eccleſijs in diſpenſatione Euangelij IESV Chriſti. Quinetiam ſerui uocabulum ipſe Petrus expoſuit, per hoc, quod cōtinuò adiecit, Apoſtolus IESV Chriſti. quaſi dicat, Ita ago ſeruum Dei, ut miniſterio meo apud omnes prædicationem Euangelij IESV Chriſti manifeſtem, aperiamq́; meo officio, quo cultu uult honorari ab omnibus nobis, nimirum fide in IESVM Chriſtum. hoc*
Apoſtoli nomē unde. *eſt, qui crediderit & baptizatus fuerit, hic ſaluus erit. À mittendo factum eſt Apoſtoli*
Miſsi. *nomen. Quare nemo feliciter docet in Eccleſia, niſi qui uocatus & miſſus ſit, atq; ad docendum legatus: uel immediate à Deo patre & Chriſto IESV, ut Petrus, Paulus, & alij: uel mediatè per Eccleſiam & Epiſcopos, qui pietate præditi & autoritate pollent in Eccleſia.*

Iis qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem. *Bene precatur Petrus, & hanc ſcribit epiſtolam omnibus Chriſtianis, præcipuè Aſianis, quibus & priorem deſtinauit, ut ex tertio capite infrà cognoſcitur. Iis qui ſortiti ſunt, conſequuti ſunt, non caſu, aut fortuna, ſed Dei electione & gratia fidem Euangelicam & gentibus, &*
Coæqualis fides. *Iudæis communem. Coæqualem, id eſt, parem, & eiuſdem pretij, ſiue æquè pretioſam, nobiſcum Apoſtolis. Non intelligamus ex his, omnibus per fidem æqualia obtigiſſe do-*
Ab Euangelio nemo arcetur. *na, ſed à fide & Euangelio neminem arceri. Fidem non eſſe Iudæis peculiarem & propriam, ſed æquam eſſe dignitate & ſanctitate omnibus, ſiue Iudæis, ſiue gentibus. Hac*

coæqualit

coæqualitate aufertur perſonarum acceptio, & Iudæorum diſtinctio à gentibus. Nam Roma.10. refertur, Dicit enim Scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem Dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit. Audiamus Paulum non dixiſſe, Omnis enim Iudæus: ſed, omnis quicunque, ſiue Iudæus, ſiue gentilis, &c.

In iuſtitia Dei noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. *Electi æqualem ſortiti ſunt fidem, in iuſtitia Dei. Hoc eſt, quod dicit Paulus 2. ad Corinth.5. ut efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. hoc eſt, ut eſſemus iuſtificati à Deo per Chriſtum. Ipſe enim, 1. Corinth. 1. factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio. Addit Petrus, Dei noſtri: ut immenſitatem gratiæ Dei erga nos oſtendat: ne quis ſupercilium & criſtas erigat, adſcribens ſuis meritis & operibus Iuſtificationem, quæ ſoli* IESV *Chriſto debetur, & à quo gratis illam habemus. Aut dicito, Sortiti ſunt coæqualem fidem in iuſtitia Dei: id eſt, fides illa innititur ueritati & promiſſis Dei. Dei noſtri, &, pro, id eſt, ſaluatoris* IESV *Chriſti. Eſt certè* IESVS *Chriſtus Deus noſter & ſaluator noſter. Aut diuiſim accipi poteſt, Iuſtitia, eſt Dei noſtri, Patris: & eſt ſaluatoris* IESV *Chriſti. Nam à Patre & filio & Spiritu ſancto eſt nobis iuſtitia & iuſtificatio per Chriſtum, cui eſt gloria.*

Electi fiunt iuſtitia dei & ſanctificatio.

Iuſtificatio noſtri Chriſto debita.

Gratia uobis & pax adimpleatur, &c. *Auditorũ animos à donis & uirtutum acceſſione & augmento, precatoria oratione attentiſſimos reddit, non ſecus atque qui paupertate preſſos excitat, dum enumeratam pecuniam eandemq́; copioſiſſimam, & abundantem annonam ab eiſdem excipiẽdam, liberali animo gratis offert. Gratia, id eſt, iuſtificatio, remiſſio peccatorum, pacataq́; conſciẽtia, imò & fauor ille Dei adimpleatur, id eſt, augeatur in uobis. Et pax, id eſt, felix rerũ ueſtrarũ ſucceſſus uobis ſemper accreſcat. Aut gratia, id eſt, reconciliatio & donum Spiritus ſancti augeatur uobis. Deinde optat illis pacem, id eſt, cætera bona, quibus opus eſt, acceſſionem faciant in uobis. In cognitione, id eſt, per agnitionem Dei patris. Et Chriſti* IESV *domini noſtri, donec compleatur in cognitione illa Dei beatifica & æterna, nunc in fide & ſpe uiua, tunc autem in fruitione. Quia Ioã.17. dicebat ille, Hæc eſt uita æterna ut cognoſcãt te, ſolũ Deũ uerum, & quẽ miſiſti* IESVM *Chriſtũ. Hic fidei, charitatis & uirtutũ fit augmẽtũ, dum de Deo meditamur, & in eius cognitione & Euangelio uerſamur. Quæ adimplebuntur, id eſt, conſummabũtur in cognitione Dei & Chriſti, id eſt, quando uidebimus eum ſicuti eſt, & cũ eo uiuemus æternum. Hæc cognitio, de qua hic mẽtionẽ facit Apoſtolus, non eſt cognitio, qua cognoſcimus Deũ rerũ omniũ creatorẽ & gubernatorẽ, Chriſtum de Virgine natũ. Hoc ethnici & dæmones recognoſcunt: ſed, qua non ſolùm cognoſco Chriſtum ſeruatorẽ & redemptorẽ meũ, mea cauſa mortem oppetiiſſe, & à mortuis reſurrexiſſe, omnibus in ſe credẽtibus ſalutem promiſiſſe: ſed etiam ego illhuc & in illas promiſſiones ur uoluntatẽ tendo. hoc eſt, Chriſtum amo, & in eũ fido credoq́;, hũc amplexatus ut miſericordẽ, & in promiſſis fidelem. Huiuſmodi cognitio à Prophetis uocatur facies Domini: ia hac cognitione uidemus faciẽ Domini, hoc eſt, Deum cognoſcimus nobis propitium.*

Gratia.

Pax.

Cognitio Dei i nobis creſcat donec in cœlis illo fruamur.

Cognitio Dei uiua.

Quomodo omnia nobis diuinæ uirtutis ſuę, &c. *Pendent hæc à ſuperioribus. Sic adimpleatur gratia Dei, quomodo omnia diuinæ uirtutis donata ſunt. eſt, quomodo diuina uirtus donauit nobis omnia, quæ ſunt ad uitam & pietatem. Id quæ ad uitæ innocentiam & religionem Chriſtianam faciunt. His confirmat fideles, demq́; hortatur ad puritatem uitæ, paucis ſummam totius negotij Euangelici perſtringens.*

Quomodo particula admirantis.
Vt, particula admiratiua.

gens. Omnia nobis in Chriſto IESV dedit pater. Dictio, Quomodo, non pro, quemadmodum, accipienda uidetur. non enim hic habet ad quod reſpondeat. Sed admiratiuè accipi poteſt, ſicut particula, Vt, cui hoc loco reſpondet Græca ὡς, id eſt, Vt, admiratiua eſt. Hoc norunt grammatici. Licebit ergo interpretari ad hunc modum, Quomodo, uel, ut omnia nobis, &c. ac ſi diceret, O quàm abundè diuina uirtus donauit & largita eſt nobis omnia, quæ ſunt ad uitam, & pietatem! Ne quis philoſopharetur & luderet in dictione, Omnia, uoluit Petrus interpretari ad maiorem tanti beneficij admirationem. Largita eſt nobis diuina uirtus omnia. omnia, inquam, quæ ad uitam & pietatem pertinent.

Chriſtianus ſolicit⁹ de ſalute.
Euangeliũ explicat quod facit ſatis ad ſalutem.

De reliquis enim, quæ nihil ad uitam & pietatem faciunt, non eſt ſolicitus & anxius Chriſtianus. Ad hunc modum Ioannes Apoſtolus ſcripſit cap. 20. Multa fecit IESVS (ait ille) in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt ut credatis, quia IESVS eſt Chriſtus filius Dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Id eſt, ea quæ continet lectio Euangelica explicant quæ ad cognitionem Chriſti & uitam conſequendam faciunt ſatis.

Vita ex Dei uirtute.
Pietas.

Ad uitam dicit, qua Deo uiuimus in cognitione & amore Dei, cum ſpe ſalutis & immortalitatis. Et ad pietatem: quæ autore Paulo, ad omnia utilis eſt: qua ſeruus Dei ſe in his quæ ſunt religionis Chriſtianæ, dum hìc uiuit, exercet: expectans beatam illam ſpem, quando ſibi obtingent illa, quæ IESVS Chriſtus ſuis præparauit apud Patrem in regno ſuo.

Per cognitionẽ eius, qui uocauit nos propria gloria & uirtute. Occupatio eſt. Rogabis fortaſſe, Qua in re, aut quando hæc nobis donata ſunt? Reſpondet Apoſtolus, Per cognitionem, id eſt, per fidem illam ſanctam agnouimus eum IESVM Chriſtum.

Fides ad Deũ.
Virtus & gloria Dei eſt filius.

Qui uocauit nos propria uirtute & gloria. Quando in Mundum uenit nos uocauit, nos recuperauit, & è tenebris ad lucem aſciuit propria uirtute & gloria. Quia ipſe filius Dei, qui uirtus & gloria eſt, factus homo cùm pura eſſet hoſtia, nos uitijs obſtrictos ſua uirtute & iuſtitia cohoneſtauit. Et cùm eſſemus abiecti & inglorij, nobis ſuam gloriam contulit: ut peccatis mundati, iuſtitiæ uiueremus. Dicamus ergo,

Cognitio Dei uiua fides.

Per cognitionẽ eius, hoc eſt, uiuam fidẽ in IESVM Chriſtum, ad hãc uirtutẽ & gloriã ueniemus. qui hæc omnia reuelans donauit nobis, & tanta uocatione nos dignatus eſt, ut redemptionẽ noſtrã, nõ per legatum aut Angelum fecerit: ſed ipſemet in propria uirtute & gloria ſeu maieſtate & diuinitate uenit, & ſaluos nos fecit. Cui ſoli Deo nos noſtraq́; debemus omnia. ab eo toti pendemus. Sine quo nihil ſumus. Huc pertinet quod dicit Zacharias ille Euangelicus, Lucæ 1. Benedictus dominus Deus Iſraël, quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Per quę maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit. Amplificatione eleganti ad clariorẽ ſuperiorũ cognitionẽ utitur. Per quæ, hoc eſt, per ea quæ ſpectant ad uitã & pietatẽ. Aut per quæ, uirtutẽ & gloriã. Quidã textus habent Per quẽ, ſubaudi Chriſtum. Alij, Per quam, ſubaudi agnitionem IESV Chriſti. Cùm orbi donatus eſt IESVS Chriſtus, & apparuit, tunc Deus donauit, id eſt, exhibuit nobis promiſſa olim

Chriſti aduentus ditiſsimus.

per Prophetas prænũtiata & adumbrata, maxima & pretioſa, hoc eſt, excellẽtiſſima dona, & quæ æſtimari ſatis nequeũt. Rogabis fortaſſe, Quæ ſunt illa tã pretioſa quæ nobis obtigerunt per reuelationem & uiuam agnitionem IESV Chriſti? Reſpondet Petrus:

Dona nobis collata Chriſti aduentu.

Vt per hoc efficiamini diuinę cõſortes naturæ. Vt per hoc, id eſt, per donũ iſtud maximũ & pretioſum, hoc eſt, per Chriſtum theſaurum incõparabilem, cuius gratia & dona Spiritus ſancti abundè largita ſunt nobis, nempe remiſſio peccatorum, liberatio à diaboli poteſtate, à timore mortis & inferni: per hoc, inquam, efficeremur con-

ſortes diuinæ naturæ. Hoc eſt, in Chriſto haberemus immortalitatem & uitam æternam. Eſt enim Deus ſuapte natura incorruptibilis, immortalis, & æternus, qui eadem gloria donat cum Chriſto omnes qui in ipſum credunt, perſeuerantes in fide & uitæ puritate. Iſta ſunt promiſſa à Chriſto. Volo Pater ut ubi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Per hæc præſentia dona efficiemur in futura uita naturæ diuinæ conſortes: nempe, uidentes Deum ſicuti eſt, non noſtra natura, ſed ſupernaturali conſortio diuinæ naturæ, quod ſuperinduemus dono & gratia Chriſti: quo idonei reddemur ad tantam gloriam uidendam & contemplandam. Dum uerò hanc expectamus gloriam & conſortium glorioſæ illius ſimilitudinis, per uiuam fidem in Chriſtum efficimur conſortes diuinæ naturæ. Quia filij Dei ſumus, hæredes Dei, cohæredes autem IESV Chriſti. Hæc apertiſsima ſunt ex 1. Ioan. 3. Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus: et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam quum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. Rurſus 1. Ioan. 1. Quod uidimus & audiuimus, annuntiamus uobis: ut & uos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum patre & cum filio eius IESV Chriſto. De his donis pretioſis multa ſcribit Paulus ad Epheſ. 1. & 2. Item ad Coloſs. 1. & pleriſque alijs locis.

Conſortes diuinæ naturæ fieri.
Chriſti promiſſa.
Diuitiæ per Chriſtum.

Fugiẽtes eius, quæ in Mundo eſt, concupiſcentię corruptionẽ. Ad puritatem uitæ hortatur, docens nos nõ futuros diuinæ naturæ conſortes ſine noſtra cooperatione. Neceſſe eſt bene operemur & ambulemus in uitæ puritate ante acquiſitã immarceſcibilem coronã. Quia dixerat nos ad eum gradũ per Chriſtum euectos eſſe, ut aliquando conſortes ſimus diuinæ naturæ, æquum & iuſtum eſt, ut incorruptionem & immortalitatem cœleſtem expectantes, à corruptione iſta terrena abſtineamus. Quare noſter Apoſtolus ait, Efficiemini conſortes diuinæ naturæ, fugientes, id eſt, ſi fugeritis corruptionem. Si rogaueris, Quæ, à qua fugiendum eſt? Reſpõdet Petrus, À corruptione concupiſcentiæ eius, quæ eſt in Mundo, id eſt, à corruptione quæ in Mundo eſt, & quæ in concupiſcentia eſt. Hoc eſt, ab affectu carnali, & habendi, ambiendi'ue cupiditate: quæ hominem occæcant & in abyſſum demergunt. Mundialem ergo concupiſcentiam dicit uitandam: Quia eſt alia concupiſcentia ſpiritalis & ſtudioſa, dicente Dauide Pſal. 83. Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Sapientiæ 6. Concupiſcentia ſapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Hæc concupiſcentia incorruptionem parit, & fœdus cum Deo init.

Opera neceſſaria ad coronã.
Corruptio mũdi fugienda.
Affectus carnis.
Concupiſcẽtia duplex.

Vos autẽ curã omnẽ ſubinferẽtes, &c. Singulari & feſtiua gradatione (quæ fit cùm ex prima ſententia oritur ſecunda, & ex ſecunda tertia, atque ita deinceps) utitur, qua præcipuas uirtutes ueluti in ſertum odoriferum cõcinnauit, hortaturq́; ad ſtudium puræ uitæ & innocentiæ, damnans eos qui fidem & religionem Chriſtianam uerbo commendant, factis autem & operibus Ethnicam & Sardanapalicam uiuunt. Pulcherrimæ ſunt arbores, ſed ſteriles. Vos autem, quaſi dicat, Cùm per gratiam Chriſti mortui ſitis ipſi peccato, neceſſe eſt non otiemini, ſed reliquum uitæ tempus Chriſto & eius iuſtitiæ in uitæ puritate uiuatis. Vos autem curam omnem ſubinferentes, id eſt, toto ſtudio incumbite, eiusq́; rei gratia date operam. Miniſtrate, id eſt, ut miniſtretis uirtutem in fide. Ac ſi diceret, Deus ſemel uobis innocentiam & puram uitam dedit, non ſatis eſt illam tueri & defendere, ſed adnitamini & ſatagite ut miniſtretis uirtutem in fide, id eſt, ut benefactis locupletemini. facite fructus dignos pœnitentiæ. Lucæ 3. Et ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham. Sed Abrahæ fidem & opera ipſius habete, ne fides ſit otioſa: ſed comitetur illam uirtus, hoc eſt, probitas ipſa, ne

Gradatio.
Puritatis uitæ commendatio.
Opera habenda.

Virtus.

quid dicatur agatur'ue, niſi quod honeſtum, purum, ac ſanctum ſit. Virtus hic non potentiam aut miraculum ſonat, ſed bonitatem & probitatem morũ, quæ fidem comitatur.

In uirtute autem ſcientiam. *Annexa & commiſta eſſe ſolet morum probitas & uirtus ipſi ſcientiæ, non humanæ, ſed ipſi cognitioni, quam uerbum Dei & Spiritus eius præſtant. Scientia ergo excipiat ipſam uirtutem, ut & ſequamur quæ recta ſunt, & perſpiciamus, quid, quo loco, apud quos, quatenus, & qua ratione agamus.*

Scientia.

In ſcientia autem abſtinentiam. *Quoniam ſcientia iudicamus quid optimum, Abſtinentia, id eſt, temperantia comitetur ipſam ſcientiam: ut ab illicitis & fallacibus carnis illecebris, infracto & inuicto animo tẽperemus & abſtineamus. Abſtinentiam ſiue temperantiam poſuit pro ſingularum rerũ temperatione, hoc eſt, ſciamus temperare & abſtinere ab his quæ loco & tempore inutilia & mala cognouerimus.*

Abſtinentia. Temperantia.

In abſtinentia autem patientiam. *Temperantia, bonorum eſt operatrix, quæ dum operamur, non poteſt non aduerſari malignus ille Mundus, tam malus eſt eius genius. Propterea abſtinentiæ ſiue temperantiæ coniungit patientiam: ut dum temperamus & abſtinentiam exercemus benefacientes, mala & afflictiones fortiter ac patienter toleremus. Nam quos Mundi deliciæ & cupediæ non emolliunt, hos aliquoties frangit impatientia malorum. Ad hanc hortatur Paulus Hebr. 10. Patientia uobis neceſſaria eſt, ut uoluntatem Dei facientes reportetis promiſsionem. Hæc eſt uirtus uerè Chriſtiana, qua propter Deum fortiter aduerſa toleramus, imò & in aduerſis patienter duramus, expectantes promiſſa Dei.*

Patientia.

Impatiẽtia malorum.

Pietas.

In patientia autem pietatem. *Dum expectamus beatam illam ſpem, Pietas patientiã excipiat, ac apud illam diuerſetur. Hoc eſt, in hac expectatione pietatem (quæ eſt integer, purus & inuiolatus Dei cultus) exerceamus, ſiue quicquid agimus, aut patimur, ad Dei gloriam referamus.*

In pietate autẽ amorẽ fraternitatis. *Hanc pietatem & Dei cultũ comitetur amor fraternus: ut quemadmodũ Deum amamus propter ipſum, ita illius gratia diligamus omnes qui Chriſtum profitentur. Quia ſtatim addet charitatem, quaſi quid generalius hoc amore fraterno: uidetur hic amor fraternus ad mutuum amorem Chriſtianorum inter ſe referendus: quandoquidem Chriſtianos Apoſtoli uocant fratres.*

Amor fratern⁹.

Fratres dicuntur Chriſtiani.

In amore autem fraternitatis charitatem. *Hæc charitas ſiue dilectio latius fraterno amore ſeſe diffundit: nimirum ad Deum ſuper omnia, deinde in Deo & propter Deum, ad omnes, tum fideles, tum infideles, notos & ignotos, amicos & inimicos. Hæc eſt illa dilectio ſiue Charitas, quæ eſt conſummatio bonarum operationum. Hæc comes eſt ipſius Spiritus: quæ ſi abeſt, nullus amor fraternus: euaneſcit pietas: non eſt patientiæ locus: ſordeſcit temperantia: obſcuratur ſcientia, & uirtus omnis flacceſcit. Quid? imò fides & ſpes ſine charitate nihil ſunt, ſed utraq; mortua. Nam omnium chariſmatum uita eſt charitas. Fraternum ergo amorem augeat cumuletq́; ipſa charitas & dilectio, quæ bene mereri ſtudeat de omnibus, non ſolùm de pijs & Chriſtianis, uerùm etiam de impijs & infidelibus. Paucis perſtrinxit Apoſtolus quæ ſunt ueræ religionis Chriſtianæ, oſtendens opera & fructus uiuæ fidei. Sunt autem huiuſmodi, fides, morum probitas, ſcientia, temperantia, patientia, pietas ſeu cultus diuinus, amor fraternus, & dilectio erga omnes.*

Charitas.

Dilectio comes ſpiritus.

Fides & ſpes ſine charitate, nihil.

Charitas eſt uita omniũ chariſmatum.

Fidei uiuæ fructus.

Hæc enim ſi uobiſcũ adſint & ſuperent, &c. *Enumeratis Euãgelicæ fidei fructibus, hortatur ut in illis proficiamus, augeſcamus, incrementũ & acceſsionẽ faciamus uſq; ad plenam menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, ſiue adulti Chriſti, id eſt,*

Chriſti plenã ætatẽ attingere.

uſque ad perfectam & conſummatam tum cognitionem tum dilectionem IESV Chriſti. Si hæc, id eſt, ſi enumeratæ illæ uirtutes adſint uobiſcum, id eſt, animis ueſtris adhæſerint, & ſuperent, id eſt, maximè abundẽt & exuperẽt, ac in dies incrementis aſſurgant, conſtituent uos nõ uacuos, nec ſine fructu, hoc eſt, multũ fructum & bonorum operum non ſolũ augmentũ, ſed etiam mercedẽ cõſequemini in cognitione domini noſtri IESV Chriſti, hoc eſt, nõ ſolùm in fide & eius meditatione, ſed etiã cùm ab omnibus in die illo cognoſcetur, uobis quidem in uitam æternam, impijs uerò in ſupplicium commeritum.

Merces bonorum operum.

Cui enim non præſtò ſunt hæc, cæcus eſt, &c. Antitheſim ſubiungit Petrus, ut melius quæ de partibus uiuæ fidei & religionis Chriſtianæ adduxit perſuadeat. Fidem, uirtutem, temperantiam, & quas recenſui ueræ religionis partes, ad manum & in promptu habetote, imò non ſecus atque nomen ueſtrum & digitos tenete. Quoniam is, cui hæc non ſunt præſtò, id eſt, qui hæc ignorat, non eſt luſcioſus, quoniam adhuc aliquid magnum uideret, & huic ductu manuum adhuc non eſſet opus: ſed cæcus eſt, & ubique impingit, & manu tentans, id eſt, palpitans, neſciens quò uadat. Quia in uoluptatibus & tenebris perpetuis iacet, nihil lucis in eo eſt. Is ſuapte natura cæcus eſt, oblata eſt illi ſcientia & lux, hanc non præſtò habet, ſed contemnit, accipiens obliuionem, id eſt, oblitus purgationis ueterum ſuorum delictorum, hoc eſt, ſui Baptiſmi & gratiæ receptæ beneficio Chriſti, qua renouatus erat. Videtur Petrus alluſiſſe ad id quod Deutero. 28. ſcribitur, Quod ſi audire nolueris (ait) uocem domini Dei tui, ut cuſtodias & facias omnia mandata eius. Sequitur paulò pòſt, Percutiat te Dominus amẽtia & cæcitate ac furore mentis, & palpes in meridie, ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas uias tuas. Huc pertinet quod ſcribit Iſaias 59. Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus: impegimus meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis, quaſi mortui.

Religiõis Chriſtianæ partes.

Cæcitas humana.

Purgatio ueterum delictorũ.

Quapropter fratres, magis ſatagite ut per bona opera, &c. Ex ſuperioribus infert ſententiã, qua hortatur, ut puritati uitæ toto ſtudio incumbamus, quorundam blaſphemiam refellẽs, qui dicunt, Si ſum electus, non eſt iam opus ut religioni ſtudeam. ſiquidem ſola uocatio citra opus meum me ſaluat. Si uerò reprobus ſum, nihil mihi proderunt iuſtitiæ opera. O cæcitatem & inſaniam magnam! Nolite cogitare hoc malum. Cauete ſitis in hoc errore pertinaces. Sed magis, id eſt, potius (eſt enim corrigentis particula) potius quàm hæc uobis deſint, ſatagite, id eſt, date operam & adnitamini, ut faciatis certam, id eſt, confirmetis per bona opera, id eſt, per pietatem, miſericordiam, & alia uiuæ fidei charitatiſq; opera, electionem & uocationem, qua electi & uocati eſtis à Deo ſecundum ſuum beneplacitum, ut eſſetis ſancti. Elegit uos ut eſſetis ſancti. quò, ut facilius pertingere liceat, ueluti ſcalam nobis præſtruxit, erexitq; baptiſmum, fidem, charitatem, & eius opera: quibus certam, id eſt, firmam facies tuam uocationem. Non quòd illa ſit infirma apud Deum, cùm inuiolabilis ſit: ſed ſanctis moribus perficitur. Electionem & uocationem noſtram ſequitur uitæ puritas & ſanctimonia. Videtur quidam ordo eſſe, ut abundè ex Paulo ad Roma. 8. docuimus. Electi, trahuntur ad Deum, & uocantur Spiritu & prædicatione Euangelica: Vocati, fide uiua iuſtificantur: iuſtificati, fructificant, & in puritate uitæ ambulantes conformes fiunt imagini filij Dei. Faciamus ergo uocationem noſtram firmam, id eſt, moribus & operibus ſanctis ac puris perficiamus, ſiue exerceamus nos in præceptis diuinis, quæ ordinata ſunt tanquam media ad finem illum noſtræ electionis & uocationis. Sunt ergo opera ſancta, ſigna certa electionis & uocationis diuinæ.

Blaſphemos arguit Petrus.

Sed magis, eſt corrigẽtis particula.

Vocatio operibus cõfirmãda.

Scala electiõis.

Puritas uitæ electionis filia.

Electorũ ordo.

Opera ſunt media ad finẽ electionis.

Operibus electionem noſtrã firmamus.

Operemur bonum, in finem uſque non deficientes, ſpe certa ducti ad coronam immarceſcibilem, promiſſam ab eo qui infallibilis eſt, qui promiſsis ſtat, & ſeipſum negare non poteſt. Caue altum ſapias, ſed time, & operare in uinea Domini: neceſſe eſt opereris, & fructus fidei & charitatis oſtendas. Quia, ut ſanctiſſimè docuit bonus ille & pius doctor Auguſtinus, Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Paratus eſt dominus Deus teipſum ſemper iuuare. Audi in Apocal. 3. cap. dicentem, Ego ſto ad oſtium foris, & Chriſtus pulſat fores, id eſt, animum noſtrum. *pulſo. Semper pulſat: huic reſera fores. Pande huic uoluntatem tuam, animum tuum. Fidelis eſt, amicis non eſt defuturus. Huc pertinent quæ ſcripſimus in ſecunda conciliatione in 4. cap. 2. ad Timotheum.*

Hæc enim facientes non peccabitis aliquãdo. *Qui pietatis & ſancti-* Naſci ex Deo. *moniæ opera exercet, ex Deo hoc habet, & ex Deo eſt natus: utpote qui per Chriſtũ ſit filius Dei. Sed, ut docet Ioannes 3. cap. 1. epiſtolæ, Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatũ non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet: & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. Ergo qui facit charitatis opera, neque peccat, neque aliquando peccabit. Nam ex radice illa ſancta, quæ eſt charitas, ex qua ſunt bona illa opera, nunquam effluet peccatum. Si hæc feceritis, neq; à uia ueritatis aberrabitis, neq; excidetis unquam.*

Sic enim abundanter miniſtrabitur uobis introitus, &c. *Excitat animos ad exercitium pietatis & bonarum actionum. Non eſt timendum ne in uia hac* Auxilium diuinum omnibus præſtò. *ſancta nobis quicquam deſit. Nam ſi hanc uiam ueritatis tenueritis, in eaq; ambulaueritis, miniſtrabitur uobis abundanter, id eſt, per illa uobis à Deo donata abundè ſuppeditabitur introitus, id eſt, ingreſſus, & quicquid neceſſarium fuerit in æternum regnum domini & ſaluatoris noſtri* IESV *Chriſti, id eſt, ad conſequutionem gloriæ cœleſtis, ad quam per* CHRISTVM *aſciti eſtis. Dicamus cum Petro, Qui pietatis opera* Operãs ex charitate ſalu' fiet. *ex animo exercet, ductus fiducia in* CHRISTVM, *& in finem perſeuerauerit, hic* Triũphus perſeuerantium in fide uiua. *uerè ſaluus erit, huic eſt aditus non ſine triumpho in beatas illas ſedes. Lætus ipſi Mundo moritur, uiuens Deo. Hunc exuens Mundum, magnifico & illuſtri triumpho cœlos per* CHRISTVM *ingreditur.*

Propter quod incipiam uos ſemper commonere de his. *Quem-* Præceptorum optimorũ mos. *admodum optimi præceptores diſcipulis, quorum ſtudioſiſsimi ſunt, ne animo excidant quæ pia & ſancta ab eis didicerunt, ut non ſolùm his, ſed & poſteris omnibus prodeſſe poſsint docendo, literas & uirtutum monimenta à ſe ſcripta, ueluti animorum* Libri ſcriptorũ monimẽta. *componendorum ſpecula, tradere ſolent: ita & noſter Apoſtolus ipſis Aſianis, quin potius toti Eccleſiæ Chriſtianæ deſtinare, & ceu teſtamento delegare uoluit hanc epiſtolam, qua animum diuinum, purum, ſyncerum & integrum nõ modò perſpiciant, ſed etiã ipſo mortuo habeant quod doctrinæ olim ab ipſo traditæ admoneat. Hortari ad puritatem uitæ perſeuerat. Propter quod, ac ſi dicat, ut connectatur oratio ſuperiori. Quia certiſsimum eſt quòd doctrina, quam tradidimus uobis, ea eſt unica & abſoluta ad ſalutem æternam, Incipiam (Græcis eſt, non negligam, non omittam, ſiue non poſſum non) uos hortari ut in hac religione Chriſtiana ambuletis, & perſeueretis uſque in finem.* Incipere pro continuare. *Quia uerbum, Incipiam, in noſtris exemplaribus habetur, placuit adnotare, uerbum incipere, uſurpatum, pro eo quod eſt continuare, & ab inſtituto non ceſſare. Eccl. 18. Cùm conſummauerit homo, tunc incipiet. Hic Petrus de Chriſti immenſa pietate, illhic Sapiẽs de miſericordia eius mentionem facit. Exemplo Petri admonentur animarum paſtores nunquam deſiſtant adhortari & inuitare fratres ad pietatis officia, etſi in pietatis ſumma & doctrina ſancta nihil aut parum illis deeſſe uideatur.*

Iuſtum

Iuſtum autẽ arbitror quãdiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare uos in cõmonitione. *Occupatio eſt. Obijcerẽt fortaſſe Aſiani, Videris ô Petre, de noſtra fide & religione dubitare. Præoccupat ergo Petrus, Nõ ignoro uos in religione Chriſtiana plurimũ promouiſſe, & lõga aſſuefactione ac exercitio pietatis cõfirmatos eſſe. Nihilo minus, iſte eſt meus amor, meus charitatis feruor in uos, hoc ab Apoſtolo ueſtro, dum in hoc tabernaculo eſt. id eſt, dũ uiuit & ſuperſtes eſt, patiamini, qui nõ inutile iudicat uobis eandem doctrinam repetere, & ueluti currentibus calcaria addere. Hoc ſtimulo Romanos inſtigabat Paulus, 7. cap. Scientibus legem loquor. Rurſus 1. Ioan. 2. Non ſcripſi uobis quaſi ignorantibus ueritatem, ſed quaſi ſcientibus eam.*

Petri animus erga Aſianos.

Certus quòd uelox eſt depoſitio tabernaculi mei, &c. *In alias horas aliud'ue tempus hæc adhortatoria ad pietatẽ nõ ſunt differenda: quia inſtat dies mortis meæ. Breui ſum moriturus. Hoc ſcio: quia qui futura prænoſcit, fallere falliq; non poteſt, breui hinc emigrandum eſſe ſignificauit. Vnde monimentum aliquod pium apud uos deponere uolui: ut ſiue uiuam, ſiue moriar, apud uos ſemper loqui de hac religione Chriſtiana uidear. Vocat corpus ſuum, tabernaculum. Metaphora ſumpta ab ipſis tentorijs, quæ ut homini oberranti & nunquam fixam manſionem habenti contingunt: ita homini corpus ipſum. Simili metaphora Paulus eſt uſus 2. Corint. 5. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati. Huius tabernaculi depoſitionem pluribus manifeſtauit Dominus apud Ioan. 21. capi. dicens Petro, Paſce oues meas. Amen amen dico tibi, cùm eſſes iunior cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: cùm autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non uis. Hoc autem dixit (ait Euangeliſta) ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum.*

Mors ipſi Petro prænũtiata à Chriſto.

Tabernaculũ pro corpore.

Dabo autem operam, &c. *Solicitudinem diligentiſſimam erga ſuos oſtendit hic bonus paſtor, indefeſſam certè & nunquam intermorituram. Nam dabo (ait) operam & frequenter habere uos. quaſi dicat, quandiu uiuam, perpetuò ſolicitus ero, tum prædicatione, tum epiſtolis, ut ſiue præſens ſiue abſens fuero, ſemper uobis adeſſe uidear. Imò efficiam contendam'que, ut horum etiam, quæ ad ſalutem uobis annuntiaui, mentionem faciatis poſt obitum meum. id eſt, exitum ab hoc tabernaculo. Id eſt, ut me mortuo habeatis unde meminiſſe poſſitis me uobis fuiſſe præceptorem. Nam quum poſt mortem me loquentem audire uobis non detur amplius, uoluentibus uobis noſtras Epiſtolas poſt meum obitum, cum noſtri, tum noſtræ doctrinæ meminiſſe licebit.*

Petrus mortu adhuc in epiſtolis loquitur.

Non enim doctas fabulas ſecuti, &c. *Vt indiuulsè hæreãt, & in ea permaneãt doctrina, quam unicam & abſolutam eſſe ad ſalutẽ docuit, autoritatẽ ipſius religiõis Chriſtianæ, argumẽto à ueritate & certitudine ſumpto cõfirmat. Apoſtoli & legati Dei omnipotentis ſumus, in totũ orbẽ miſſi ad annũtiandam* IESV *Chriſti ſaluatoris uirtutẽ. id eſt, uim miraculorũ, & præſentiã. id eſt, aduẽtum eius in carnem & Mundum, ipſum eſſe fideliũ uitã, ſalutẽ, hoſtiã, iuſtitiã & redẽptionẽ. Quod uidimus teſtamur uobis & annũtiamus. non autẽ fabulas doctas arte cõfictas, quales ſunt mulierculararum næniæ, poẽtarũ figmenta, & philoſophorũ uanæ diſputatiões, ſpeciẽ quidẽ ueri habẽtes, ſed uanitate hominum & mẽdacijs inuolutæ. Nos uerò nihil tale docuimus, tanquam ex tripode, aut uano aliquo & ſuperſtitioſo oraculo deprõptũ, ſed ex confeſſæ ueritatis cõſenſu.*

Apoſtolorum functio.

Fabulæ doctæ.

Sed ſpeculatores facti illius magnitudinis, &c. *Vrgẽtiſſimas certitudinis & ueritatis Euãgelicæ notas adducit, quibus Ioãnes Apoſtolus nõ diſſimili fiducia priorẽ epiſtolã orditur. Quod audiuimus (ait) quod uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ coutrectauerũt de uerbo uitæ annũtiamus uobis. Quæ comperta*

Euangelij certitudo.

habui

Trãſfiguratio-nis Chriſti teſtes.

habuimus(ait Petrus) quæ uidimus. Nã ſpeculatores ego, Ioãnes & Iacôbus facti ſumus magnitudinis, id eſt, maieſtatis & excellẽtiæ illius, ſcilicet IESV *Chriſti, quando trãsfiguratus eſt in mõte, nobis ſpectantibus cum* Moyſe & Helia. *Hæc, inquã, magna ſalutis omnium myſteria uobis annũciamus, nõ in ſublimitate ſermonis, neq; fabuloſis inuentis & humanis argutijs, ſed in ſimplicitate & ueritate aperta auditoribus propoſuimus. Iſta ut intelligamus adducit* Apoſtolus *quæ* Matth. 17. & Luc. 9. *ſcripſerunt. Quòd in ea hiſto-*

Myſteria Chriſti omnia cõtinet transfiguratio.

ria de trãsfiguratione omnia Chriſti myſteria ſint cõprehenſa. Hæc ex Euãgelio paucis aperiamus. Tres ſelegit Dominus teſtes & ſpeculatores huius transfigurationis, Petrũ, Ioannẽ, & Iacobũ, quos ad puellã ſuſcitandam, Matth. 9. introduxerat, ut oſtẽderet delectũ ſe habere inter eos qui ueritatẽ edocẽdi ſunt, & gradus ordinẽq; certũ in ea reuelãda obſeruare. Manifeſtaturus ergo tribus ſuis diſcipulis quod Meßias eſſet in Mũdum miſſus redẽptor & doctor, cui teſtimoniũ perhibent & conſentiunt Lex & Prophetæ, in cuius manu eſt ſalus, uita, & immortalitas, Aſcendit in montem excelſum, Luc. 9. ut oraret. Ipſa mõtis altitudine docẽs ſe nihil abiectũ aut terreſtre, ſed omni ex parte arduum ac cœleſte

Transfiguratio Chriſti.

traditurũ. Deinde inter orandũ, transfiguratus eſt. id eſt, eadẽ corporis manente ſubſtantia, aliã figuram eandẽq; illuſtriorẽ & lucidiorem induit, ſeu (ut ait Thomas in 17. cap. Matth. figurã mutauit ante diſcipulos. Reſplẽduit enim facies eius(indicans futurã gloriã) in morẽ Solis, & ueſtimẽta alba apparuerũt ſicut nix. His iam prægustabãt immortalitatẽ & futurã gloriã Apoſtoli. Apparuerũt Moyſes & Helias *(qui omniũ præcipui atq; ardẽtißimi cultus Dei adſertores fuere) Chriſto colloquẽtes de exceſſu eius, quẽ cõpleturus erat Ieroſolymis: (Nam quæcunq; paſſus eſt Chriſtus, Prophetæ & Lex prædixerãt:) oſtẽdentesq; ipſum eſſe omniũ expectatißimum & abſolutißimũ gloriæ Dei uin-*

Lex & prophetæ in Chriſto conueniunt.

dicẽ atq; reſtitutorẽ. Ex quibus apertißimũ eſt, Legẽ & Prophetas in Chriſto conuenire & conſentire, Chriſtoq; teſtimoniũ ferre, quòd ipſe ſit uita credẽtium. Verùm Petrus & qui cum ipſo erãt, orante Domino, more ſuo dormiebãt grauati ſomno. Experrecti autem uiderũt maieſtatẽ eius, & duos uiros qui ſtabãt cum illo. Et factum eſt cùm diſcederent ab illo ait Petrus, Præceptor, bonum eſt nos hìc eſſe. Faciamus tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unũ & Heliæ unũ. neſciẽs quid diceret. Erat enim ferè exanimatus, adeo ſpectaculi maieſtate raptus, ut eius loci cupierit perpetuus fieri inhabitator, oblitus omnium quæ antea uiderat. Mox autem adhuc eo loquente nubes lucida(quæ, ut eſt in ſacris, ſuo creatori officiũ ſuum frequẽs præſtat) obũbrauit illos. Et audita eſt uox è nube quæ dicebat, Hic eſt filius, &c. Hæc ſunt quæ docet Apoſtolus. Accipiens, pro accepit à patre filius ut homo, honorẽ & gloriam in tanta affulgentia & gloriæ irradiatione, quando facies eius reſplenduit, & ueſtimenta albicarunt. Voce delapſa huiuſcemodi à magnifica gloria. Vox illa, Hic eſt filius, &c. è nube illa lucida audita eſt, nempe à magnifica gloria. id eſt, à ma-

Gloria magnifica.

gnifico Deo, qui magna & mirabilia facit. Huiuſcemodi, quæ ad hunc modũ dicebat, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. id eſt, Chriſtus Dominus eſt uerus Meßias, naturalis filius Dei, Deo patri æqualis, & ab eodem ſummè dilectus. In quo, (ad Coloſſ. 1.) complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in

Chriſtus filius Dei dilectus.

ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Ipſum audite. ac ſi diceret, Hũc ſolum & unicum uobis doctorem & redemptorẽ habetote. Ergo in hoc uno omnia habẽt pij & fideles. Et hanc uocẽ, hoc eſt, hoc teſtimonium

Chriſtus ſolus doctor & redẽptor.

de Chriſto uero Meßia nos audiuimus allatam de cælo. hoc eſt, à Deo cœlitus emiſſam. Non abſentes, ſed præſentes eramus cũ ipſo IESV *Chriſto, cum Pater illi tam excellens præſtaret teſtimonium. Huc pertinet quod Deutero. 18. ſcribitur, Prophetam ſuſcitabit*

Domi

Dominus de gente ueſtra:ipſum ſicut me audite.quaſi dicat,Nullius ſcripturã aut eruditionem excipite,niſi cum Chriſto conſenſerit.cætera autem explodite & abijcite.

Et habemus firmiorem propheticum ſermonem,&c. Quia multi erant qui nondũ hiſtoriæ Euãgelicæ crederẽt et Apoſtolorũ prædicationi:Petrus huiuſmodi incredulos uolẽs pellicere,& ad ueritatis lumen adducere, pronũtiat ſe nihil prædicaſſe de Meſſia & Euãgelio,quod antea per prophetas nõ fuerit prænũtiatum. Habemus ſermonẽ propheticũ firmiorẽ.Hoc quod prædicauimus de Chriſti diuinitate, hoc & prophetæ prænũtiauerũt.Pſal.2.Dominus dixit ad me:Filius meus es tu,ego hodie genui te.Item,Ex utero ante Luciferum genui te.& rurſus,Eructauit cor meũ uerbum bonũ.Firmiorem ſermonem dicit,propter quoſdam infirmos,qui ex Iudaiſmo ad fidem conuerſi maximè intenti erant prophetijs & eorum dictis. Non autem quòd Petrus anteferret teſtimonia Prophetarũ,teſtimonio Dei cœlitus allato,cùm uerè cognoſceret illa eſſe inſtinctu Dei & dono Dei à Prophetis pronuntiata. Vt autẽ hos infirmos in fide ſuſciperet Petrus,illorũ ſtudiũ approbans dicit,Cui,ſubaudi,ſermoni prophetico, tanquam lucernæ lucẽti in caliginoſo loco.id eſt, ut illa poſita in obſcuro loco uiam aperit tranſeuntibus ne impingant,& tenebræ euadãt:ita Scriptura,attenta & fideli mente lecta lectoribus ne uſquã offendant quod à ueritate abducat,uiam ueritatis aperit,& è ſenticoſis hæreticorũ diuerticulis auertit. Attẽdentes.id eſt,dum attenti eſtis illi ſermoni prophetico,bene facitis,rectè uobis eſt cõſultum,& ſanctum opus operamini.Donec dies,id eſt,Euangelica cognitio illuceſcat per quædam incremẽta.Et lucifer,ipſe Chriſtus exoriatur,ubi in fide promoueritis,in cordibus ueſtris. Aliter dici poteſt,q̃a hic locus allegorijs plenus eſt.Mũdus iſte reſpectu futuri,tenebricoſus & obſcurus eſt carcer,in quo Scripturæ diuinæ,ceu lucernæ quædã ſunt,fideles ad ea quæ Dei ſunt et Chriſti illuminãtes,donec alterius Mũdi dies illis eluceſcat, & lucifer alterius Mundi Solis æterni prænũtius, oriatur in animabus noſtris, quæ alterius ſeculi limen ingreſſæ ad diẽ æternitatis properãt.Aut q̃a lex umbra erat et tenebræ,in qua prophetia,ueluti lucerna lucens erat.Cui attẽdentes benefaciebant,donec extra tenebras poſitis illuxit dies & lucifer IESVS Chriſtus exortus eſt,ad quẽ lucerna illa ſiue propheticus ſermo dixerit.Dici poteſt,firmiorẽ,hoc loco,dixit pro firmum,iuxta morem Græcorum,qui comparatiuum pro poſitiuo frequenter uſurpant.

Petri ſermo à prophetis prænuntiatus.

Lucernæ lucẽtis & ſcripturæ collatio, & ſymbolum.

Chriſtus lucifer.

Lex prophetiã ut lucernam habebat.

Propheticus ſermo.

Comparatiuus pro poſitiuo.

Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia ſcripturæ, propria interpretatione non fit. Quorũdã ſuperciliũ deprimit,maximè Iudæorũ,et quorũdã ſciolorũ,qui quod multa lectiõe & eruditione polleant,iuxta ſuas interpretatiões,et ut illis uiſũ fuerit prophetias interpretari uolũt. Hoc abſit.Fruſtra enim eſſet donũ prophetiæ à Spiritu ſancto, qui prout inſpirauerit pronuntianda eſt prophetiæ interpretatio.Vir doctus,quæ in lumine intellectus agentis apparẽt,iuxta propriã interpretationẽ & docet et ſcribit.Propheta autẽ ea quæ ſub lumine diuinæ reuelationis apparent,nõ ſecundũ proprij iudicij interpretationẽ & dicit & ſcribit.

Prophetiæ interpretatio à ſpiritu.

Non enim uolũtate humana allata eſt aliquãdo prophetia,&c. Cauſam adducit propter quã ꝓphetiæ iuxta humanũ iudiciũ nõ ueniũt interpretãdæ. Prophetiæ futura eaq; ſingularia reſpiciũt,quæ humano iudicio nõ ſubſunt.Solius enĩ Dei eſt noſſe futura.Prophetæ qui uaticinati ſunt,nõ è ſuo ſenſu & arbitrio prophetias prodiderũt.Siue,nõ eſt allata prophetia uolũtate humana,id eſt,ab ipſius hominis arbitrio,iudicio,et ſenſu.Sed ſancti homines,id eſt,Prophetæ,locuti ſunt,id eſt,ꝓphetaerũt,inſpirati,id eſt,afflati,illuminati,edocti & acti,ſeu impulſi à Spiritu ſancto.

Iudicio humano non ſunt cõmittendæ prophetiæ.

Prophetiarum tractandarum modus.

Hoc uerbo inſpirati, cōdemnat falſos prophetas, qui non ſunt inſpirati à Spiritu Dei, ſed à ſpiritibus dæmoniacis & melācholicis. Colligamus ex his ſcriptā propheuā, aut ex inſtinctu & inſpiratione Spiritus, aut alia clariore ſcriptura ſancta interpretandā eſſe. Secundo, tametſi Prophetæ, homines fuerint: eorū tamen ſcripturæ diuinæ ſunt, et diuinitus inſpiratæ. Tertiò, aberrant plurimum, qui dixerunt Prophetas in morē fiſtularum uaticinia pronuntiaſſe, quæ reſonant: at ſonum, quē miniſtrant, nō intelligunt.

Prophetia eſt à ſpiritu. Propheta uidens dicitur.

Prophetia à Spiritu ſancto eſt, intellectui Prophetæ cōmunicata, qua Vidēs appellatur. Qua ratione ſcriptum eſt, Verbū quod uidit Iſaias, aut alius aliquis propheta (ait Beda,) niſi quia in occulto uiſionum cœleſtium, lucidiſſimo mentis intuitu cognoſcebant arcana, quæ foras ſuis auditoribus palàm uerbis qualibuſcunq; efferrent.

DICTIO.

Simon. S I M O N, *ônis, penultima producta in obliquis, interpretatur ſignum.*

Tabernaculū. T A B E R N A C V L V M *non eſt diminutiuum, ſed per ſe primogenium uocabulum, ſignificatq; tectum caſtrenſe. Baſilius magnus adnotauit terrenam hanc habitationem quā ceu hoſpites in procinctu colimus, tabernaculi nomine ſiue tentory ſignificari. Corpus ipſum & uas fragile uniuſcuiuſq; animæ fidelis tabernaculum & tugurium appellat Apoſtolus, ut paſtores habitare ſolent.*

Manutentans. M A N V T E N T A N S, *Græcis eſt* μυωπάζων. *certum eſt dictionem eſſe compoſitam. Videtur autem deducta metaphora à muribus, qui parietem aut tabulam, aut ſiquid aliud obuium fuerit, ſequi ſolent, donec cauum nacti fuerint. Adiecit autem hoc Apoſtolus, ut profundam cæcitatem exprimeret. Nam luſcioſi magna corpora uident, ut ductu manuum non ſit opus.*

Fabulæ doctæ. Sophiſmata. D O C T A E *fabulæ uocantur hoc loco arte confictæ, quæ ſophiſmata alio uocabulo nominantur.*

Lucifer. L V C I F E R, *Stella Veneris cùm antegraditur ſolem, cùm ſubſequitur, Heſperus uocatur.*

Lucerna. L V C E R N A, *uerbum Dei dicitur, quòd qui hoc uerbū ſequitur, in errorē impingere non poßit. Pſal. 118. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis meis.*

Lucernā incendere. *Lucernam incendere, eſt idem quod annuntiare, ſiue prædicare: Nam ideo lucerna accenditur. hoc eſt, ut luceat omnibus qui ſunt in domo. hoc eſt, in Eccleſia Dei.*

Deus ſcelera ut olim, ſic in poſterum punict. CAP. II.

De ſectis & pſeudoprophetis.

FVerunt uerò & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in uobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominū negant: ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blaſphemabitur: & in auaritia fictis uerbis de uobis negotiabuntur. quibus iudiciū iam olim non ceſſat: & perditio eorū nō dormitat. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibs inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reſeruari. Et

Angeli, diaboli.

Iob 4.d

magiſtri mendaces,] falſi doctores qui dā inducent
emit] mercatus eſt
luxurias,] uel exitia, perditiones.
negotiabunt.] uos cauponabuntur], & uobis ad quæſtū abutentur.
ceſſat] tardat
rudētibus] catenis caliginis
reſeruari.] id eſt, ſed in tartarū deiectos tradidit uincülis

Et originali Mundo non pepercit, ſed octauum Noe Noe.
iuſtitiæ præconem cuſtodiuit,diluuiũ Mundo impio- Geneſ.7.a
rum inducens: Et ciuitates Sodomorum & Gomor- Sodoma
rhæorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, Gene.19.a
exemplum eorum qui impiè acturi ſunt ponens; &
iuſtum Lot oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxu- Lot.
rioſa conuerſatione eripuit. aſpectu enim & auditu iu-
ſtus erat; habitans apud eos, qui de die in diem ani-
mam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Nouit Do-
minus pios de tentatione eripere, iniquos uerò in diẽ
iudicij reſeruare cruciãdos: magis autem eos qui poſt
carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, do-
minationemq́ contemnunt, audaces, ſibi placentes:
ſectas non metuunt introducere, blaſphemantes: Vbi
angeli fortitudine & uirtute cùm ſint maiores, non
portant aduerſum ſe execrabile iudicium. Hi uerò
uelut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem
& in perniciem, in his quæ ignorant blaſphemantes
in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem
iniuſtitiæ, uoluptatem exiſtimantes dici delicias. coin-
quinationes & maculæ: delicijs affluentes, in conui-
uijs ſuis luxuriantes uobiſcum, oculos habentes ple-
nos adulterij, & inceſſabilis delicti, pellicientes ani-
mas inſtabiles, cor exercitatum auaritia habentes, ma-
ledictionis filij: derelinquentes rectam uiam errauc-
runt, ſecuti uiam Balaam ex Boſor, qui mercedem ini- Numeri 22.d
quitatis amauit, corruptionem uerò habuit ſuæ ue- Balaam.
ſaniæ. ſubiugale mutum animal, in hominis uoce lo-
quens, prohibuit prophetæ inſipientiam. Hi ſunt fon- Iudæ 1.d
tes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ: qui-
bus caligo tenebrarum reſeruatur. Superba enim ua-
nitatis loquentes, pelliciunt in deſiderijs carnis lu-
xuriæ, eos qui paululùm effugiunt, qui in errore
conuerſantur: libertatem illis promittentes, cùm ipſi Libertas.
ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis ſuperatus Seruus.
eſt: huius & ſeruus eſt. Si enim refugientes coin-
quinationes Mundi in cognitione domini noſtri & Ioan.8.d
ſaluatoris IESV CHRISTI, his rurſus implica- Rom.6.c
ti ſuperantur: facta ſunt eis poſteriora deteriora prio- Hebr.6.a Matth.12.d

caliginis, id eſt ipſius tartari. in iudicium ſeruandos uinxit catenis ipſius tartari. originali] antiquo à nefandorum, &c.] ab ijs qui ꝑ libidinoſam cõuerſationem nefarij erant Nouit Dominus] hyperbaton. q.d. Si deus angelis peccantibus nõ pepercit, probos autẽ liberauit, nouit igitur probos liberare, & de impijs ſupplicium ſumere. magis] maxie. qui poſt] uel qui ob pollutũ deſyderium. dominationẽ] autoritatẽ, uel legitima prędi tos poteſtate. ſibi placẽtes] præfracti, id eſt, ſui ſenſus & capitis. ſectas non met. &c.] uel q glria præcellẽtes nõ uerentur cõuicijs inceſſere. Vbi] quum irratiõab.] mu ta animãlia na ta in captionẽ uel capturam naturaliter] na ... in his quę igno rant] id eſt, ob ... q ignorant, ... ale loquẽtes. corruptione] ... ditione. ... ſos homines ... cat inquinamenta & macu ... delicijs affluẽ... &c.] qui cõ ... uãtes in erro ... ſuis, inſul... uobis. ... lterij, & in ... &c.] laſci ... & impuden qui à peccando ceſſare neſciant ſubiugale &c.] ſubaudienda eſt coniunctio rationalis, Nam. Nam ſubiugale, &c. in deſyderijs carnis] id eſt, per concupiſcentiam carnis, uoluptatibus eos qui uerè au... erunt, quiq́ in errore conuerſantur. in cognitione] per agnitionem

ribus. Melius enim erat illis non cognoſcere uiam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem, retrorſum conuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contigit enim eis illud ueri Prouerbij, Canis reuerſus ad ſuum uomitum: &, Sus lota in uolutabro luti.

cognoſcere] cognouiſſe

in uolutabro] ad uolutabrum cœni, ſubaudi reuerſa.

Prouerb. 26. b

Fuerunt uerò & pſeudoprophetæ in populo, &c. *Argumento à contrario perſeuerat hortari ad conſtantiam & in aduerſis patientiam, prænuntians futuros præceptores mẽdacijs plenos, quos certiſsimis notis & uiuaciſsimis ipſorum coloribus pingit. Si hiſtorias & Prophetas ſanctos conſulueris, facilè intelliges ſanctiſſimo Dei populo pſeudoprophetas nunquam defuiſſe. In agro enim dominico infelix hoc lolium, dolis Satanæ, ſemper ſuccreuit. Inteſtinum eſt iſtud aduerſarij odium & inuidia. Vnde nõ ceſſabit hic cancer, hæc peſtis, hoc eſt, falſi doctores in eccleſia Chriſti. Quare non eſt quod mireris, ſi hunc Apoſtolum ardentiſsimis uerbis nos obteſtari uideris, ut in ſana doctrina & religione Chriſtiana conſtantes perſeueremus. Præſentit enim falſos doctores & hæreticos noxios futuros, qui omnem mouebunt lapidem, ut uel electos Dei ſi fieri poteſt ſubuertant. Non minore diligentia Paulus Timotheum, imò & quemlibet epiſcopum hortatur, ut in tradita doctrina perſeueret. Et cauſam adducens 2. ad Timot. 4. ait, Erit enim tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſyderia, &c. Rurſus ad Roma. 16. Rogo autem uos fratres, ut obſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam uos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis.*

Pſeudoprophetæ nunquã populo Dei defuerunt.

Qui introducent ſectas perditionis. *Occupatio eſt. Ne fortaßis obijcerẽt uiri pij. Parati ſumus cõſtanter pergere in doctrina à te tradita, quã ut purã & ſynceram amplexamur. Sed quæ non parum nos anxios faciant præmones de falſis inter nos doctoribus futuris. Quî fieri poteſt hos agnoſcamus, agnitos uitemus? Præoccupat Apoſtolus, nomina pſeudoprophetarum & falſorum doctorum tacens. Videtur illos digito oſtendere, adeò illos ſuis notis & coloribus depingit. Non ſecus atq; ſi quis ita te præmoneat, Rogo te frater, ſi obuius uenerit uir qui ſit naſo adunco, oculis toruis, uultu furioſo, barba prolixa & ſubruſa, ueſte breui & rubra, caligis uarij coloris, pileo nigro tectus, cui plumæ uariæ hærent, hunc fugito, caue ne cum illo quicquam negotij tibi ſit. Ita & ad hunc modum noſter Apoſtolus dicit. Hæc eſt prima nota qua hos deprehendetis: Introducent, id eſt, clàm & non palàm inducent, quia immiſcebũt ſanam doctrinã, ut inducant ſectas perditionis. id eſt, hæreſes pernicioſas. Nam dogmata aliena à ueritate canonica ſubinferent: ergo pernicioſa, & quæ perdunt animas. Hæc nota ſunt ex primæ Eccleſiæ tempore. Nam uenit Valentinus, qui ſe Dei & IESV Chriſti gloriam quærere ſimulabat, interim ſuum uirus effundens aduerſus incarnationem IESV Chriſti. Quo ueneno intoxicati non pauci, ab Eccleſia catholica receſſerunt ſciſsi & diuiſi, ſectam facientes uanam, erroneam et pernicioſam. Huic ſucceßit Arrius preſbyter, qui multa de religione Chriſtiana ſanctiſsimè diſputauit. Sed his immiſcere uoluit nefandum illud uenenum de inæqualitate Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Vnde totum Orientem ferè labefactauit. Adducerẽ & alios noſtro ſeculo natos, niſi planè intelligerem hos ſuorum hæreſiarcharum errores ſolum recenſuiſſe, & nouos ſuo malo & peruerſo ingenio inueniſſe: ſed prô dolor ſuo malo.*

Notæ quibus pſeudoprophetæ cognoſcuntur.

Valentini uitus.

Arrius.

Et eum qui emit eos Dominum negant. *Secundam notam prioris explanatri*

planatricem adducit,qua oſtendit in quibus ſectæ illæ ſunt pernicioſiſsimæ & deploratiſsimæ.His ſectis dominum IESVM Chriſtum abnegant.Ex parte quidem Chriſtum confitentur,ex parte negant.Atq; ut ſuis ſectis diuiſi ſunt,ita & Chriſtum diuidunt.Nam Arrius Chriſtum in diuinitate minorem Patre affirmauit. Photinus dicit: Chriſtus homo eſt,Deus non eſt. Manichæus ait:Chriſtus Deus tantum eſt.Pelagius docet:Chriſtus redemptor paruulorum in Baptiſmo non eſt,quia ſine iniquitatibus concepti,& ſine delictis à matre ſua educti.Hodie uerò alius Chriſtum ad inferos deſcēdiſſe negat. Alij in ſacroſancta Euchariſtia ſub ſpecie panis & uini inficiantur. Alij ſacramenta,quibus uim & uirtutē ſuæ crucis dedit IESVS Chriſtus,non recipiūt. Et pleraq; id genus dogmata, quæ Chriſtus per ſuam ſponſam Eccleſiam execratur & damnat.Exaggerandi uim habet clauſula illa,Qui emit eos.quaſi diceret, Beneficium redemptionis in Chriſtum credentes conſequuti ſunt : Sed dum redemptionis gloriam alijs tribuunt,& non uni Chriſto,ut Pelagius & eius aſſeclæ,re uera negāt Chriſtum:qui omnes redemit,non corruptibilibus auro & argento, ſed pretioſo ſanguine ſuo.Ò ſummam ingratitudinem!ô cæcitatem miſeram!quia illum, non qualem ueritas oſtendit,ſed qualem ipſum ſibi fingunt,prædicant.

Chriſtum diuidunt hæretici.
Arrius.
Photinus.
Manichæus.
Pelagius.
Pelagianorum & hæreticorū inſania.

Superinducentes ſibi celerem perditionem. His Antichriſti præambulonibus & impoſtoribus pernicioſiſsimis Apoſtolus breui minatur exitium.Superinducentes.Id eſt,Hi tenebriones adducent ſibi ipſis celerem perditionem,id eſt,interitum.Hoc eſt,breui ſe ſuo gladio interiment : & quam perforauerunt nauem, in ea peribunt.Nam miſerè & inſperato hæreticorum monſtra interiere. Arrius cacando interijt,& expirauit.De pleriſque alijs conſulito hiſtorias.

Hæreticorum exitium.

Et multi ſequentur eorum luxurias. Quia hæretici Mundo adulantur, carni & concupiſcentijs applaudunt,multos habent ſectatores.Hoc docent hiſtoriæ quàm multos ſemper habuerunt ueſaniæ ſuæ fautores hæretici,Valentinus, Arrius et alij.Hoc idē uidemus noſtro ſeculo apud Sacramētarios. Quod ſi quis rogauerit cauſam:Reſpondet Chriſtus Ioā.15.Si mundus(ait)uos odit,ſcitote quia me priorē uobis odio habuit.Si de Mundo fuiſſetis, Mūdus quod ſuū erat diligeret:quia uerò de Mundo nō eſtis.ſed ego elegi uos de Mūdo,propterea odit uos Mūdus.Obſerua horū hæreticorū doctrinā.non uocauit fidē aut uitæ inſtitutū,ſed luxurias,aut, ut Græcis legitur,exitia ſiue perditiones.Nam iſtorum dogmata ſequi,eſt,ſeſe in perditionem & interitum demergere.Non eſt quod quis hodie miretur,ſi uideat Eccleſiam Dei afflictam,& multos Euangelio repugnare.Nam hoc prædixerūt Prophetæ & Apoſtoli.

Sacramentarij.
Hæreticorū luxuriæ.

Per quos uia ueritatis blaſphemabitur. Aliud ſignum, quo agnoſcun-ur impoſtores & pſeudapoſtoli eſt:Ipſi uiam ueritatis blaſphemant. Vna & ſola eſt eritatis uia, doctrina IESV Chriſti. Horum malitia & dolis blaſphematur uera hriſti religio,id eſt,male audit.Hæc eſt blaſphemia de qua Paulus ad Roma.2. Noen Dei per uos blaſphematur inter gentes.

Veritatis uia unica eſt.

Et in auaritia fictis uerbis de uobis negotiabūtur. Aliā notā affert poſtolus,qua deprehenduntur lucifugæ & tenebriones illi. Solius quæſtus & lucri atia ducūtur.Omnia ſiue ſacra ſiue profana huiuſmodi quæſtuarij ſua auaritia cormpunt.Hi negotiabūtur de uobis,id eſt,uos cauponabūtur,hoc eſt, uos lucri cauſa, a'i ad caupone uenditabūt,uobiſq; ad quæſtum abutentur.Fictis,id eſt,factitijs uer-,arte & dolo cōfutis.In auaritia,hoc eſt,neglecta ueritate, quædam ficta dogmata uminiſcentur.Hoc ſolo ſtudio ducti,quo lucrum & quæſtum à uobis referant.

Hæretici auari.

Quibus iudiciū iam olim nō ceſſat,&c. *Exitiū & iuſtā pœnā hæreticorum multis argumētis aperit. Horū impoſtorū fucata et fictitia eſt fęlicitas. Nemo ſibi perſuadeat iſtos longo tēpore in hac inani gloria permāſuros. Nolite credere hos cōmeritas pœnas nō daturos, futurosq; perpetuò impunes, quòd hos uideatis in hoc Mūdo ditēſcere, quieſcere, fęliciter illis omnia ſuccedere, dominari iuxta ſuā uoluntatē, et quia ita illis uiſum placitūq; eſt, ſuauiter uiuere, multa illis obtingūt bona tēporaria: ſed re uera ſaginātur his ad mactationē et interitū. Quibus, ſubaudi, impoſtoribus, iudiciū, id eſt, pœna cōmerita & mors æterna iā olim, ſubaudi, paratū.*

Hæreticorū iudiciū iam olim paratum.

Nā dictum eſt à Domino, Ite maledicti in ignē æternū, qui paratus eſt diabolo et angelis eius. Nō ceſſat, id eſt, nō tardat. Et pditio, id eſt, exitiū & interitus eorū nō dormitat, id eſt, apparatū eſt, et nō impeditur ad modū dormiturientiū, q ſomno impediūtur. Aut nō ceſſat, quia iam cœpit in hoc Mundo. Eſt enim ueſania illorum, illis pœna & afflictio, quam æternum manet ſupplicium, & (ut Bedæ uerbis utar) nullo fine ceſſabit. Hæc ſi ſimel & iterum ſingulis diebus legerēt purpura & mollibus ueſtiti, non audiremus tam frequentes in Chriſtum blaſphemias: non ornarēt multi execrabilibus blaſphemijs ſuum ſermonem, ſuos titulos, rurſus IESVM *Chriſtum in ſemetipſis crucifigentes. Faxit Deus, qui ex impio facit pium, in meliorem uitam tam corruptos mores mutent.*

Si enim Deus angelis,&c. *Oſtēdit īpoſtores nō euaſuros pœnas cōmeritas, argumēto p collationē à maiore ad minus ſumpto. Hic locus deſumptus uidetur ex 4. cap. Iob, Nūquid homo Dei cōparatione, ait, iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit uir? Ecce, q ſeruiūt ei nō ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis repit prauitatē. Quāto magis hi q habitāt domos luteas, q terrenū habēt fundamētū, cōſumētur uelut à tinea? Deus angelis ipſis peccātibus nō pepercit, nec ſeductoribus & īpoſtoribus qdē parcet. Aut nō pepcit angelis peccātibus: quāto minus & falſis doctoribus & impoſtoribus parcet? Vbi enim beneficētiſſimi Dei munere ingrati illi ſpiritus abuſi ſunt in ſuperbiā, è cœlo deturbati ſunt ad inferos, ubi detinētur in uinculis ad ultimū illud magnū iudiciū uſq;, in quo æternæ dānationis iudiciū ſuſcipiēt: ita et impoſtores debitas luēt pœnas, huius horrēdi ſupplicij āplificationē facit, quod Deus de angelis ſuis ſumpſit, ut impoſtoribus incutiat timorē, dicēs,*

Angeli mali è cœlo deturbati

Rudentes.

Rudentibus, id eſt, funibus craſſis, ueluti nauticis, aut, ut Græcis legitur, catenis. Vt enī ſenſibilibus ſunt ſenſibilia, ſic ſpiritualibus ſpiritualia ſunt uincula. Inferni, id eſt, caliginis detractos, in tartarū tradidit cruciandos. hoc eſt uinxit eos catenis caliginis indiſſolubilibus, ſiue dedit caligini et tenebris uirtutē, qua in eo loco detineātur, qui à cœlo ad ima cōtinetur, cruciādos in iudiciū reſeruari: qa adhuc nō ſunt extremæ dānationi & punitioni ſubiecti, ſed extremo iudicio reſeruātur, in quo de carcere caliginis trāſituri ſūt ad iudiciū tenebrarū exteriorū, et ſupplicīū ignis æterni. Quod niſi certò expectarēt, nequaquā præſente Chriſto, Matt. 8. clamaſſēt, Quid nobis & tibi IESV *fili Dei? Veniſti huc ante tēpus torquere nos? Et niſi trāſituri eſſent ad illud ſuppliciū ignis, dominus nō diceret, Matt. 25. ſe in illa die dicturū iis qui à ſiniſtris erūt, Diſcedite à me maledicti in ignē æternū, q paratus eſt diabolo & angelis eius. Hic ergo caſus, & hoc iudiciū argumēto eſſe debet falſis doctoribus & ſacræ Scripturæ deprauatoribus, ne in tam horrendū (ſi ſapiunt) incidant exitium. Poſſunt hi funes intelligi impiorum peccata, iuxta dictum Sapientis, Prouerb. 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.*

Vincula ſpiritualia.

Caliginis loc⁹ in quem angeli detruſi.

Dęmones reſeruati in iudiciū extremum.

Funes angelorum & hæreticorum.

Et originali Mundo non pepercit,&c. *Secundo argumento perſeuerat oſtendere hæreticos nō inultos manſuros. Hic locus deſumptus eſt ex Gene. 7. Si Deus*

non pep

non pepercit Mundo originali, id eſt, antiquo & primæuo, quod ſi ductores & impoſtores haberet plurimos, ſed cuſtodiuit, id eſt, ſeruauit octauũ Noe (qui non ſolus, ſed cũ octo animabus octauus ſeruatus eſt) præconẽ, nuntiũ & Eccleſiaſten diuinæ iuſtitiæ. Cùm enim Arcã appararet, hortabatur ad pœnitentiã. Huius uita et mores erant aliorum inſtitutio. Et, ut ait Auguſtinus 99. epiſtola, fabricatio ſeu apparatus Arcæ erat ipſius Patriarchæ Noe prædicatio. Deus longanimis diſsimularat multis annis illius ſeculi impietatẽ, ſi fortè exhortatione Noe ad pœnitentiã redirent. Sed dum pertinaciter in ſuis delictis ſordeſcerẽt, ſuperinduxit diluuium Mundo impiorum, id eſt, hominibus impijs. Quia tunc (ut dicitur Gene. 6.) Omnis caro corruperat uiã ſuam. Dicit Apoſtolus, Si primæuo ſeculo ſeductores & impoſtores plurimos habenti non pepercit Dominus, ſed ſeruatis octo pijs, funditus deleuit impios: Certè nec impijs & ſeductoribus, imò & per ipſos ſeductis, parcet. Quemadmodum enim primæuum illud ſeculum ſatis tempeſtiuè monuerat per ipſum Noe: ita & nunc ſatis opportunè per Apoſtolicos uiros iuſtitia Dei & Gratia Chriſti docetur. Qui ſi contemnantur, ut Noe, pœna commerita & ſupplicium de contemptoribus ſumetur.

Originalis mũdus.

Noe Octauus præco diuinæ iuſtitiæ.

Arcæ Noe fabricatio erat prædicatio.

Mundus impiorum.

Et ciuitates Sodomorũ, &c. In idẽ cum ſuperioribus redit hoc exemplum, ex 19. Gene. deſumptum. Si quinq; illis ciuitatibus ob fœdiſsimas uoluptates ac ignominias non pepercit, ſed igne & ſulphure de cœlo pluente in fauillam ac cinerem redegit: nec parcet ijs, per quos nomen Dei blaſphematur. Deletam Pentapolim, ait Beda, operuit maris mortui inundatio, relictis aliquot adiacẽtibus illius incendij terris nihil fructus producentibus. Sapient. 10. Hæc iuſtum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, deſcendente igne in Pentapolim: quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra, & in certo tempore fructus habentes arbores. Refert uenerabilis Beda has arbores poma aſpectu pulcherrima producere, quæ ſi quis guſtandi gratia carpſerit, ſtatim in cinerem & fumum rediguntur: in illius tam uehemẽtis incendij ſignum & monimẽtum. Legi in Ludouici Rom. Patricij nauigatione. Superſunt (ait cap. 10. primi lib. cùm de Sodoma & Gomorrha urbibus mentionem facit) adhuc collapſarum urbium ueſtigia, diuinæq; iræ teſtimonium. Circum urbes regio arida incultaq; ſquallet humo, nullius ferax, aquarum præſertim expers. Veſcebantur olim illi manna: & cùm diuino munere abuſi fuiſſent, uapularunt uerbere atrociſsimo.

Pentapolis punita.

Ignis & ſulphur è cœlo.

Poma quæ ſolo tactu in cinerem uertuntur.

Exemplum eorum, &c. Iſta permoueant & terreant impios oportet. Vocat Apoſtolus hoc Pentapoleos excidium publicum exemplum, atq; Sodomitas funditus euerſos, ut omnibus impijs exemplo ſint: nimirum quòd Deus iuſtus impijs & impoſtoribus non ſit parſurus, ſi impiam uitam uixerint, & in ea procaciter perſeuerauerint. Quare etſi uoluptas multis arrideat, et multa in fronte habeat quæ maxima carnalibus pollicetur: in receſſu certè nihil præter fumum ac ignem æternum relictura eſt. Hoc facilè conijeies, ſi illius genium & naturam agnoueris ex tam horrido Sodomorum excidio, ubi nihil præter cinerem, fumos & fauillas conſpicies.

Incendiũ pẽtapoleos eſt publicum exemplum.

Voluptatis exitus.

Et iuſtum Lot oppreſſum, &c. Poſt declaratũ impiorũ exitium & pœnas cõmeritas: nunc de piorum liberatione diſſerit. Quẽadmodum Deus non ſinit, ut cuiquam ſua impietas ſit impunita, licet aliquando longanimis ad pœnitentiã pro ſua bonitate expectet: ita nec cuiquã ſua innocẽtia fruſtra eſt, ſed licet aliquot dies pios tentari ſinat, nouit tamen ipſis tẽpore opportuno adeſſe, & eos à malis eripere. Exemplo erit Iob, quem Dominus eripuit (Liberauit iuſtum Lot, qui hoſpitalitate qua angelos ſuſcepit (ut eſt in Geneſi) Deo placuit, Hebr. 13.) ab iniuria, id eſt, uiolentia nefariorum,

Impietatẽ ſemper ſua ſequitur ultio.

Auxiliũ à Deo opportunum.

Lot iuſtus.

rum,

rum,qui irruerunt in domum eius, & luxurioſa conuerſatione, quæ innominata eſt, execrabilis & abominabilis.Lege 19.cap.Geneſ.

Aſpectu enim & auditu iuſtus erat,&c.*Nō ſolēt pij opprobrijs, & iis, quæ aduerſantur Euāgelio,delectari,ſed maximè excruciari.Quod et iuſto Lot obtigit.Iuſtus erat aſpectu & auditu.Oblectabatur ſolū audire & uidere ſancta, & quæ ad pietatē faciebāt.Sed hic habitabat apud eos nefarios Sodomitas,qui iniquis operibus.hoc eſt,nefaria uita cruciabāt,angebāt animā iuſtam ipſius Lot,de die in diē, hoc eſt,quotidie.Id eſt,grauiter diſcruciabatur ꝙ uiuēs & familiā ſuā habens pudicā, inter illos ſceleſtiſſimos & impios ſodomitas,cogeretur quotidie uidere & audire quæ nollet.Ad hūc modū qui hodie iuſti ſunt,ſcuſus,ut Lot,habent nō ualētes tā moleſtas ignominias uidere ſine animi cruciatu.Vidēt ſectas,ſectarū hæreticarū fautores,adulteria publica pro uirtute haberi,ſuppilatā & euerſam magna ex parte Eccleſiā,ferè omnia ſancta proſtitui, plus honoris & loci ipſi ambitioni,quàm zelo & cultui Dei exhiberi,& multa id genus,qbus ad ſuā libidinē,uoluptatē,lucrū & quæſtū abutūtur impij:quæ neq; piorū oculi,neq; aures,neq; animus ferre queūt:unde illis magnus ſuggeritur cruciatus.Magna iuſti Lot cōmendatio,qui flagitioſorum ſceleſtiſſima uita non potuit à puritate uitæ diuelli:cùm tamen ſcriptum ſit,Cum peruerſo peruerteris. Sed inter imperfectos perfectè, et inter impudicos pudicè uixit,nulliſq; ſcandalo fuit. Quare non abs re tantam illius iuſtitiā ſilentio præterire noluit noſter Apoſtolus.*

Pij blaſphemijs in Euāgelium excruciātur.

Nouit Dominus pios de tentatione eripere,&c. *Pios cōſolatur,ne putent Deum iuſtorū & impiorum immemorē,quòd impij regnare uideantur. Nouit Dominus. ac ſi diceret, Ea eſt domini Dei ſapientia, bonitas, & iuſtitia, ut nouerit quid,quando & quomodo regenda facienda'ue ſint omnia, imò quid cuiq; debeatur, quantum cuiq; conceſſum,quantum quiſq; progredi perueniréq; debeat,quatenus & quouſq; furere debeat effrænis impiorum licentia.Quare tempore opportuno eripiet Dominus & liberabit pios de periculorum quantumcunq; magnorum afflictionibus, dicente Propheta,Cum ipſo ſum in tribulatione,eripiā eum,& glorificabo eum.Nouit uerò reſeruare iniquos cruciandos in diem iudicij. Non quòd ante extremū illum diem non crucientur, ſed amplius tunc tradentur cruciandi : quia corpore & anima cruciabuntur.Rerum tunc uertentur uices.Nam qui hic afflictabantur pij, gaudio & beatitate ad ſaturitatem fruentur : impij uerò æternis excruciabuntur ſupplicijs.Huc pertinet parabola de diuite epulone & Lazaro,in ſinu Abrahæ,Lucæ 16.*

Dei ſapientia & prouidētia.

Impios reſeruari cruciādos in diē iudicij.

Magis autem eos qui poſt carnem.&c. *Poſt nefariam illam ſodomitarū conuerſationem & eius punitionem explicatam, redit ad falſos doctores, impoſtores, & eorum aſſeclas,qui carnis uoluptatem ſequentes,ſeſe maculant in immunditia.hoc eſt,ſeſe fœdis uoluptatibus oblectant,& libidinis cœno conſpurcant.adſit caſtis auribus reuerentia.Nouit autem Dominus magis,id eſt,amplius cruciandos eos qui ambulant poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ. hoc eſt, ait Beda,qui pro reatu ſuæ corruptionis maiora in iudicio quàm generales iniqui tormenta patientur.*

Dominationemq; contemnunt. *Redit ad notas & putidas impoſtorum cicatrices explicandas,quibus facilius uitari poſſint. Superbi ſunt, & dominationem, id eſt, Apoſtolos,& Reipub.magiſtratus,in quibus* IESVS *Chriſtus poteſtatis & dominationis autor relucet,contemnunt & ſpernunt, inò optimos quoſq; criminantur,& conuicijs inceſſunt.*

Hæretici ſuperbi.

Dominatio.

Audaces,ſibi placentes,&c. *Temerarios et ſuperbos dicit,qui ſua audacia*

queuis neſaria intrepidi audent, ducti philautia, hoc eſt, ſui amore & complacentia, præfracti, duri & intractabiles fiunt, neque Epiſcopis, neque magiſtratibus obedire uolentes, ſed ſibi nimis placentes non metuunt introducere ſectas. hoc eſt, ſeditioſi fiunt, & auertunt ab obedientia magiſtratuum, quos poſſunt. autoritate publica præditos non modò contemnunt, ſed etiam iniurijs & maledictis proſcindunt. Hoc uidetur Petrus his ſignificare, impoſtores huiuſmodi duros eſſe, præfractos & intractabiles. Iuratiſſimus ille IESV Chriſti Orator Paulus, Roma. 15. aduerſus huiuſmodi clamat. Debemus autem (inquit) nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſque ueſtrum proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Chriſtus non ſibi placuit, &c.

Hęretici intractabiles, & placiti.

Blaſphemantes. Dum, quæ diximus, agunt, blaſphemant. id eſt, maledicta & criminationes quaſdam coaceruant aduerſus Apoſtolos Dei, ſummos magiſtratus, & ipſum Euangelium. Obſcurantes enim Euangelium, Chriſtum & eius gloriam obſcurare nituntur. Quo fit ut peccatum ad mortem incurrant, dum magiſtratus functionem, ut impiam, damnant, quod Catabaptiſtæ faciunt. Rurſus qui magiſtratus legibus æquis non obtemperant, ut qui ſectas introducunt, quibus ſeditio frequens ſuboriri ſolet, blaſphemant.

Hæretici blaſphemi.

Catabaptiſtarum error.

Vbi Angeli fortitudine & uirtute, &c. Grauitatem æternæ damnationis aperit, argumento à maiore ad minus negatiuè per collationem malorum Angelorum ſumpto. Cùm Angeli, ſubaudi, mali & damnati, ſint maiores fortitudine & uirtute. id eſt, robuſtiores ſint natura, & potẽtiores uiribus, quàm ſint homines, non portant, id eſt, non ſuſtrunt, ſeu uix ferre ualent, iudicium execrabile, id eſt, damnationem ſententiamq́; ob execrabilem blaſphemiam, aduerſum ſeipſos pronuntiatum. quanto intolerabiliora erunt ipſis pſeudapoſtolis Euangelicæ ueritatis deprauatoribus, blaſphemis & maledicis uiris, certò parata tormenta & ſupplicia, quæ illos manent? Ex his colligimus tormentorum uarios eſſe gradus, iuxta illud Deuter. 25. pro menſura peccati erit & plagarum modus. Particulâ, Vbi, uidetur colligere Apoſtolus huiuſcemodi impoſtores malis Angelis haudquaquam abſimiles, quibus ut in ſuperbia fuerũt, ſic erunt & in pœnis conſortes. Nempe ut illi Deum, à quo omnis poteſtas eſt, contempſerunt: ita hi magiſtratum, qui non niſi ex Deo eſt, blaſphemant, & impudenter inhonorant.

Vt Angeli mali non impunes manſerunt, ita neq; blaſphemi exitiũ euadẽt.

Tormentorum uarij gradus.

Hi uerò uelut irrationabilia pecora, &c. Eleganti collatione carnales & blaſphemantes brutis ac pecoribus comparat: ut quæ ſuperius de his perditiſſimis incœptauit, abſoluat. Hi nebulones & blaſphemi uiri ſunt uelut pecora, animalia irrationabilia, id eſt, rationis expertia, naturaliter, id eſt, natura genita, atque in hoc poſita, ut ad prædam nata tantùm eſſe uideantur. Nam ut bruta ſolo ſenſu ducta in pabulum feruntur, cuius gratia ignoranter in captionem & perniciem incidunt: ita hi magiſtri erroris, nati ſunt. hoc eſt, inclinati & deputati ſuis blaſphemijs in captionem, id eſt, ſeruitutem. & in perniciem, id eſt, exitium peſſimum. Blaſphemãtes in his, quæ ignorant. id eſt, ignorantes interim uim fidei & ueritatem Euangelicam, gratia cuius de Apoſtolis & ueris Eccleſiaſtis turpiter obloquuntur. Peribunt in corruptione, id eſt, corruptæ & putidæ ſuæ doctrinæ dignas referent pœnas. hoc eſt, cæci facti: quia uiam ueritatis reliquerunt, eligentes uiam abominationis & erroris, in præceps ruent et peribunt, in morem brutorum ignorantium laqueos, quibus capta pereunt.

Blaſphemi brutis non abſimiles.

Percipientes mercedem iniuſtitiæ. Merentur ſuorum errorum laqueis capi, & ex propriæ iniuſtitiæ funibus circunligati, qui tam ſuperbè ipſos magiſtratus

Merces iniuſtitiæ.

Pſeudodoctorũ merces.

Peccatum in ſe pœnã habet.

contemnunt, perire. Et ut iniuſtitiæ ſtuduerunt, ita iniuſtitiæ mercedem, æternas uidelicet pœnas, recipient. Hoc præmium Paulus Roma. 1. explicuit dicens, Turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Peccatum in ſe pœnam habet. quare & in hoc ſeculo & in futuro mercedem ſui erroris recipiunt carnales illi, tam ſeditioſæ doctrinæ præceptores.

Magiſtri errorũ dicuntur maculæ.

Impudica pro pudicis à pſeudapoſtolis habentur.

Voluptatem exiſtimantes, diei delicias, coinquinationis & maculæ. Græcis legitur nominandi caſu, non paterno, Coinquinationes, & ſenſus longè facilior redditur, & uehementior eſt ſermo. Hi magiſtri erroris hæretici, non ſolùm coinquinati & maculati, ſed ſunt ipſæmet coinquinationes & maculæ, quibus alios coinquinant & maculant. Horum tanta eſt cæcitas, tanta eſt malorum ingluuies, ut exiſtiment uoluptatem laſciuam & impudicam uitam (cuius finis æternæ mortis tenebræ) delicias diei. id eſt, uoluptatem diurnam, quæ die exercetur, & honeſta à ſtudioſis uiris habetur. Suis præterea erroribus diſſeminatis & impoſturis corradunt pecuniam, quàm rei tam obſcœnæ impendunt, & turpiter abſumunt. Exuunt omnem pudorem, exiſtimantes filiciter ſecum agi, ſi etiam propalam laſciuiæ indulgeant. Aut ſi placet uti genitiuis illis, dicito: Tanta eſt horum hæreticorum cæcitas & ueſania, ut exiſtiment uoluptatem coinquinationis & maculæ, id eſt, delectationes carnales & fœdas, delicias dici. id eſt, loco honeſtarum deliciarum, quæ die fieri ſolent, habendas eſſe. Obſeruat Beda in hunc locum

Voluptas bona & mala.

duplicem eſſe uoluptatem: quandam bonam, quæ diurna dicitur, qua ſancti delectantur in Domino. Pſal. 35. Delectaſti me Domine in factura tua. Et, Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Eſt & uoluptas nocturna, qua reprobi ad perficienda tenebrarum opera peruerſe delectantur. Eccleſ. 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à uoluptate tua auertere.

Delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes uobiſcum. Voluptuoſæ & laſciuæ uitæ petulantius & abundantius indulgẽtes, ſiue delicijs affluentes, luxuriantes in conuiuijs ſuis. id eſt, inter ſua conuiuia, quæ charitates & dilectiones uocant, crapulæ & uentri indulgebant. uobiſcum, hoc eſt, uobis præſentibus. Hos uocat Iudas in epulis ſuis maculas conuiuantes. Vide quæ in eum locum Iudæ ſcripſimus. Quo fit, ut nunquam non madeant uino, & crapula diſtenti ſint, & libidine fœda ardeant. Ac dici poteſt dum in conuiuijs ſuis comeſſantur, inſultant uobis, ac male precantur uobis in erroribus ſuis.

Impoſtorũ maculæ.

Oculi adulteræ

Oculus eſt mẽtis index.

Oculos habentes plenos adulterij, &c. Amplificat impoſtorum maculas. Quos ut uiuacius exprimat, non dicit hos libidinoſos, ſed habentes oculos plenos adulterij. id eſt, plenos mœchationibus, quales præ ſe ferunt adulteræ mulieris oculi. hoc eſt, in hoc toti ſunt, ut nihil aliud ſpectent, quàm adulteria & res venereas. Eſt enim oculus laſciuæ mentis index. Et inceſſabilis delicti. id eſt, qui non cohibentur à peccando. pelliciẽtes, id eſt, qui pelliciunt & ineſcant animas inſtabiles, quæ huc illhuc'ue diuertunt

Maculæ quædam ſunt impoſtores.

Aucupũ mos.

explendæ uoluptatis gratia. Non abs re maculas & coinquinationes hos impoſtores uocauit. Nam non ſatis eſt, quòd ipſi ſint mali, niſi & alios in conſortium ſuæ luxuriæ pertrahant. Videtur alludere Apoſtolus ad aucupes, qui ineſcationibus quibuſdam in rete pelliciunt aues. Sic iſti compotationibus, & conuiuijs quibuſdam fidem aliquorum ſibi aſtringunt.

Impoſtores auari et rapaces.

Cor exercitatum auaritia habentes. Poſt carnis crimina damnata, crimen auaritiæ execratur. Habentes (inquit) cor exercitatum auaritia. id eſt, rapinis & impoſturis, quibus exburſant & euacuant infirmorum burſas. hoc eſt, rapaces & auari

adeò

adeò ſunt, ut nihil non dicant faciant'ue etiam aduerſus ueritatem & Euangelium, quæſtus gratia. Huc pertinet, quod dicebat Sapiẽs Eccleſiaſtici 10. Nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim & animam ſuam uenalem habet.

Maledictionis filij. Id eſt, execrabiles ſunt, & morte digni. Ad hunc modum dicebat Dauid 1. Regum 26. ad Abner, Viuit Dominus, quoniam filij mortis eſtis uos, qui non cuſtodiſtis dominum regem ueſtrum.

Execrabiles pſeudapoſtoli.

Derelinquentes rectam uiam errauerunt, ſecuti uiam Balaam ex Boſor, &c. Cauſam illius execrationis & maledictionis adducit, exemplo è ſacris, Numeri 22. cap. ſumpto. Gratia quæſtus & lucri, nihil nõ turpe & laſciuum operati ſunt blaſphemantes, & aduerſus ueritatem loquẽtes, ſuis impoſturis à uia recta multos diuerterunt. Secuti ſunt uiam, id eſt, ritum uiuendi & doctrinam Balaam. Qui mercede conductus, & gratia lucri uenit, ut malediceret ijs, quibus benedixerat Dominus. Qui Balaam, amauit mercedem iniquitatis, id eſt, qui conſuluerat iniquè agendum. Pro malo illo conſilio, mercedem ſeu munera à Balac rege accepit. Conſuluit enim qua uia à Balac decipi poſſet populus Dei. Sed habuit correptionẽ ſuæ ueſaniæ, id eſt, ſuæ inſaniæ & malignitatis. Nam ſubiugale animal Aſina (quæ natura muta eſt) uirtute Dei loquẽs in hominis uoce, hoc eſt, uoce humana, & in modum hominis loquẽs, prohibuit, repreſſit inſipientiam prophetæ Balaam uolentis maledicere populo Dei. Quemadmodũ ueſaniam & inſipientiam Balaam repreßit Aſina & brutum: Ita tanta eſt hæreticorum, imò & quorundã magnatũ tum in Eccleſia tum in Repub. ueſania & execrabilis uita, ut tum pagani tum plebeij deteſtentur illorum inſipientiam. Et quod grauius eſt, ut dementiam auari & corrupti prophetæ olim corripuit aſina: ita & quoſdam prophetarũ ſucceſſores auaritiæ ſtudioſißimos, contempti & infimæ ſortis homines, honeſta & humili uita arguunt: atq; plus eruditionis ex his, quàm illis conſequitur Reſpublica.

Quæſtuoſi impoſtores.
Balaam doctrina.
Veſania.
Aſina uoce hominis loquuta.

Hi ſunt fontes ſine aqua. Varijs allegorijs impoſtorum genium & naturam ediſſerit. Quemadmodum ſterilis & exhauſtus fons inutilis eſt, nil præter inane nomen habens: ita & pſeudomagiſtri inutiles & uani ſunt ſine doctrina doctorum titulos, ut fons ſine aqua, ueri fontis nomen, falsò præ ſe ferunt. Videntur promittere doctrinam ſalutis, quam nullam habent, ſed puræ fæces & ſordes ſunt, quas pro puriſſimo ac Euangelico fonte epotandas fallaciter offerunt. Quo fit, ut cùm neochriſtiani & pſeudodoctores relicta ueritate Euangelica nouam eruditionem Eccleſiæ ſponſæ Chriſti aduerſantẽ confinxerint: qui ueritatis ſitibundi ſunt, id apud eos inuenient, quod apud fontem ſine aqua. Reperias lutum, ſordes, & fæcem. Dereliquerunt enim IESVM Chriſtum fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas, quæ aquas non retinent ſalutares.

Fontes ſine aqua.
Neochriſtianorum technæ.

Et nebulæ turbinibus exagitatæ. Quemadmodum nebulæ terræ, ſitienti & aridæ copioſioris pluuiæ refrigerium promittunt: ita & qui doctoris, aut magiſtri nomine inſignitur, ſpem quandã doctrinæ & ſalutis conferendæ, anxijs & afflictis conſcientijs pollicetur. Sed ut nebulæ illæ exagitatæ turbinibus, id eſt, uarijs tum uentis tum procellis euaneſcunt, & ne guttulam quidem aquæ dant: ita hi falſi doctores, ſpe uana anxias & ſalutis appetentißimas conſcientias lactant. Obſerua cum dicit, Nebulas turbinibus, id eſt, procellis & tempeſtatibus, non aura & placido uento agitari: notat pſeudapoſtolos agitari, non afflatu Spiritus ſancti, ſed procella turbinis & ſpiritu maligno.

Nebulæ agitatæ non abſimiles neochriſtianis.
Pſeudapoſtoli maligno ſpiritu afflati.

Quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Horrendum exitium illis minatur. Non manebunt impunes. Nam ut lucem Euangelicã ſuis tenebris ac erroribus obſcurare ſtuduerunt: ita caligo illa tenebrarum perpetua illos excipiet apud inferos.

Pſeudodoctorum ſuperbia & uenenum.

Superba enim uanitatis loquentes, pelliciunt, &c. *Allegoriam ſuperiorem exponit. Superbi uidentur multis in locis plucre, id eſt, plus quàm decet prædicare: ſed tonitrua ſunt eorum uerba & grandines: quæ fructus terræ inficiunt, imò conterunt, hoc eſt, bonos à recta uia auertunt. Sunt enim loquentes ſuperba uanitatis, id eſt, faſtuoſa uanitatis uerba ſonant, egregia & maxima quæuis magnificis pollicitationibus pollicentes. Quibus Horatianum illud percommodè adaptari poteſt, Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Pelliciunt, id eſt, ineſcant in deſiderijs carnis luxuriæ, cōcupiſcentijs & carnalibus laſciuijs eos, qui paululum effugiunt, id eſt, eos, qui iam cœperant ab ipſis ad puritatē uitæ deficere. Siue qui iam cœperant relinquere delicias Mundi, ut Euangelium ſequerentur. Aut qui paululum effugerant à recto. Quis neſciat uſuram, adulterium, uenale iudicium, furtum, homicidia, & id genus peccata eſſe mortifera, nec illa poſſe niſi ſalutari pœnitentiæ ſacramento, & ſanguine* IESV *Chriſti expiari? Sed pſeudapoſtoli neſcio qua adulatione & carnis concupiſcentia eos, qui uolunt iuxta ueræ pœnitentiæ functionem ambulare, allectant & demulcent. Rurſus eos, qui conuerſantur in errore infidelitatis, promittentes illis ſuis diſcipulis per uoluptates ineſcatis & pellectis libertatem, id eſt, omnium delictorum remiſſionem, etiam nulla reſtitutione raptorum facta: quam poteſtatem ipſi nō habent, licet magnificis uerbis reſonent ſe id autoritatis habere, cum ipſi pſeudapoſtoli ſint, ſerui corruptionis, id eſt, carnis & uoluptatis. Aut promittunt libertatem, ſcilicet carnis, illis licitam: quam multis impoſturis, hominibus iam ſuapte natura ad carnem plus ſatis propenſis, facilè ſuadent. Quis enim nō libenter audiat, Manducemus & bibamus, & in æternum regnabimus?*

Impoſturæ pſeudodoctorum.

Seruituti addicti erant bello capti.

Homo inter ſpiritū et carnē conſtitutus.

A' quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. *Hac generali ſententia alludit ad ius gentium, quo licebat bello captos ſeruituti addicere. Inter ſpiritum & carnem confligantes ſumus conſtituti. Si uicerit ſpiritus, ſpiritales ſumus. Si caro, carni addicti ſumus mancipia, & eius arbitrio uiuemus. Sed pſeudodoctores carnalem impuramq; uitam & uiuunt & docent. Ergo ſerui ſunt carnis, ex cuius libidine ducentur neceſſe eſt.*

Peccati et pſeudoprophetarū affinitas.

Nouatianorū error.

Si enim refugientes coinquinationes Mundi, &c. *Si quis hunc locum explicandum cenſuerit de peccato in Spiritum ſanctum, nō magnopere reclamauerim, tum quòd hic locus aliquot notas habeat, quæ propè iſtum ſenſum indicent & euincant, ut his abſimilia non ſint, quæ Paulus Hebr. 10. Voluntariè peccantibus. &c. & 6. cap. Impoßibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, &c. ediſſerit. Tum quòd multam affinitatem habeāt peccatum in Spiritum ſanctum & pſeudoprophetæ. Non applaudit hic locus Nouatianis, qui lapſis pœnitentiam negabant: ſed grauitatē peccati pſeudapoſtolorum, & eorum, quos ſeduxerant, docet, à cōſuetudine peccandi deterrens. Si refugientes coinquinationes Mundi, id eſt, poſtquàm refugerunt à peccatis. In cognitione, id eſt, per ueram pœnitentiam & fidem in dominum noſtrum & ſaluatorem* IESVM *Chriſtum. His rurſus, quaſi dicat, Hi tamen iterum inuoluti peccatis ſuperantur, poſteriora peccata, in quæ rurſus inciderūt, facta ſunt deteriora, id eſt, grauiora prioribus, quæ ante pœnitentiam cōmiſerant. Alludit hoc loco ad ea, quæ Chriſtus proponebat Matt. 12. & Luc. 11. cap. de immundo ſpiritu exeunte ab homine.*

Peccatum ex ſcietia grauius eſt.

Melius enim erat illis non cognoſcere uiam iuſtitiæ, &c. *Argumento per collationem ſumpto docet, quòd grauius peccant, qui ſciētes peccant. Melius erat, id eſt, præſtiterat, & minus malum erat illis non cognouiſſe uiam iuſtitiæ, id eſt, ueritatem Euangelicam: quàm poſt agnitionem, id eſt, receptam et intellectam ueritatem,*

retror

retrorſum conuerti,id eſt,attentionem & animum reuocare ab eo,id eſt, ab eruditione & ueritate,quæ tradita eſt,ſancto mandato & inſtituto.Deterret hic locus à conſuetudine peccandi.Deinde aperit doctos,& qui pluribus maioribusq; beneficijs à Deo donati ſunt,indoctis,& ijs,qui paucioribus gratijs ornantur,grauius peccare. Huc pertinet,quod Chriſtus Luc.12.dicebat,Seruus qui cognouit uoluntatem Domini ſui & non fecit,uapulabit multis : qui autem nõ cognouit,& fecit digna plagis, uapulabit paucis.

Peccandi conſuetudo peſſima.

Contigit enim eis illud ueri Prouerbij , Canis reuerſus ad ſuũ uomitum.&,Sus lota in uolutabro luti. *Priorem parœmiam ex 28. cap. Prouerbiorum : Alteram uerò de ſuo accepit.Inter animantia , duo immundiſsima, canem & ſuem adduxit , ut uiuacius obſcœnitatem impoſtorum explicaret , quorum genius & natura multum affinitatis cum cane & ſue habent. Canes reſorbent,quod euomuerunt : Et ſues,qui pedibus margarita conculcant, & protinus ad cœnum & lutum recurrunt : ita & illi faciunt,qui poſt uomita & purgata in pœnitentiæ lauacro peccata,rurſus ea reſorbent,& in uolutabrum cœni & peccati recurrunt , ſuis cupiditatibus ſeruientes,& margaritum,hoc eſt,uerbum Dei aſpernantur. Atq; ut canis reſorpta ſua ſorde,putidior fœtidiorq; fit , & ſus uolutabro luti ſordidior redditur : ita qui relicta ueritate redeunt & incidunt in uolutabrum peccatorum,ſordidiores fiunt, atq; grauioris ſceleris reos ſeſe conſtituunt.Quia ipſam,quam flendo , & in* CHRISTVM *fidendo impetrarc potuerunt ueniam,contemnunt,& in ſorditiem peccatorum ſeſe , maiore cæcitate præcipites inuoluunt.*

Canis & ſus immundiſsima animalia.

DICTIO.

PSEVDOPROPHETA , *unica dictio eſt compoſita, quam uulgus illiteratum diuidit.Nec ſignificat prophetam mendacem , ſed qui falsò nomine propheta uocetur,cùm non ſit.Sicut pſeudapoſtoli,qui ſibi uendicant Apoſtoli titulum falsò.* — Pſeudopropheta.

SECTA , *à ſector ſectaris. A' Græcis dicitur hæreſis,nomen odioſum uſu noſtro factum : quoniam his accommodatur , qui non unam Eccleſiam catholicam ſequuntur, ſed ſua iudicia ſuasq; priuatas ſectas.* — Secta.

RVDENS , *rudentis,tam maſculinum , quàm fœmininum eſt : ſignificat funem nauticum.* — Rudens.

TARTARVS *ſingulariter , pluraliter uerò Tartara , locus infernalis dicitur. At Tartarum neutri generis fæx uini dicitur.* — Tartarus. Tartarum.

PRAECO , *eſt qui iuſſu magiſtratus publicè aliquid ore denuntiat , qui auctionem facit,& qui audientiam in theatris indicebat. Hos quoq; Curiones uocatos legimus.Hinc præconium,laus,Græcè encomion.* — Præco. Curiones. Encomion.

DIEM *de die ducere,eſt rem in longum protrahere.* — Diem de die ducere.

EXECRABILIS , *deteſtabilis,abominabilis,& plenus maledictione.* — Execrabilis.

PERNICIES *dicitur mors. unde pernicioſus pro mortifero. A' perneco uenit.* — Pernicies.

PELLICIO , *pellicis,pellexi,pellectum. blandiendo decipio.* — Pellicio.

VESANVS , *penultima producta , uecors , crudelis , furioſus. unde Veſania, crudelitas.* — Veſanus.

PROVERBIVM , *eſt ſermo ad uitæ rationem conducibilis , moderata quadam obſcuritate,multam in ſe continens utilitatem. Vel,eſt ſermo , rem manifeſtam obſcuritate tegens.Græcè parœmia,uel parabola dicitur.* — Prouerbium. Parœmia. Parabola.

VOLVTABRVM , *penultima producta,eſt locus cœnoſus, ubi ſues & porci uolutantur.* — Volutabrum.

Deus patiens retributor. CAP. III.

De nouiſsimis temporibus.

HAnc ecce uobis chariſsimi ſecundam ſcribo epiſtolam, in quibus ueſtram excito in cõmonitione, ſynceram mentem: ut memores ſitis eorum, quæ prædixi, uerborum à ſanctis prophetis, & Apoſtolorum ueſtrorum præceptorum Domini & ſaluatoris: hoc primum ſcientes, quòd uenient in nouiſsimis diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias cõcupiſcentias ambulantes, dicentes, Vbi eſt promiſsio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc uolentes, quòd cœli erant prius, & terra, de aqua & per aquam conſiſtens Dei uerbo: per quæ ille tunc Mundus aqua inundatus periijt. Cœli autem, qui nunc ſunt, & terra, eodẽ uerbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominũ. Vnum uerò hoc non lateat uos chariſsimi, quòd unus dies apud Dominũ ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus. Non tardat Dominus promiſsionẽ ſuam, ſicut quidã exiſtimant: ſed patienter agit propter uos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autẽ dies Domini ut fur: in quo cœli, magno impetu tranſient, elementa uerò calore ſoluẽtur, terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint: quales oportet uos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent? Nouos uerò cœlos & nouam terrã, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. Propter quod chariſsimi, hæc expectantes, ſatagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace: & Domini noſtri longanimitatem, ſalutem arbitremini, ſicut & chariſsimus frater noſter Paulus ſecundm datam ſibi ſapientiam ſcripſit uobis: ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his. In quibus ſunt quædã difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cęteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. Vos igitur fratres, præſcientes, cuſtodite ne inſipientium errore traducti excidatis à propria firmitate: creſcite uerò in gratia & in cognitione domini noſtri & ſaluatoris IESV Chriſti. Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

Hanc

2.ad Tim.4.a 2.ad Tim.3.a Iudæ 1.f

Ezech. 12.f

Verba Impiorum de promiſſionibus Dei.

Dies Domini. 1.ad Theſ.5.a

Apoc. 21.a Eſa.65.c.66.g

Roma.2.a

Epiſtolæ Pauli.

Ecce] iam

In quibus] per quas, priorẽ ſcilicet & alteram iſtam.

Prædixi] prædicta ſunt.

Apoſtolorũ ue. &c.] mandati noſtri, qui ſumus Apoſtoli Domini, & ſaluatoris, quod per nos illius Apoſtolos accepiſtis.

Prius] olim.

Patienter agit] longanimis eſt.

Reuerti] uel recipere, aut complecti, aut uenire.

Properantes, &c.] accelerantes aduentum.

Et promiſſa] iuxta promiſſum

In quib', &c.] iuſti habitabũt Nam pij poſt reſurrectionem ſunt uicturi in cœlo.

Satagite] date operam,

Inuiolati] irreprehenſibiles.

Sicut et in om. &c.] etiam in omnib' ferè epiſtolis loquẽs de his.

Deprauant] detorquent.

Fratres, præſcientes, cuſt.] dilecti, poſteaquam præmoniti eſtis, cauete

Inſipientium] nefariorum.

Hanc ecce uobis, &c. *Extremam manum huic & priori epiſtolæ imponere & ualedicere cupiens, adducit quorſum hæc de pſeudoprophetis & magiſtris mendacibus ſcripſerit, ut maximè attenti ſint ad ſcripturas, tum prophetarum, qui de fide & pietate Chriſtiana pronuntiarunt, tum eorum, qui ſimilia his, quæ utraque epiſtola ſcripſit, dixerunt. Chariſſimi, ecce ſcribo uobis hanc ſecundam epiſtolam. Cùm dicit ſecundam, meminit prioris. Quare relatiuum ſequens, quibus, utranque comprehendit epiſtolam, priorem & poſteriorem. In quibus, ſubaudi, epiſtolis priore & hac poſteriore excito, id eſt, extimulo & exhortor hac commonitione ueſtram mentem ſynceram, id eſt, puram in fide. Hac ſuauiloquentia ſuorum animos cõciliat, & ad audiendum attentiſſimos facit. Eſt optimi Eccleſiaſtæ non ſolùm docere, hoc eſt, ignorantes illuminare, ſed etiam perpetuò exhortari, id eſt, etiam promotos & doctos ad pietatem inflammare, & eorum animos excitare.*

Scopus epiſtolarum Petri.

Mens ſyncera.

Docere.
Exhortari.

Vt memores ſitis eorum, quæ prædixi, &c. *Quo conſilio has ſcripſit epiſtolas exprimens, proponit à quibus hæc acceperit: ut nouis in Euangelio tyronibus plus autoritatis afferret, quod multorum teſtimonijs eſſet confirmatum, quàm quod ex unius tantum ſchola afferretur. Iſte eſt huius loci ſenſus: Hæc, quæ ſcribo, magna ex parte decerpta ſunt ex prophetis & uerbis* IESV *Chriſti. Nam hi multa de pſeudoprophetis & temporibus extremis prædixerunt. Non dubito (ait Petrus) quin ſyncera fide ſitis, & alieni ab impoſtorum doctrina: ſed hæc ſcribo, ut memores ſitis poſthac eorũ uerborum, quæ prædixi, à ſanctis prophetis. hoc eſt, quæ ex propheticis literis diſſerui. Et ut ſitis memores uerborum Apoſtolorum ueſtrorum, id eſt, eorum, quæ nos ueſtri Apoſtoli præmonuimus. Memores, inquam, ſitis præceptorum, id eſt, mandatorum domini & ſaluatoris. id eſt, quæ Chriſtus in Euangelio tradidit. Aut ſi placet, dicamus ad hunc ſenſum: Vt memores ſitis non ſolùm prædictorum à prophetis, ſed etiam mandatorum, quæ à nobis Apoſtolis domini & ſaluatoris accepiſtis. quibus præmuniti in ueritate recepta perſeuerare poſſitis: ne quouis modo pſeudoprophetarum (quos illi uenturos, ſed cauendos præmonuerunt) lenocinio & blandiloquentia ineſcemini, ineſcati corrumpamini. Iuxta hunc ſenſum ordinandus eſt textus: Vt memores ſitis eorum, quæ prædixi à ſanctis prophetis, & ut ſitis memores præceptorum, id eſt, mandatorum, Apoſtolorum ueſtrorum, quæ ueſtri Apoſtoli uobis nuntiauerunt, domini & ſaluatoris. id eſt, qui Apoſtoli, non ſunt pſeudapoſtoli, ſed ſunt Apoſtoli domini & ſaluatoris. id eſt, qui ad uos non à ſeipſis, ſed à domino uenerunt, ut non ſua ſomnia, ſed quæ à domino ſaluatore acceperunt uobis bona fide annuntient.*

Autoritas ex multorũ teſtimonijs conflata uim et robur habet perſuaſionis.

Hoc primum ſcientes, quòd uenient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores, &c. *Poſteà quàm prædictis multa autoritate & utilitate fidem conciliauit: Nunc de impijs poſterioris temporis pſeudoprophetis, necnon de eorum corruptiſſimis moribus, iniquisq́; conſilijs ac impuris ſermonibus diſſerit: ut præmuniti fideles ab illis caueant, & in puritate uitæ ambulent. Primo iaculo iſtos nebulones ferit, hos uocans illuſores. Illudunt Euangelio, & ſuo luſu lædunt, nõ ſolùm, quòd quidam luſus uideatur Euangelium & uerbum Domini, ſed etiam, quòd quibuſdam illuſionibus, id eſt, præſtigijs & impoſturis fallunt ſimpliciores, & infirmos decipiunt. Iuxta proprias concupiſcentias ambulantes, id eſt, proſtituunt uitam ſuam. Nam cùm fidem & uerbum Dei exiſtiment luſus eſſe, Euangelium pro iocis habeant neceſſe eſt, ut neq; intellectu recta intelligant, neque uoluntate, recta uelint: ſed uoluptatem pro uita, & libidinem pro ratione habeant. Omnia in eis proſtituta ſunt. Eſt eorum animus fœditatibus obſitus.*

Impoſtorum & pſeudoprophetarum notæ. Illuſiones.

Pſeudopropheturũ mens proſtituta.

turpiter

turpiter uiuunt, ſolam ſequuntur cupiditatem. Neque his contenti, docent ac dicunt, quæ ad ſolam faciunt uoluptatem, non ſine magno & contemptu & deriſu Euangelij.

Mimeſis. Dicentes, ubi eſt promiſſio aut aduentus eius, &c. *Mimeſis eſt, id eſt, eorum, quæ ab alijs dicuntur, enarratio. Enarrat enim Petrus, quæ illi dicturi ſunt. Dicentes, id eſt, dicunt illi impoſtores: Vbi eſt promiſſio aut aduentus eius, &c. Ironicè,* Impiorũ peruerſę cogitationes. *grauiter & audacter iſta pronuntiant, quibus omnia fidei & religionis Chriſtianæ myſteria abnegant & rident. Non abſimilia ſunt horum uerba his, quæ Sapientiæ 2. de impijs enarrat Sapientia. Dixerunt (inquit) impij cogitantes apud ſe non rectè, Exiguum, & cum tædio eſt tempus uitæ noſtræ, & non eſt refrigeriũ in fine hominis, & nõ eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis. Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquam non fuerimus. Paulò poſt ſequitur, Venite ergo & fruamur bonis, quæ ſunt, & utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo & unguentis nos impleamus, &* Impiorũ uerba & uoces blaſphemæ. *non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antè quàm marceſcant, nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Qui conſimilia non rectè cogitabant Chriſti doctrinam abnegantes, addent, Vbi eſt promiſſio eius? ſcilicet Dei ad iudicium, quaſi dicant, Nulla & uana eſt. Rationem adducunt: Nam ex quo patres noſtri dormierunt. id eſt, mortui ſunt, ſic omnia ab initio creaturæ, id eſt, ab orbe condito perſeuerant, eodem ſemper ordine protrahuntur & permanent. Mortui (dicunt) ſunt patres, ne unus quidem redijt, qui nuntiaret nobis poſt hanc uitam aliam ſupereſſe. Nihil præterea renatum eſt. Eadem ſemper uidetur Mundi facies. Vices ſunt naſcentium & morientium. Quare cùm iſta ſic habeant, Quid expectatur, iudicium an reſurrectio? Viuamus lautè dum hic uiuitur. Et quæ nobis territamenta iudicij adducunt, ſpectra ſunt, & ſolæ minæ, quibus nos & decipiunt, & in ſeruitutem pertrahere nituntur. Deus neque curat, neque reſpicit nos. Edamus & bibamus, cras enim moriemur. Quid noſtra refert de ieiunijs, fide, ſanctimonia, & immortalitate dicere? Iſta miſſa faciamus, uiris hypocritis & ſeipſos affligentibus relinquamus. Agitè, protrahamus noctes & dies euacuandis cyathis, de poculis, cõuiuijs & formoſis puellis uerba faciamus. Quid nobis illa religio noua & Chriſtiana nuper inuenta, emolumenti attulit? Nihil certè. Dum uoluptuosè olim uiueremus, potaremus, ſcortaremur, ſuccedebant omnia pro uotis & animi ſententia. At uerò cùm huiuſmodi nugigeruli & obſtreperi quidam nunc de fide, immortalitate, Mundo ſpernendo inueteratam occinunt cantilenam, & quædam de amplectendo Euangelio intonãt, nihil non aduerſum nobis accidit. Quare præſtat uoluptati operam dare, quàm philoſophiam illam Euangelicam amplexari. Hactenus impoſtorum uerba. Huiuſmodi ſunt quorũdam, porcorum uerius, quàm hominum, blaſphemæ uoces, quibus cùm iudicium negãt,* Veritatis oppugnatores. *& ipſum Deum, qui uerax eſt in promiſſis, negãt, & ipſam mortuorum reſurrectionem. ad iudicium enim expectatur omnium reſurrectio. Negant & ipſum Deum iuſtum. Iniuſtus enim uideretur, ſi non eſſet futurum iudicium & præmium, tam pijs, quàm impijs, pro ratione operum fidei & perfidiæ cuilibet paratum. Adimũt poſtremò omnem ſpem, qua hìc durant pij, & Deo ſeruiunt. Cùm mortalitatem animæ ſuo errore ſua'ue blaſphemia aſſerere uidentur, hi re uera peccant peccato in Spiritum ſanctum, & in profundum malorum inciderunt, qui ueritatem ipſam oppugnant, & nolunt exemplo rerum præteritarum futura intelligere. Ex typo ueritatem, ex umbra lucem, & ex diluculo diem, ut ſequentibus aperit Apoſtolus.*

Impiorum tandem ultio. Latet enim eos hoc uolentes, quòd cœli erant prius, &c. *Illuſorum & impoſtorum blaſphemas uoces repreſſurus, & eorum orationem omni ex parte*

naſum ac temerariam audaciam habentem, confutaturus, oſtendit diuinam iuſtitiam non omnibus dormiuiſſe ſemper, ſed de omnium ſeculorum impijs ſemper ſumpſiſſe ſupplicium. Quemadmodum accepto uerbo Dei Noe apparans Arcam ſuæ ſalutis gratia, prædicebat interitum uniuerſæ carnis, & ſeculi illius finem, qui luxurijs & uoluptatibus indulgentes uiderunt Arcam fabricari, cuius architectura futuræ & iamiam inſtantis diuinæ uindictæ index, ad pœnitentiam tamen ſecuros illos & oſcitabundos nebulones non inuitauit: ſed in concupiſcentijs perſeuerantes, manſerunt increduli, donec finis uniuerſæ carnis, iuxta uerbum Domini aduenit, & innouatus eſt Mundus. Ita continget & ipſis illuſoribus ac impoſtoribus nouiſsimi temporis: quorum typus & figura fuerunt ij, qui increduli fuerant tempore Noe. Illorum prædicator, Noe: iſtorum Apoſtoli & Apoſtolici uiri. Illorum exitium, aqua diluuij: iſtorum execrabilis exitus & perditio, ignis. Latet enim eos hoc uolentes, id eſt, his illuſoribus non eſt excuſationi locus, quòd ignorantia laborent: quia latet eos uolentes, id eſt, uolunt & affectant neſcire. Cœli erant prius olim erant ab exordio Mũdi. Et terra de aqua, id eſt, extra aquam, & per aquam, id eſt, ſuper aquam, uerbo Dei conſiſtens iuxta ſententiam Dei dicentis, Geneſis 1. cap. Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum, & appareat arida, & factum eſt ita. Item 4. Eſdræ 6. Tertia die imperaſti aquas congregari in ſeptima parte terræ: ſex uerò partes ſiccaſti & conſeruaſti, ut ex his ſint coram te miniſtrantia ſeminata à Deo & culta. Verbum enim tuum præceſſit, & opus ſtatim fiebat. Super aquam apparuit terra uerbo Dei. Pſal. 135. Qui firmauit terram ſuper aquas. Per quæ, ſcilicet uerbum Dei, cœlos, aquam, & terram, ille tunc Mundus, id eſt, uiuentia tempore ribus Noe, preter clauſa in Arca, inundatus eſt aqua, id eſt, interierunt inundatione aquarum. Nam per uerbum Dei præcipuè, per apertas cataractas cœli, & per ruptos in terra fontes inundatione aquarum Mundus ille perijt, qui fuit tempore apparatus Arcæ. His uerbis Apoſtolus refellit impoſtorum & illuſorum blaſphemiam, dicentium quòd Mundus ſemper eodem modo perſeuerauit. Ex quo enim (aiunt) Patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ. Rogabis quos hic uocat cœlos? Cùm cœlos dicit, non intelligit de corporibus cœleſtibus, in quibus planetæ & ſtellæ ſunt: ſed cœlum ſiue cœlos uocat locum hunc aërium, à terra ſiue aqua uſque ad ſupremam illam partem aëris, ubi uenti & nubes & procellæ & turbines fiunt. Sicut etiam Scriptura dicit in multis locis, Et intonuit de cœlo Dominus. Daniel. 3. Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, domino. Rurſus Pſal. 148. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini. Et in Scripturis legimus, Aues cœli & uolatilia cœli. quum manifeſtum ſit, aues in aëre uolare. Et Dominus, cùm de nubibus loqueretur, Luc. 12. Faciem cœli & terræ (ait) noſtis probare. Rurſus Matth. 16. Et rogauerunt eum, ut ſignum de cœlo oſtenderet eis. Ait illis, Facto ueſpere dicitis, ſerenum erit, rubicundum eſt enim cœlum. Et manè, Hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare noſtis. Et hoc non ſolùm Scripturarum conſuetudine, uerùm etiam nos ſermone communi hunc aërem, cœlum appellamus. Nam cùm de ſereno & nubilo quærimus, aliquando dicimus, Qualis eſt aër? Aliquando, quale eſt cœlum? Dicuntur ergo hoc loco cœli quicquid à terra & aqua in ſublime oculis facilè peruium eſt & penetrabile uiſu. Atque hunc totum ambitum aërium aquarum inundatione dicit Apoſtolus perijſſe, hoc eſt, Mundum hunc aquis diluuij deletum eſſe, & interijſſe tempore Noe: Excreuit enim aqua, ut ſanctus Auguſtinus ait, & totam illam capacitatem, ubi aues uolitant, occupauit.

Noe prædicatio.

Cœli qui dicuntur.

Cœli autem, qui nunc ſunt, & terra, eodem uerbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum, *Collatione interitus præteritorum, ad futurorum deletionem pulchrè conuertit ſui inſtituti propoſitionem, Deum iudicaturum pios & impios, ipſumq́; ſeculum per ignem.*

Cœli repoſiti.

Cœli autem, qui nunc ſunt, & terra repoſiti ſunt eodem uerbo, id eſt, Deus peracto diluuio reparauit hunc ambitum & locum aërium: & terram, ut beneplacitum eſt illi, diſcooperuit ab aquis. Iob 14. Poſuiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Nunc hi cœli, & ambitus aërius, uidentur, & perſeuerant hactenus, durabuntq́; uſque in diem iudicij. In quem diem, reſeruantur comburendi igne conflagrationis impiorum & illuſorum hominum. dicente Propheta Pſal. 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Quare, erubeſcant, & conturbentur uehementer omnes illuſores & impoſtores iſti, dicentes, Vbi eſt promiſsio aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ. Certiſsimum eſt, ut non perſeuerauit Mundus, ſed euerſus eſt aqua, tempore Noe, qui figura eſt futuri, & poſtea cœli & terra repoſita ſunt autoritate iudicis illius immittentis diluuium: ita nec ipſi perſeuerabunt, ſed funditus peribunt, cùm per ignem perdentur impij, ſicut olim perierunt per aquam. Eſt ergo excipienda magno honore coronis illa ab Eccleſia celebriter toties pronuntiata, Per eum qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos & ſeculum per ignem.

Impiorum exitium.

Vnum uerò hoc nō lateat uos chariſsimi, quòd unus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus. *Confutat & funditus euertit illuſorum & pſeudoprophetarum blaſphemias, dicentium, Vbi eſt promiſsio, aut aduentus eius? Diu iam expectatum eſt iudicium illud. Docuit Petrus, & argumento à diluuio ſumpto confutauit quod dixerant, Ex quo enim patres dormierūt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ. Nunc uerò aperit Dominum promiſsis ſtare, licet diu expectemus. Cùm certiſsimum ſit, diem iudicij & uindictæ tempus certò uenturum, parum admodum refert ſerius an maturius ueniat. O` chariſsimi, non uos lateat hoc unum, id eſt, hoc ſcitote, quòd unus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus. hoc eſt, dies & mille anni nihil ad æternitatem, quo ad procraſtinationem, tarditatem aut accelerationem: quia reſpectu æternitatis, mille anni, imò centum millia annorum ſupputantur dies unus. Omnia tempora, præſentia, præterita, & futura, præſentia ſunt Deo: æquè omnia cognoſcit atq; unum diem. Quare Deo neque tarditas neque procraſtinatio ulla eſt. Nobis pro iudicio noſtro quædam longa, quædam breuia uidentur. Sed Deo neque breue quicquam eſt, neque longum. Stat ſuis promiſsis, nihil reſpiciens noſtram cupiditatem, nihil remoratus breues longaſue horas, ſed ſuum ſequitur conſilium æternum. Videtur ad hæc facere quod Pſal. 89. dicitur, Ne auertas hominem in humilitatem. quaſi dicat, Tu Domine es, qui redigis hominem in cinerem. Et contrà, tu dicis, Conuertimini filij hominum. hoc eſt, reſipiſcite & redite in integrum. quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam, id eſt, ſicut dies heſterna quæ præterijt. & cuſtodia in nocte, id eſt, excubiæ nocturnæ, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. id eſt, Te diſsipante eos, ſomnus fiunt, ac ſubitò ſicut fœnum mutatur. Manè ſicut herba tranſeat, &c. Ac ſi diceret, Vt fœnum manè floret & creſcit, & ſerò exciſum areſcit: ita te irato conſumimur, & in furore tuo perimus. Hæc prædicta ſunt ab Apoſtolo, ut non tam pios in aduerſis durantes conſolaretur, quàm etiam uoluit intelligamus impios non manſuros impunes.*

Promiſsis ſtat Deus.

Dies & mille anni nihil ad æternitatem.

Deo omnia præſentia.

Non

Non tardat Dominus promiſsionem ſuam, ſicut quidã exiſtimant: ſed patienter agit, propter uos, nolens aliquos perire, &c. *Viris pijs expectationem lenit, & tædium moræ depellit: inſinuans tamen ſeueriſsimam pœnam & ultionem uiris impijs & ſacri Euãgelij oſoribus. Non tardat Dominus promiſsionem ſuam: id eſt, ne per horam quidem ultra tempus definitum iuxta ſuum conſilium differt quod promiſit. Sicut quidam exiſtimant, hoc eſt, Quòd Dominus diem iudicij nondum declarat. Quòd tempus uindictæ procraſtinat Dominus, nemini id ſit argumento, ſiue nemo ita interpretetur (ait Petrus) quaſi ipſe Dominus nunquam ſit uenturus ad iudicium: quòd impij nunquam luent commeritas pœnas. Sed Dominus patienter agit, id eſt, longanimis eſt, propter uos nolens aliquos perire, ſed ad pœnitentiam reuerti, id eſt, hac longanimitate omnes inuitat ad pœnitentiã, nolẽs aliquos perire, quia uult omnes ſaluari. Id eſt, omnes ad ſalutem hortatur, nemo niſi à ſeipſo perit. Non ergo contra Deum murmuremus, ſi tardius ad uindictam uenerit, ſi leuis & benignus eſt erga etiam aduerſarios noſtros. Meminerimus quòd Deus, non ſolùm Deus ultor eſt, ſed Deus miſericors & longanimis ſit, qui neminem temere opprimit, ſed cuilibet pœnitendi ſpatium concedit. Quòd ſi hoſtes noſtri ad pœnitentiam redeunt, illis condonemus, & lætemur pro ouibus in caulas Domini redditis & reſtitutis. Quòd ſi hoſtes hac Dei longanimitate abutantur, hoc certò ſciamus, quòd diuina uindicta tarditatem ſupplicij grauitate compenſat. Huc pertinet quod Roma. 2. ſcribitur, An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?*

Longanimis Deus.

Deum uelle omnes ſaluari.

Pœnitentiæ locus cuilibet cõceditur.

Adueniet autem dies Domini ut fur. *Apertis & nudis uerbis diem iudicij magni aperit. Certiſsimè futura eſt, ſed illius præfixam horam & determinatam ignoramus: quia inexpectatus aderit. Taceant illuſores illi obſtrepentes, Vbi eſt aduentus eius, quaſi uerò non ſit futurus, quòd præfixum tempus eius & determinata hora, non ſint præcognita: quia ut nocturnus fur obrepet. Matth. 24. De die autem illa & hora nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi ſolus Pater. Ideo & uos eſtote parati: quia qua neſcitis hora filius hominis uenturus eſt. Act. 1. Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. 1. ad Theſſalonic. 5. De temporibus autem & momentis fratres, non indigetis ut ſcribamus uobis. ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita ueniet. Cùm enim dixerint, Pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in utero habentis, & non effugient.*

Iudicij magni dies certiſsima, ſed incognita.

In quo cœli magno impetu tranſient. *Horrendis uerbis diem iudicij deſcribit Apoſtolus. In quo die (quum dies ille aderit) cœli tranſient magno impetu. Cœlos, ait Auguſtinus lib. de ciui. Dei 20. capite 18. iſtos aëreos intelligamus, quorum locum ac ſpatium tunc aqua creſcendo ſuperauerat. Iſtos utique imos, non ſupremos: ubi ſol & luna & ſydera conſtituta ſunt, ignis illius horrendæ & magnæ conflagrationis, uehementi impulſu commouebit, atque à ſtatu, quem nunc habent, deficient. Quia magna erit hominum commutatio, uocat Apoſtolus diem perditionis, quamuis corum natura in æternis pœnis manſura ſit. Poſſunt hæc intelligi de corporibus cœleſtibus, quòd ad ſimilitudinem impulſorum, magno impetu tranſibunt, non à ſubſtantia, ſed à motu.*

Iudicij magni deſcriptio.

Cœlorum tranſitus & conflagratio.

Dies perditionis.

Elementa uerò calore ſoluentur. *Quatuor elementis igne, aëre, aqua, & terra Mundus conſiſtit, quæ conflagratione illa conſumentur, non quo ad ſubſtan-*

Elementorum conflagratio.

tiam, ſed quò ad miſtionem, quam habent adiunctam. Remanebunt enim elementa pura. Horum operæ & motus ceſſabunt, his neque generatio neque corruptio continget: aberit illorum mutua alteratio.

Terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. *Ne reliquias quidem ſordium & inquinationũ relinquet ignis ille. Terra illo igne purgabitur ſplendebitq; ut aurum. At plantæ, arbores, bruta, ac reliqua quæ corruptibilibus etiam iuxta præcipuas partes conſtantur, exurentur conſumenturq;.*

Terra cõflagratione purgabitur.

Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet uos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent? *Ad pietatem & ſanctimoniam hortatur argumento per collationem ſumpto. Cùm hæc, ſupple, elementa omnia ſint diſſoluenda, id eſt, per ignem ſint purganda, quæ tamen nihil punitione dignum commiſerunt, nihilq; peccarunt: Quales oportet uos eſſe, id eſt, quantam operam adhibere, quantum'ue adniti debetis, in ſanctis cõuerſationibus & pietatibus, id eſt, fructificare in operibus fidei & charitatis. Expectantes, id eſt, ſpe uiua ducti: & properantes, id eſt, accelerantes, non quòd minuatis tempus, ſed affectu & zelo pio & urgente ducamini in aduẽtum diei Domini, id eſt, pietatis operibus expectetis diem Domini, id eſt, diem uniuerſalis iudicij, ut inueniamini ſanctimonia & puritate uitæ ſplendidi: quum ante tantum* IESV *Chriſti iudicis uiuorum & mortuorum tribunal ſiſtendum erit, per quem diem iudicij cœli, ſubaudi aërij, ardentes, inflammati igne conflagrationis, ſoluentur, expurgabuntur, & à ſtatu ſuo deficient. Elementa uerò tabeſcent, id eſt, liqueſcent, & à ſua functione ac uirtute deturbabuntur ardore ignis, id eſt, urgentiſſima & uehementiſſima æſtuantia.*

Properare in aduentum Dei.

Dies Domini.

Nouos uerò cœlos, &c. *Animos neq; deſpondeamus neq; remittamus, quòd hæc inferiora, cœlos, elementa, & terreſtria hæc omnia ſoluenda eſſe audiamus. Nam promittuntur nobis meliora, ſi uitam loco promiſſo dignam duxerimus. Nempe noui cœli, hoc eſt, beatorum ſedes iuſtis parantur. Ergo ſtudendum eſt iuſtitiæ. Noua terra, nempe terra uiuentium. Ergo puritatem uitæ exerceamus. Et promiſſa ipſius, qui promiſit, Volo pater ut ubi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus. In quibus cœlis iuſtitia, id eſt, Chriſtus, & qui iuſtitiæ Chriſto adhærent, habitant, diuinitate fruentes. Iſa. 65. Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor: ſed gaudebitis & exultabitis uſque in ſempiternum in his quæ ego creo. Quia ecce ego creo Ieruſalem, exultationem, & populum eius gaudium: & exultabo in Ieruſalem, & gaudebo in populo meo: & nõ audietur in illa ultrà uox fletus & uox clamoris. Non abſimilia de his cœlis nouis & terra noua ſcribit Ioannes* Apocal. 21. *Et uidi cœlum nouum & terram nouam (ait). Primum enim cœlum & prima terra abijt, & mare iam non eſt. Et ego Ioannes uidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcendentem de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. Et audiui uocem magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus. Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, quæ prima abierunt. Dici poteſt, in quibus cœlis iuſtitia, id eſt, iuſti habitant. Iuſtitiam per heteroſim poſuit, pro iuſtis.*

Terreſtria omnia igne ſoluentur.

Cœli noui promiſsio.

Iuſtitia pro iuſtis.

Propter quod chariſsimi, hæc expectantes, &c. *Excitat piorum animos*

mos, & ex ſuperioribus infert quàm attenti eſſe debeant ad ſalutem & ſanctam promiſsionem. Cùm hæc (ait) ita ſe habeant, & beatitatis locum uobis apparatum expectetis, ſperetisq; uos illius beati loci incolas, præſtat ut aduentum magni Dei, & ob oculos tam horrendum iudicium habentes, ita quod reliquum eſt uitæ, tam purè uiuatis, ut uenienti Domino, cum lampadibus ardore charitatis relucentibus, obuiam parati ueniatis. Propter quod. Cùm tam magna ſint uobis per Chriſtum apparata, expectantes hæc promiſſa, ſatagite, id eſt, adnitamini, ſiue in hoc toti eſtote, inueniri ei, id eſt, cùm uenerit ille inueniat uos immaculatos & inuiolatos, hoc eſt, irreprehenſibiles & incorruptibiles in pace conſcientiæ, hoc eſt, ſecura & tranquilla conſcientia reperiamini, cùm dies illa uenerit horrenda & terribilis impijs, pijs uerò amica & deſiderata per fiduciam in Chriſtum. Dies horrenda pijs deſiderata.

Et domini noſtri IESV Chriſti longanimitatem, ſalutem arbitremini, &c. *Viris pijs tædium párere nō debet dilatio aduentus Domini, hoc apud ſe meditentur, & agnoſcant longanimitatem, id eſt, patientiam Domini noſtri IESV Chriſti eſſe ſalutem, id eſt, quòd hæc dilatio protrahitur propter peccatores, quos ſua longanimitate & benignitate ad ſalutem inuitat. Sicut & chariſsimus frater noſter Paulus ſcripſit uobis, ſecundum datam ſibi ſapientiam, id eſt, ſecundum Spiritus donum receptum, dicens Ro. 2. An diuitias (inquit) bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Sicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de ijs, id eſt, de quibus ego ſcripſi uobis, de aduentu Domini, de fide, ſpe, charitate, religione Chriſtiana, & omnium functione. Rogabis fortaſſe, Vbi eſt epiſtola Pauli ad iſtos? Reſpondeo, Paulus ad Epheſios, Coloſſenſes, & Laodicenſes, qui ſunt Aſiani, ſcripſit: ad quos hic Apoſtolus ſcribit. Imò & his adſcribenda eſt epiſtola ad Galatas, quos in fronte prioris epiſtolæ noſter Apoſtolus ſalutat. In quibus epiſtolis Pauli, ſunt quædam intellectu difficilia, quia non humano ſenſu, ſed ſpiritali intelliguntur. Quæ, id eſt, quorum difficilem ſenſum, quidā indocti, id eſt, in religione & ſcripturis aut nihil aut parum exercitati deprauant, id eſt, corrumpunt, non ſolùm ſcripta Pauli, ſed & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem, id eſt, ad ſuam damnationem. Nullus eſt enim uel noui uel ueteris teſtamenti liber, in quo nō multa perucrsè intellexerint hæretici. Sed & ipſas ſæpe ſcripturas à ſuo ſtatu peruerterunt, uel demendo, uel addendo, uel mutando quæcunque perfidia illorum dictaſſet. Sicut conſtat Arrianos (ait Beda) de Euangelio eraſiſſe quod ſaluator ait, Quia Deus ſpiritus eſt. Quod nolebant credere quòd Spiritus ſanctus Deus eſſet omnipotens. Indoctos uocat & inſtabiles, quia neque lumen ſcientiæ, neque mentis ſtabilitatem habent. Quare ſanctiſsimè hortabatur Hilarius ſenſum ſcripturis non eſſe inferendum, ſed è ſcripturis petendum. Hic locus arguit arrogantiæ & ſuperbiæ eos, qui optimorum uirorum libros lectione dedignantur: nihil approbātes niſi quod ſcripſerint. Petrus Pauli epiſtolas & legit & fidelibus commendat. Daniel uir deſideriorum, quo non ſapientior alter, prophetarum, in primis Ieremiæ orationes legebat.*

Diei iudicij dilatio pijs non eſt moleſta. Longanimitas Dei. Pauli ſapiētia. Hæretici ſcripturarū corruptores. Arrianorum inſania. Scripturis ſenſus non eſt inferendus. Libri doctorū lectione non dedignandi.

Vos igitur fratres, præſcientes, cuſtodite ne inſipientium, &c. *Breuiſsima ſententia omnia penè conſtringit, quæ fuſius in tota epiſtola ſcripſit. Igitur, quaſi dicat, Ex his omnibus colligamus ô fratres, Vos præſcientes, id eſt, eſtis præmoniti, & didiciſtis quæ eſt uera religio, quæ falſa, quales ſint illuſorum & impoſtorum notæ: Supereſt nūc ut cuſtodiatis hæc à nobis tradita, & in eiſdem perſeueretis firmi & immobiles, ne excidatis à propria firmitate, id eſt, à fide & Chriſtiana pietate tradu-*

cti,id eſt,cum alijs abducti errore inſipientium, id eſt, nefariorum , qui multifarios introducent errores,ſcripturas ad ſenſum carnis trahentes. Cauete ab huiuſmodi impoſtoribus,Spiritum CHRISTI *amplexantes,qui non deſeret uos tempore & auxilio opportuno.*

Creſcite uerò in gratia,&c. Quod Paulus Epheſ. 4. *hortatur ut faciamus, dicens,Veritatem autem facientes,charitate creſcamus in illo , per omnia , qui eſt caput, Chriſtus : hoc nobis precatur* Apoſtolorum *princeps , Cùm augmentum gratiæ in illa eminenti ſcientia filij Dei domini & ſaluatoris noſtri* IESV *Chriſti nobis optat. Proficiamus in fide uiua,donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum,in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Cui eſt gloria & nunc & in diem æternitatis,id eſt,in ſecula ſeculorum.* Amen.

DICTIO.

Syncerus. SYNCERVS, *pro puro,integro,incorrupto & immaculato.*

Dormire. DORMIRE, *pro mori accipi Hebræis non infrequens eſt.Et mortui dormientes dicuntur ſecundum Auguſtinum ad* Honoratum *epiſtola* 120. *propter futuram euigilationem.*

Cœlum. COELVM, *Habitaculum & magnificentia Dei dicitur , quia perpetuum eſt,*
Horizon. *nec corrumpitur ſicut hæc inferiora.Scriptura uocat fines cœlorum , quos Horizontas noſtri uocant.Matth.24.Et congregabunt electos eius à quatuor uentis,à ſummis cœlorum uſq; ad terminos eorum. Etiam cœli nomine, ſcriptura complectitur omnia quæ ſurſum ſunt,aërem,ignem,& hæc inferiora.Cœlum interdum accipitur pro rebus cœle-*
Colũnæ cœli. *ſtibus & diuinis. Columnæ cœli dicuntur terra ac montes , quibus iuxta puerilem opinionem incumbere uidentur.Iob 25. Columnæ cœli contremiſcunt. Sunt & aliæ ſignificantiæ iuxta tropos Scripturæ.*

EPISTOLAE PETRI SECVNDAE, FINIS.

B. IOANNIS
EPISTOLA
PRIMA.

STATVS EPISTOLAE.

Hortatur fideles ut uitæ puritate & mutua charitate Chriſtum totius puritatis & Charitatis fontem exprimant.

LOCI INSIGNES.

1 Totum Chriſti negotium paucis perſtringit. I. II. III.
2 Fidem in Chriſtum congenitam ſibi habere puritatem uitæ docet. II. III.
3 Vita æterna per Chriſtum, qui eſt lux uera. I. II.
4 Annunciatæ ueritati indiuulsè hærendum & Antichriſtos fugiendos. II. III. IIII.
5 Probandos eſſe ſpiritus. IIII.
6 Fratribus ſyncerè ſeruiendum, eosq́ re ipſa, non uerbis tantùm, diligendos. II. III. IIII.
7 Profundum malorum & peccatum ad mortem. V.

B. IOANNIS EPISTOLA PRIMA.

Deus lux eſt,& nos tenebræ. CAP. I.

Vita æterna p Chriſtum.

QVOD fuit ab initio,quod audiuimus, quod uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus,& manus noſtræ cõtrectauerunt de uerbo uitæ, (& uita manifeſtata eſt, & uidimus, & teſtamur, & annũtiamus uobis uitam æternam, quæ erat apud patrem,& apparuit nobis.) Quod uidimus & audiuimus, annuntiamus uobis, ut & uos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre & cum Filio eius IESV Chriſto. Et hæc ſcribimus uobis ut gaudeatis, & gaudium ueſtrum ſit plenum. Et hæc eſt annuntiatio quam audiuimus ab eo, & annuntiamus uobis. Quoniam Deus lux eſt: & tenebræ in eo non ſunt ullæ. Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & ueritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatem habemus adinuicẽ,& ſanguis IESV Chriſti filij eius emũdat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt.Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, & uerbum eius non eſt in nobis.

Fuit]erat.

Et uita]&, pro Nã, more Hebræorum.

Et ſocietas] hæc autẽ ſocietas noſtra eſt.

Lux Deus. Ioan.8.b

Si dixerimus] more Hebræorum ſubauditur particula illatiua, proinde ſi dixerim'&c.

Sanguis Chriſti.

Hebr.9.d 1.Petri 1.d Apoc.1.b 3.Reg.8.e 2.Paralip.6.g Prouerb.20.b Eccl 7.c

Omnes peccatores.

Quod fuit ab initio. *Totus charitate & amore feruens ſacer ille* IESV *Chriſti Protonotarius & ſcriba Beatiſſimus Ioannes Apoſtolus ſtatim ab exordio beneuolentiam & auditoris attentionem captat, cùm dicit ſe nihil noui allaturum, ſed id quod fuerit ab initio, nihil'que dubij, ſed rem compertiſſimam, lætum ſcilicet Euangelij nuntium. Atque primo uerbo Cerinthianos, Hebionitas, & horum omnium ſcholam, ne in Chriſtum blaſphema loqui, temerario auſu præſumant, æternitatem & diuinitatem* IESV *Chriſti enarrat.* IESVS *Chriſtus filius uirginis Mariæ ab initio erat. Nolite aſſerere hunc non eſſe Deum. Cauete pronuntietis hunc cœpiſſe, quum Angelus Gabriel*

Ioannis encomion.

Cerinthiani.

Chriſti diuinitas.

Gabriel uirgini Mariæ nuntiaret Dei Patris uoluntatem. Fuit certè ab initio filius Dei. Ab initio eſt. Sed nihil ante initium. Eſt igitur Deo patri coæternus. Hæc eadem ſunt quæ 1. cap. ſui Euangelij dicit, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, hoc erat in principio apud Deum. Eſt filius ab initio ſeu principio, hoc eſt, à Patre, qui eſt principium filij. Pater enim æternus ſeipſum intuens ac intelligens, dicitur intellectualiter proferre & gignere quod de ſe & in ſe uidet & intelligit, ut pote ſui ipſius notionem ſeu conceptum ac uerbum, quod uerè dicitur Filius Dei, in quo omnia Patris pleniſſimè relucent ac ſplendent. Propterea Filius uera, naturalis, & perfecta eſt Dei Patris imago. Atque cùm tota Deitatis plenitudo in ipſo conſiſtat, uerè eſt Patri conſubſtantialis, & coæternus. Familiarior eſſe ſolet prior huius loci interpretatio, Ab initio, hoc eſt, ab æterno. Græcis legitur ἦν, id eſt, erat. ſicut in Euangelio, In principio erat uerbum. Atque ad hunc modum legit Auguſtinus locum hunc enarrans, Verbum ἦν, hoc eſt, erat. nota eſt æternitatis. Hæc nota, ſeu hoc nomen non eſt illi ab effectu inditum, ut creator, ſed ab eſſentia. Quod ſignificantiſſimè Ioan. 8. cap. Chriſtus expreſſerit. Priuſquam naſceretur Abraham, ego ſum. Eſt enim Deus uita & eſſe omnium. Siquidem per ipſum uiuimus, mouemur & ſumus.

Chriſtus filius ab initio.
Pater generãs.
Filius Dei.
Filius uera Patris imago.
Aeternitatis nota uerbũ erat.
Nomẽ filij eſſentiale & ab effectu.
Deus uita omnium.

Quod audiuimus. *Pronuntiata & firmiter aſſerta* IESV *Chriſti diuinitate & æternitate, quàm uerus fuerit homo Chriſtus, modis omnibus explicat. Quia uerbum caro factum eſt, et habitauit in nobis. Qui nobis inuiſibilis erat, factus, ad idq; expoſitus eſt, ut ſenſibus ipſis experiremur, non eſſe quid fictum. Audiuimus hunc loquentem, & uerba pronuntiantem, tum Ieroſolymis, tum alijs pleriſque locis quum Dei Patris ſui uoluntatem nobis audientibus explicaret. Audiuimus, inquam, in humanitate aſſumpta uerbum Patris, propter unionem uerbi & perſonæ Filij Dei ad humanitatem. Huius unionis gratia factum eſt, uera modò anuuntiemus dicentes, Deum audiuimus, tetigimus, uidimus, & huiuſmodi. Chriſtus enim Deus uerus, & homo uerus eſt. Audiuimus & nos aure fidei & ſpiritali pronuntiatum Euangelium dicẽte Paulo Roma. 9. ex Iſaiæ 53. Domine, quis credidit auditui noſtro? ergo fides ex auditu: auditus autem per uerbum Chriſti. Sed dico, Nunquid non audierunt? ait Paulus. Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum.*

Chriſtus homo.
Verbi et humanitatis unio.
Idiomatũ communicatio.
Fidei auris.

Quod uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus. *Scio quàm receptiſſimum ſit apud omnes, quod dici ſolet, Plus ualet oculatus teſtis unus, quàm auriti decem. Propterea ne ſolo aurium teſtimonio me ſuffultum exiſtimetis, addo & fortiſſimum ueritatis manifeſtandæ propugnaculum, Vidimus oculis noſtris. Grammatici hanc loquutionem, Vidimus oculis noſtris: uitioſam exiſtimarent, dicentes Pleonaſmum, id eſt, adiectionem unius dictionis ſuperfluam, quale eſt illud Vergilianum, Sic ore loquuta eſt. &, His auribus hauſi. Sed hactenus in ſacris literis neq; ſuperfluum quicquam, neq; quod reijciendum ueniat, offendi. In ſacris repetita dictio, atq; eiuſdem adiectio, pium ac uehementem zelum & affectum indicant: ut in Pſal. Domine Dominus noſter. Et, Deus Deus meus. Aut quoniam per oculos perpetuo idiotiſmo Hebræi mentem et cor intelligunt, ut Gene. 12. cap. Et diſplicuit hæc res ualde in oculis Abrahæ. dicito hoc loco, Ioannem hac uſum loquutione, qua non modò pium zelum & affectum uehementer manifeſtandi Chriſtum explicaret, ſed etiam quàm amplè fuerit Chriſtus illi expoſitus, Quem non ſolùm uidit oculis illis corporeis, ſed & internis, utputa mentis & cordis. Adiecit Euangeliſta, Quod*

Teſtis oculatus.
Pleonaſmus.
Sacræ literæ nihil ſuperfluum habent.
Virtus dictionis repetitæ in ſacris.
Oculus quid in ſacris ſignat.

Chriſt' ab Apoſtolis perſpectus.

perſpeximus. Quaſi dicat, Non ſolùm ſimplici *quodam uiſu & intuitu uidimus: ſed in hoc etiam expoſitum eſt quod ab initio erat, ut ipſum ſpectaremus & contemplaremur, multo etiã tempore cum illo uerſati, ita ut manibus noſtris hũc palpauerimus.*

Chriſtus manibus contrectatus.

Et manus noſtræ contrectauerunt. *Contrectauit Thomas contactu, quo planè nobis aliquid ſenſu maius exhibuit, nimirum reſurrectionis ueritatem aperuit, cùm appoſita manu lateri* I E S V *Chriſti, clamauit, Dominus meus, & Deus meus.*

Verbum uitæ.

De uerbo uitæ. *Hactenus auditorem & attentum & beneuolum reddit, quorum dicit ſe nihil uel noui uel dubij, ſed præclara, magnifica, & quæ ab æterno fuere, adlaturum: nempe de uerbo uitæ, hoc eſt, Patris uiuentis. Aut, uitæ, id eſt, quod non ſolùm uita eſt, ſed à quo omnis uitæ ratio pendet. Aut, quia uerbo Chriſti paſcuntur fideles, Ioann. 6. Verba quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt. Audi & Vitam ipſam, quum Satanam argueret, dicentem Matth. 4. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Quod ergo ab æterno fuiſſe, ſeq́ue & uidiſſe & audiuiſſe, manibusq́ue contrectaſſe dicit, eſt uerbum uitæ, id eſt,* I E S V S *Chriſtus.*

Vitæ manifeſtatio.

Et uita manifeſtata eſt. *Manifeſtata eſt autem nunc, ait Paulus 2. ad Timot. 1. per illuminationẽ ſaluatoris noſtri* I E S V *Chriſti, qui deſtruxit quidem mortem, illuminauit autem uitam & incorruptionem per Euangelium. Ceſſerunt tenebræ, apparuit lux Mundo, mors abſorpta eſt in uictoria. Vita manifeſtata eſt, id eſt, Verbum caro factum eſt. ipſumq́ue Euãgelij myſterium orbi retectum eſt. Panis ille angelorum, qui nos latebat, factus eſt cibus uiatorum, expoſitus eſt ſenſibus noſtris & oculis ipſis. Itaq́ue poſt aſſumptam humanitatem licuit audire, uidere, perſpicere, & manibus contrectare. 1. Ad Timoth. 3. Et manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in Mundo, aſſumptum eſt in gloria.*

Vita manifeſtata, id eſt, uerbũ caro factum.

Et uidimus & teſtamur, & annuntiamus uobis uitã æternam.

Epanaphora.

Hebionitarum error.

Et particula, pro ideo.

Epanaphora ſeu repetitio eſt. Redit enim ad idẽ, ut ſe de uerbo uitæ dilucidius expediat, & facilius refellat Hebionitarũ, Marcionis, Apellis & aliorum huius ſectæ Hereticorũ impia dogmata. Hi aſſerebant Chriſtum cœpiſſe eſſe in uirgine, nec ante uirginem fuiſſe. Particula Et, ſecundo loco poſita, nota eſt illationis, pro Ideo, ſicut illhic, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum. Sed quid teſtaris ô Apoſtole Dei? Reſpõdet, Annuntiamus uobis uitam æternã. id eſt. prædicamus uobis I E S V M *Chriſtum, per quem orbi reddita eſt uita æterna. Vt in Euangelio ſcriptum eſt, Ioan. 17. cap. Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcãt te Deum uerum, & quem miſiſti* I E S V M *Chriſtum. Is uita eſt, non temporalis ſed æterna. Credentibus, & fiduciam in ſe habentibus Chriſtus uita eſt, quam concedit & largitur æternam.*

Apoſtoli prędicarũt uitã orbi reſtitutam.

Credentibus Chriſtus eſt uita.

Aeternitatis nota eſt uerbũ Erat.

Filius apud Patrem.

Quæ erat apud Patrem. *Verbum erat, nota eſt æternitatis.* I E S V S *Chriſtus Dei Filius ſecundum diuinitatem (ut doctorum uerbis utar) æternaliter fuit in Patre & cum Patre. Quia perſonaliter à patre diſtinguitur, immanenter ab ipſo egreditur, ſubſtantialiter idem cum ipſo cenſetur. Hæc aperta ſunt ex primo Ioann. cap. Verbum (inquit) erat apud Deum. Rurſus eodem cap. Vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. & Pſal. 35. Apud te eſt fons uitæ. Hæc omnia indicant Filium Patri conſubſtantialem & coæternum.*

Chriſt' xxxiij. annis cũ hominibus uerſatus.

Et apparuit nobis. *Aſſumpta humanitate triginta tribus annis uerſatus eſt cũ hominibus, non ſine copioſa miraculorum multitudine, quæ ueridici & ſpiritu afflati*

Euan

Euangeliſtæ magna ex parte ſcriptis mandarunt. Quinetiam & poſt reſurrectionem quadraginta diebus de regno credentibus apparens eſt familiariter colloquutus. 1. Corinth. 15. Tradidi enim uobis in primis quod et accepi, quòd Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas, & quia uiſus eſt Cephæ, & poſt hoc undecim: deinde uiſus eſt plus quàm quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormierunt: deinde uiſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus. Nouiſsimè autem omnium, tanquam abortiuo, uiſus eſt & mihi. Hæc clauſula eadem eſt cum illa, quam primo cap. ſui Euangelij dixit, Et uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius. De qua re pluribus diſſerit Paulus in Philippenſ. 2. cap.

Chriſti familiaris colloquutio poſt reſurrectionem.

Quod uidimus & audiuimus, annuntiamus uobis. Repetit ut amplius doceat. Decies enim (ait ille) repetita placebit lectio. Quæ de Chriſto uobis annuntiamus, ueriſsima & probatiſsima eſſe ſcimus. Nempe hæc omnia palàm uidimus, & audiuimus. hoc eſt, Vidimus & audiuimus IESVM filium Dei hominem factum, inter mortales uerſantem, & uitam mortuo Mundo reſtituiſſe. Hæc diffuſius ſequentibus explicabit.

Repetitio grata & utilis.

Vt & uos ſocietatem habeatis nobiſcum. Occupatio eſt conſolatoria. Nolite animum deſpondere, quaſi uos infeliciores nobis arbitremini, quòd Dominum perinde atque nos, non uideritis. Nobis & uobis commune eſt ſodalitium, eadem ſocietas, eadem fidelia dealbamur. Nimirum communem habemus fidem, eademq; alimur fiducia, qua eundem conſequemur fructum. Quiſquis es, qui Dominum non uides, tamen credis in eum, beatus es. Multi uiderunt, qui nihilo minus abierunt retro. Ioan. 6. Thomas experiri uoluit, non aliter crediturus. Dicebat ille, Non credam, niſi digitos meos miſero in locum clauorum. Benignitate ſua Dominus ſe illi palpandum præbuit. Statim ille exclamans dixit, Dominus meus, & Deus meus. Tangens hominem, confeſſus eſt Deum. Cui Dominus reſpondens, uobis qui ipſum in dextera Patris ſedentem manu non contrectamus, ſed fide tangimus, raram & ſuauem reliquit conſolationem. Quia uidiſti me Thoma (ait Dominus) credidiſti. Beati qui non uiderunt & crediderunt. Firmiter ergo fide teneamus, quod his noſtris oculis non uidemus. Quia illi nuntiant qui uiderunt, his credamus, ut & nos ſocietatem habeamus cum illis: Non ergo minus te aſſequuturum putaueris quia Dominum hic non uidiſti, modò ſyncera & integra fide uitam hanc duxeris. Obſerua Ioannem hoc loco docere primò Eccleſiæ inſerendos, qui Deo coniungi & ſocietatem cum illo inire deſiderant. Addiſcant fidem, & doctrina illa imbui ſtudeant, quam diſcipuli ab ipſa in carne degente ueritate perceperunt, & ſanctiſsimis traditionibus hactenus religioſiſsimè obſeruatam, reliquerunt. Clarè hic oſtendit Ioannes, ſe neque ad quæſtum, neque ad ambitionem inanemq; gloriam captandam Euangelicum munus ſuſcepiſſe. Nam non ueſtras (inquit) opes ambio, ſed ueſtræ conſulo ſaluti. Cupio enim uos eſſe collegas & cohæredes illius æterni boni per me uobis annuntiati. Ad hunc modum facit Paulus 2. Corinth. 1. Parcens uobis non ueni ultrà Corinthum, non quia dominamur fidei ueſtræ, hoc eſt, dominamur uobis nomine fidei, ſed adiutores ſumus gaudij ueſtri. Hæc metaphora ſumpta eſt ab his qui alios in hæreditatem aut functionem quampiam communibus commodis aut incommodis admittunt. Qua in re tantum abeſt ſua quærant, ut magis ſua alijs communicent. Hæc uirtus uocatur communio, amicitia & ſocietas.

Sanctorum ſodalitium.

Fiducia Chriſtianorum alimonia.

Thomas dubius quid nobis profuit.

Fidei fructus.

Eccleſię inſerendi ſunt q Chriſtiani fieri uolunt.

Doctrina fidelium.

Traditiões ſanctorum obſeruandæ.

Ioãnis animus erga Aſianos.

Cõmunio amicitia & ſocietas ſanctorum.

Et ſocietas noſtra ſit cũ Deo patre, & IESV Chriſto filio eius.

Societas duplex.

Hæc ſocietas non eſt humana. Cauete hanc cõtemnatis, exiſtimantes eam eſſe, qua cum hominibus ſolùm pace iungimur, ſed qua Deo, animo, mente atque adeò hic fide uiua indiuulsè uiuimus, & poſt hanc uitam cum eo æternũ uiuẽtes, beamur. Audi IESVM *Chriſtum ſodalitium hoc Ioan. 17. explicantẽ: Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum ſicut & nos. Item, Non pro eis (ſubaudi Apoſtolis) rogo tantùm, ſed pro eis qui credituri ſunt per uerbum eorũ in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, et ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint: ut credat Mundus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi, uolo ut ubi ſum ego, & illi mecum ſint, ut uideant claritatem meam quam dediſti mihi. 1. Corin. 1. Fidelis Deus, per quem uocati eſtis in ſocietatem filij eius* I E S V *Chriſti domini noſtri. Quemadmodum Patris & Filij mutuus amor & amborum nexus eſt Spiritus ſanctus inſeparabilis ab eiſdem, & uere Patri & Filio conſubſtantialis, æqualis & coæternus, atq; unum eſt cum illis: ita & ab hoc amore, ſeu à Spiritu ſancto dona recipiamus (recipiemus autem ſi in fide uiua poſtulauerimus) quibus ita uinciamur, ut Chriſto ſemper adhærentes, uita tandem fruamur æterna.*

Sodalitium diuinum. Chriſti oratio. Spirit⁹ ſanctus amor Patris & Filij.

Et hæc ſcribimus uobis ut gaudeatis, & gaudium ueſtrum ſit plenum. *Quo poſteri hanc meam de uerbo Dei uitaq; æterna doctrinã certiorem habeant, uolui & uobis & illis abſentibus, hoc ipſum ſcriptis ſignificare, imò & mea ſyngrapha obſignare, ut gaudeatis, & gaudium ueſtrum plenum ſit. hoc eſt, non ob aliam cauſam uobis* I E S V M *Chriſtum annuntiamus, quàm ut conſcientia tranquillos, uitæ æternæ participes efficiamus. Iam gaudetis & gloriamini, quòd* I E S V *Chriſti deſignati eſtis diſcipuli. Ducimini quadam gloriatione, in ſpe gloriæ filiorum Dei. Quæ ſpes non uos confuſibiles reddet. Quoniam poſt hanc uitam nihil in uobis uidebitur præter gaudium, nullus illhic metus, nulla tyrannis: ſed plena perfectaq; charitas, et maxima unitas. Videbitis Deum ſicuti eſt. Iſtud erit plenum gaudium. Omnia illhic læta & tranquilla. Pſal. 15. Adimplebis me lætitia cum uultu tuo. Et Pſal. 16. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Ad hæc nos hortatur Chriſtus Ioan. 16. Petite & accipietis, ut gaudium ueſtrum ſit plenum. Huius tam copioſi gaudij* I E S V S *Chriſtus cauſa eſt. Hoc nobis ſuo ſanguine acquiſiuit, eò aſcendit cœlos, ut eo frueremur, & gaudium noſtrum adimpleretur. Audi quid rogans Patrem Ioan. 17. dixerit, Nunc autem ad te uenio, & hæc loquor in Mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Vt gaudium ueſtrum plenum ſit, id eſt, ut conſequamini plenam ueſtri animi quietem & pacem. Qui enim fide uiua adhæret Chriſto & eius promiſsionibus, pacatam & tranquillam habet conſcientiam, ex qua conſurgit gaudium, quod nec nouit nec capit caro.*

Gaudiũ plenũ.

Et hæc eſt annuntiatio, quam audiuimus ab eo, & annuntiamus uobis. *Huc reſpicit & tendit noſtra prædicatio, quam ab ipſo Chriſto habemus & didicimus, uobisq; annuntiamus: nempe,*

Gaudiũ carni incognitum.

Quoniam Deus lux eſt. *Iſte eſt ſtatus totius huius epiſtolæ, Deus lux eſt. Atq; is uerè Chriſtianus, Deiq; filius eſt, q in luce uerè ambulat. Suapte natura Deus ipſe eſt lux, nihil mali, nulla boni penuria in eo offendi poteſt. Sunt ergo omnia alia à Deo tenebræ. Nam quæ Deo iuxta eſſentiam cõpetunt, nulli creaturæ aptari poſſunt, niſi id Dei gratia & dono fiat. Relucet igitur Deus in ſuis creaturis. quæ de ſe ſunt tenebræ, Ioan. 1. Et lux in tenebris lucet. Hanc lucẽ conſequimur, dum Chriſtũ amplexamur*

Status primæ epiſtolæ Ioan. Deus eſt lux. Canon theologus. Creaturæ de ſe ſunt tenebræ. Lucis cõſequẽdæ modus.

xanur Euangelium ſuſpicimus, & eius gloriam noſtris præponentes operibus nos ipſos abnegamus. Tenebræ ſunt Dei ignorātia: lux, Dei cognitio. Tenebræ, malum: lux, ipſum bonū. Tenebræ, peccatum: lux, gratia. Tenebræ, infidelitas: lux, fides. Tenebræ, caro: lux, ſpiritus. Tenebræ, falſitas: lux, ueritas. Tenebræ, Mundus: lux, Deus. Ad hæc faciunt quæ Chriſtus Ioan. 12. dixit Apoſtolis nondum Chriſtum plenè agnoſcentibus, Adhuc modicum, lumen in uobis eſt. Ambulate dum lucem habetis, ut non uos tenebræ comprehendant. &, qui ambulat in tenebris, neſcit quò uadat. Dum lucē habetis, credite in lucem, ut filij lucis ſitis. Hæc lux illuminat omnem hominem uenientem in hunc Mundum. Metaphoricè Deum dicit lucem. Quemadmodum enim luce nihil purius, nihil quod magis exhilaret: ita Deo nihil mundius aut optatius. Contrà, ut tenebris nihil triſtius: ita peccato nihil fœdius, horribilius & triſtius.

Tenebræ. Lux.

Et tenebræ in eo non ſunt ullæ. *Hæc oratio indicat uitæ puritatem. In* IESV *Chriſto nihil impurum ac facinoroſum, ſed pura & ſancta omnia.*

Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cū eo, &c. *Explicat quid uelit ex prioribus intelligere, nempe ex definitione Dei. Deus eſt lux. Si quis dicat ſe Deo coniunctum, hoc eſt, fidelem, mente animoq́; Deo eſſe unitum, & uerſatur in tenebris, hoc eſt, impiam uiuit uitam, is planè mentitur, & ueritas in ipſo non eſt.*

Dei definitio.

Si autem in luce ambulamus, &c. *Elegantiſsima Antitheſi ex oppoſitis membris eandem rem explicat, ut clarius quæ antè tam ſublimiter diſſeruit, auditores intelligant. Atq; hoc peculiare eſt huic Apoſtolo, ut in Euangelio eius 3. cap. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine unigeniti filij Dei. In hoc exemplo uidere potes eandem rem oſtendi, ſed ſubinde clarius & apertius. Simili ornatu hoc loco eandem rem ingerit. Cùm Deus ſit in luce, imò ſit lux ipſa, & inierimus fœdus cum Chriſto, neceſſe eſt ut pro noſtro modulo ita ambulemus in luce, ſicut ipſe eſt in luce. Hoc eſt, factis illud comprobemus oportet, nempe ſocietate mutua, hoc eſt, cum Deo & Deus nobiſcum, & ſimiliter inter fratres ſit. Quod Chriſtus expreſsit Matt. 7. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. & Paulus 2. Corint. 6. Quæ communicatio Chriſti ad Belial? aut luci ad tenebras? Obſerua, Ambulamus in luce, dum Chriſto fide uiua adhærētes bonis & ſtudioſis operibus proficiamus. Deus autem cùm perfectiſsimus ſit, nihil perfectum ſibi acquirit, quare neq; hoc modo proficit, neq; in luce ambulat. Propterea Ioannes hunc dicit eſſe in luce, qui idem ſemper lucens & immutabilis in ſua ipſius ſplendidiſsima ueritate, luce & gloria immobilis permanet. Pſal. 101. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Confitentes peccata noſtra, nosq́; peccatores & tenebras,* IESVM *uerò lucem, eidem fide adhærentes ſtatim inimus ſocietatem cum Deo.*

Antitheſis.

Societas mutua cum Deo.

Ambulare in luce.

Proficere.

Societatem inire cum Deo.

Et ſanguis IESV Chriſti, &c. *Videtur ab inſtituto ſuo digredi, quū de peccatorum remiſsione diſſerit. Sed occupatione urgentiſsima facit ſatis ijs, qui fortaſsis obijcerent, Deus eſt purus, & eſt lux clariſsima, nos uerò tenebræ, & in peccatis geniti. Cùm itaq; nulla ſit cōmunicatio iuſtitiæ ad iniuſtitiā, quî fieri poteſt, ut nos malorum lerna, fœdus & ſocietatem ineamus cum Deo? Reſpondet, id non fieri noſtro merito, noſtris uiribus, ſed ſanguine* IESV *Chriſti. Quare in hoc fœdere incundo, non ſunt ſpectandæ noſtre uires, ſed gratia diuina, qua ſalui facti ſumus. 1. Corint. 6. & ſanctificati & iuſtificati. Hic ſanguis filij Dei expurgat nos à peccatis noſtris, ſanctificat nos. Deoq́; ſocietate & amicitia perpetua iungit. Huc pertinet quod Paulus dicit, nos per Chriſtum habere aditum ad Patrem, Roma. 3. Iuſtificati gratis per gratiam*

Sāguinis Chriſti uirtus.

Chriſti paſsio & mors.
Peccati nomine tota peccatorũ colluuies dicitur.
Synecdoche.
Numeri ſingularis uirtus.

ipſius per redemptionem quæ eſt in Chriſto IESV, *quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ.* Nomine *ſanguinis* IESV *Chriſti intelligit paßionem ac mortem Chriſti. Obſerua. Peccatum dixit numero ſingulari, intelligens omnium peccatorum colluuiem, non unius hominis aut ætatis, ſed omnium & hominum et temporum. Peruenuſta ergo ſynecdoche eſt uſus, cùm genus pro omnibus ſpeciebus poſuit. Atque plus quiddam expreßit ſingulari quàm multitudinis numero. Si enim plurali numero dixiſſet Peccata, potuiſſet cogitari certa quædam, & non omnia, ablata eſſe.*

Superborum frænum.
Hominis abiectio.
Peccatores ſumus & peccatum habemus.

Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, &c. *Eleganti occupatione occurrit ijs qui criſtas erigunt, iactitantes ſuam munditiam, cum illo Pharißeo, cuius meminit Chriſtus* Luc. 18. *Homines ſumus nihili, terreni, in peccatis concepti, ad malum proni, in membris noſtris peccatum & concupiſcentiam ſpiritui reſiſtentem ſentientes,* Rom. 7. *cap. Nunc autem iam non ego operor, ſed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nam uelle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod uolo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem, uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem: uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Cùm Paulus multa et abundanti gratia à Deo donatus in ſe peccatum profiteatur, quid ſuperbis? quid animi elatione inflatus audes effutire, te eſſe iuſtum, & nullum in te peccatum?*

Peccatum in membris.
Cõcupiſcẽtia.
Pronitas ad malum dicitur peccatum.

Obſeruabis interim, peccatum hoc in membis à Paulo pronuntiatum, non dici peccatum actuali culpa noſtra, ſed originali à primo parente contractum: cuius peccati culpa baptiſmo deleta eſt, remanente tamen cõcupiſcentia, & ad malum pronitate, quam Paulus uocat peccatum. At licet quis hoc maximè ſit ſtimulatus, ſi in Chriſtum fidit, iuſtificatus multa & amplißima à Domino gratia donatur. Qui ergo ſe peccatorem non profitetur, ſeductus in grauißimum incidit peccatum, Quodq; uerè eſt, talemq; ſeſe eſſe uelit nolit, non agnoſcit, impiè & mendaciter dißimulat. Confiteamur ergo nos nihil aliud eſſe, quod noſtrum ſit, quàm peccatores: quòd ſi iuſtificati ſumus, hoc noſtrũ non eſt, ſed ipſius Dei, & id uerè ſentiamus cum Paulo Roma. 3. *Quòd omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. hoc eſt, ut glorificent Deum, qui ſolus miſeretur, iuſtificat, & à peccatis liberat, & eius gloria eſt, miſereri & iuſtificare peccatores etiam gratis, ſua gratia & miſericordia.*

Dei gloria eſt noſtri iuſtificatio.

Peccatum in membris.

Et ueritas in nobis non eſt. *Si dixerimus, à membris noſtris & à carne, ueteris Adæ reliquias abeſſe, & fomitẽ peccati nullũ ineſſe, reuera ſeducimur, & nihil religionis ac pietatis in nobis eſt. Beato Auguſtino uidetur hic locus de minutis peccatis intelligendus. Quia (ait ille) non poteſt homo, quandiu carnẽ portat, nõ habere uel leuia peccata. Sed iſta leuia quæ dicimus, noli cõtemnere: ſi contemnis, quando appendis, expaueſce, quãdo numeras, leuia multa faciunt unũ grande. multæ guttæ implent flumen: multa grana faciunt maſſam. Opus eſt humilitate, quæ confeßio eſt, qua cõfitemur nos peccatores: ipſa eſt humilitas, nõ ut dicamus illud lingua, quaſi propter arrogantiam, ne diſpliceamus hominibus ſi nos iuſtos dixerimus. Faciunt hoc impij & inſani. Scio quidẽ quia iuſtus ſum, ſed quid dicturus ſum ante homines? Si me iuſtum dixero, quis ferat? quis toleret? Apud Deũ nota ſit iuſtitia mea, ego tamen dicã me peccatorem,*

Peccata leuia.
Peccatis leuibus conflatur magnum.
Peccatores dicimur licet iuſti.

catorē, non quia ſum, ſed ne arrogātia odioſus inueniar. Hæc ille. Obſerua, quod ait, Quoniam peccatum non habemus: & non dixit, Quoniam nō peccamus. Tametſi non peccemus, eſt tamen in carne peccatum inhabitans, ut ſuprà adnotauimus. Ductus fiducia in Chriſtum & eius miſericordia iuxta promiſſum quo promiſit omni pulſanti ſe aperturum & donaturum ueniam, iudicare poſſum me gratiam conſequutum. Ne tamen arrogantia quadam intumeſcam coram hominibus, dicam me peccatorem: imò & coram Deo in horrorē etiam præteritorum, dicam, Tibi ſoli peccaui, &c. Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, &c. Facit hæc Ioannis autoritas aduerſus Pelagij errorem, qui paruulos omnes ſine peccato naſci, & electos in hac uita tantum proficere poſſe aſſerebat, ut ſine peccato exiſtant. Impoßibile nanq; eſt (ait uenerabilis Beda) quemlibet ſanctorum non aliquando in minimis peccatis, quæ per ſermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per obliuionem, per neceßitatem, per uoluntatem, per ſurreptionem committuntur, lapſum incurrere, nec tamen iuſti eſſe deſiſtunt, quia citius à reatu, Domino opitulante reſurgunt. Hæc ille.

Fidelis iudicat ſe eſſe in gratia.

Pelagianorum hæreſis.

Iuſti manentes iuſti labuntur.

Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. *Docuit quàm ſtudioſi eſſe debeamus, ne arrogantia quadam & animi elatione pronunciemus nos non habere peccatum, ne in illum Phariſæi morbū incidamus, Lucæ 18. Non ſum ſicut cæteri hominū, raptores, iniuſti, adulteri, uelut etiā hic Publicanus. Hæc pronuntians peccatum peccato addidit. Sed cùm peccatū humilitate & tui abiectione agnoſcis, teq; talem profiteris, ne ſordeſcas, ad confeßionem pœnitentialem tanquam ad ſalutis anchoram recurrendum eſt. Confiteare peccata tua. Sequere publicanum illum, qui à longe ſtans nolebat nec oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Dico uobis (ait Chriſtus) deſcēdit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Fidelis eſt Deus & iuſtus, Suapte natura uerax eſt: ergo ſeipſum negare non poteſt, 2. Timoth. 2. cap. Fidelis ſermo. Nam ſi cōmortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus: ſi negauerimus, & ille negabit nos: ſi non credimus, ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt. Hæc commone teſtificans coram Domino. Hactenus Paulus. Et ad Rom. 5. Spes autem non confundit. Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibis noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Audis'ne hoc loco Paulum pronuntiantem nos nihil fruſtra expectaturos iuxta IESV Chriſti promiſſum, quod multis locis Scripturæ manifeſtat quàm ſit nobis fidelis. Obſerua. Non eſt quod uanum & inane dixeris, Confiteri peccata ad emundandam conſcientiam apud Deum, qui etiam citra confeßionem corda purificat & perſcrutatur: Cùm hoc loco beatus Ioannes peccatorum confeßionem fidelitati diuinæ commiſerit, & attribuerit. Quaſi diceret, Quia Deus promiſit ueniam cōfitentibus, & fidelis eſt in ſeruandis promißis: Non confundetur apud Dominum quiſquis eſt qui ſua peccata confitebitur. At ne obieceris, in his actum iuſtitiæ neceſſarium eſſe: addit, Iuſtus eſt. Hæc iuſtitia non hominum, ſed Dei eſt, qua ſanguis IESV Chriſti emundat nos. Chriſtus ſui ſanguinis effuſione meruit noſtrorum delictorum remißionem Matt. 27. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effunditur in remißionē peccatorū. Hæc actio, & ſacri illius corporis exhibitio, actus eſt iuſtitiæ, quia ſatisfactorius & meritorius his, quibus applicatur. Huius litationis uis & efficacia nobis exhibetur liberalitate & gratia IESV Chriſti, & non noſtris meritis impenditur. Hoc*

Morbus phariſaicus.

Confeſsio pœnitentialis.

Promiſſa Chriſti firma.

Iuſtitia in pœnitentia.

Pœnitentiæ ſacramentū ſatiſfactionē & meritum cōnect.

eſt, non

& non noſtris meritis, ſed IESV CHRISTI *munificentia iuſtificamur, & peccata nobis condonantur.* Et id eſt quod ſubiungit Apoſtolus, Vt remittat no- *bis peccata noſtra, &c. Non nos remittimus.* Hæc ſunt quæ CHRISTVS nos *docuit, ut oremus Patrem, dicentes,* Matthæi 6. *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Ab omni iniquitate, *non à parte, aut*

Iniquitas.

media, ſed omni. Quem enim ſanat Deus, perfectè ſanat. Iniquitatem putauerim dici, cam animi prauitatem, qua ſcilicet boni ſaniq́; nihil agere libet, & quæ noſtra ſuut tantùm cum iniuria aliorum quærimus. Cùm dicitur, fidelis & iuſtus, id eſt, uerax & conſtans. Iuſtitia hoc loco non accipitur pro ea uirtute, qua æquum diſcernimus ab iniquo, ſed pro conſtantia & ueritate qua pactis & promißis ſtat, id'que quod dicit facit.

Fidelis & iuſtus Deus.

Iuſtitia.

Scripturæ ſacræ autor De⁹.

Filij iræ natura ſumus.

Si dixerimus quoniam non peccauimus. *Deus ſacræ Scripturæ ueridicus autor multis locis nos non modò mendaces, ſed & peccatores', & in peccato nos eſſe pronuntiat. Si ergo aſſeuerauerimus nos non peccaſſe, aduerſamur ei, & uerbo eius', qui per prophetam Pſalmo 115. dixit, Quia omnis homo mendax. & ad Romanos 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Ergo ut ueracem teſtemur Deum, ut uerbum eius, quod eſt ueritatis uerbum, in nobis maneat, confiteamur nos nihil aliud eſſe, aliud'ue habere quod noſtrum ſit, quàm peccatores. quòd ſi alij ſumus, hoc non à nobis, ſed Dei beneficio & gratia habemus. Neceſſe eſt dicamus nos & peccatores & peccaſſe. Atque quemadmodum inſanabile fuerit uulnus, quod perito medico retectum non fuerit: ita peccatum ei inexpiabile fuerit, qui coram Deo dißimulauerit.*

Verbum ueritatis.

Peccatum non diſsimulandū.

Mendacē Deū facere quid eſt.

Mendacem facimus eum, & uerbum eius non eſt in nobis. *Mendacem facimus Deum ſi negauerimus nos peccaſſe: non quòd æterna ueritas mentiri poßit, ſed quòd ueritati Dei non credentes, ipſa re teſtamur quòd Deum non credimus uera dixiſſe. Credentes ergo Deum ueracem, dicimus nos peccaſſe, & peccatores eſſe. Quia dicit ille in Scriptura, Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.*

CONCILIATIO.

QVID *hic beatus Ioannes ait, Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus: Cùm infrà cap. 5. dicat, Omnis qui natus eſt ex Deo, non facit peccatum. Ioannes hoc capite dat diligentißimam operam, qua oſtendat nos noſtra natura immundos, & hanc noſtram uitam à uetere homine & peccato in membris uſqueadeo oppugnatam, ut ſine leuibus peccatis, & minutis offenſis non poßit diu produci, à quibus Deo opitulante facilè reſilimus. Quod autem illbic dicit, natum ex Deo non facere peccatum: docet charitatem, ac Dei dilectionem, neque fratris odium, neque quod mandatis Dei aduerſetur, admittere. Tolerat tamen aliquantiſper leuia & minuta peccata, quæ ſtatim uel ſua præſentia ſuo'ue afflatu & uirtute extinguit.*

Vita noſtra in peccatis.

Charitatis puritas.

SECVNDA CONCILIATIO.

SPECIEM *pugnantiæ habere uidetur hic locus, explicans filium Dei uitam æternam: cum eo qui eſt Ioannis 17. Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcāt te, ſolum Deum uerum, & quem miſiſti* IESVM *Chriſtum. Filius ſuapte natura eſt uita æterna, à qua pendet uita noſtra, ſeu fruitio, qua non ſolùm fruemur filio, ſed & ipſa glorioſa trinitate Patre, Filio, & Spiritu ſancto.*

Vita æterna.

DICT

DICTIO.

LVCIS nomine quandoque Scriptura ſignificat conſcientiæ tranquillitatem, ut Micheæ 7. cap. Cum ſedero in tenebris, Dominus lux mihi educet me ad lucem. Accipitur pro diuino afflatu & Dei fauore, ſicut & afflictio & miſeria, tenebrarum nomine ſignificatur. Pſal. 36. & Iſaiæ 6. cap.

Lux. Tenebræ.

Verbum Dei obſeruandum, & mundus negligendus. CAP. II.

Et ipſe eſt] id eſt, propter ipſum propitius & placatus nobis redditur, omnibus condonando peccata.

Aduocatus noſter Chriſtus.

FIlioli mei, hæc ſcribo uobis, ut non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem IESVM Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tàtùm, ſed etiam pro totius Mūdi. Et in hoc ſcimus, quoniam agnouimus eum, ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit: mendax eſt, & in eo ueritas non eſt. Qui autem ſeruat uerbum eius: uerè in hoc charitas Dei perfecta eſt. In hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere: debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Chariſsimi, non mandatum nouum ſcribo uobis, ſed mandatum uetus, quod habuiſtis ab initio. Mandatum uetus, eſt uerbum quod audiſtis. Iterum mandatum nouum ſcribo uobis, quod uerum eſt & in ipſo, & in uobis: quia tenebræ tranſierunt, & uerum lumen iam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit: in tenebris eſt uſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. Qui autem odit fratrem ſuum: in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo uobis filioli, quoniam remittuntur uobis peccata propter nomen eius. Scribo uobis patres, quoniam cognouiſtis eum, qui ab initio eſt. Scribo uobis adoleſcentes, quoniam uiciſtis malignum. Scribo uobis infantes, quoniam cognouiſtis patrē. Scribo uobis iuuenes, quoniam fortes eſtis, & uerbum Dei manet in uobis, & uiciſtis malignū. Nolite diligere Mundum, neque ea, quæ in Mundo ſunt. Si quis diligit Mūdum, nō eſt charitas Patris in eo: quoniam omne, quod eſt in Mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia uitæ, quæ non eſt ex Patre, ſed ex Mundo eſt. Et Mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem facit uoluntatem Dei, manet

Cognoſcere Deum.

Perfecta eſt,] perfectè Deum diligit.

Manere in Deo.

Mandatum uetus.

Mandatum nouum. Ioan. 13. d & 15. b

Lumen Chriſtus.

Diligere fratrem.

Et ſcandalum, &c.] id eſt, nemini offendiculo eſt.

Odiū fratris.

Remiſsio peccatorum.

Propter nomē eius.] id eſt, ꝓpter ipſum.

Infantes,] filioli,

Diligere Mundum.

Superbia] faſtus.

Concupiſcētia

Superbia.

De antichriſtis

Vnctio.

Mendax.

Antichriſtus.

in æternum. filioli, nouiſsima hora eſt. & ſicut audiſtis quia Antichriſtus uenit: & nunc Antichriſti multi facti ſunt. unde ſcimus, quia nouiſsima hora eſt. Ex nobis prodierunt: ſed non erant ex nobis. nam ſi fuiſſent ex nobis: permanſiſſent utiq; nobiſcum, ſed ut maniſeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis. Sed uos unctionem habetis à ſancto, & noſtis omnia. Non ſcripſi uobis, quaſi ignorantibus ueritatem, ſed quaſi ſcientibus eam: & quoniam omne mendacium ex ueritate non eſt. Quis eſt mendax, niſi is, qui negat quoniam IESVS eſt Chriſtus? hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem & Filium. Omnis qui negat Filium: nec Patrem habet. qui confitetur filium: & Patrem habet. Vos quod audiſtis ab initio, in uobis permaneat: quia ſi in uobis permanſerit, quod audiſtis ab initio, & uos in Filio & Patre manebitis. Et hæc eſt repromiſsio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, uitam æternam. Hæc ſcripſi uobis de his, qui ſeducunt uos. Et uos unctionem, quam accepiſtis ab eo, maneat in uobis. Et nõ neceſſe habetis ut aliquis doceat uos: ſed ſicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerũ eſt, & non eſt mendacium. Et ſicut docuit uos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo: ut cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduẽtu eius. Si ſcitis quoniam iuſtus eſt: ſcitote quoniam & omnis, qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

Sed] ſubaudi, exierunt.

Nec Patrẽ habet.] id eſt, negat etiã patrẽ.

Vos quod audiſtis] id eſt, in uobis igitũ maneat, quod audiuiſtis ab initio.

Promiſsio.

Vnctio Spiritus ſanctus doctor Chriſtianorum.

Et uerum eſt, &c.] haud dubiè omnibus in rebus uerũ eſt, quod docet uos ſpiritus ſanct.

Et ſicut] et, pro igitur.

Et non confun. &c.] ut non pudeat nos cũ ipſi aduenienti occurremus.

Natus ex Deo.

Filioli mei, hæc ſcribo uobis, ut non peccetis. *Specimen Apoſtolicæ eſt lenitatis paternũ ſpirans amorem. Patrem enim ſe profitetur. Beatus Ioannes eorum, quos uerbo ueritatis in Chriſto genuit, dicens, Filioli mei. Quæ uox Emphaſim habet, quam frequenter diminutiuis explicamus. Præoccupat Apoſtolus Ioannes, ne fortaßis dicant, Si ueritas Dei noſtri commendatur, quòd fatendum ſit ſemper nos peccatores eſſe: peccandum erit nobis, ut ueritas Dei noſtris grandeſcat peccatis. Abſit hoc, ait Ioãnes. Non ſcripſi uobis hæc ut ad peccandum uos incitarem, ſed potius ut uos à peccato retraherem. Hoc negotium beatus Paulus pluribus explicat Roma. 3. & 6. Scribit ergo hæc ut cautos nos reddat, & ne peccemus, ne'ue peccatum ipſum, quod nobis inſitum habemus, in actum uenire permittamus. Non dicit, Nolite habere peccatum. Sed, ut non peccetis. Qui enim fieri poteſt, ut non habeamus peccatum, quandiu ueterem hominem circunferimus? Portamus autem hunc, & membris noſtris inſitum habemus, quandiu uitali hac ueſcimur aura. Sed peccare, eſt peccatum ipſum in actum erumpere: Seu, ut ab Auguſtino definiri ſolet, Eſt dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei. Iacobi 1. Concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum uerò cùm conſummatum fuerit, generat mortem. Vult ergo diligentißimam nauemus operam iuxta Pauli exhortationem,*

Emphaſis diminutiuis gaudet.

Peccatũ habere, & peccare, non idem.

Peccare.

nem, 1. Corinth. 10. Tentatio uos non apprehendat niſi humana, id eſt, ea ſola, quam humana infirmitas ad integrum declinare non poteſt. Neque in hoc conflictu animos deſpondeatis. Nam fidelis Deus eſt, qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poßitis ſuſtinere.

Auxilium Dei opportunum.

Sed & ſi quis peccauerit, aduocatũ habemus, &c. *Intelligo apertè homines uos eſſe, id eſt, infirmos & fragiles. Quò fit, Si quis humana fragilitate peccauerit, non animum deſpondeat, deſperatione nulla ducatur, ſperet ueniam, nõ ſuas uires reſpiciens, ſed ſeipſum abnegans, ſe totum effundat in* IESVM *Chriſtum, qui ad dexteram* Dei Patris *ſedens noſter eſt patronus & aduocatus, mediator & reconciliator apud miſericordiarum patrem. Tametſi propter iniuſtitias noſtras uenia indigni ſumus, ille tamen iuſtus eſt, qui pro nobis ueniam ſuo ſanguine meruit. Et hanc nobis impartit ſua immẽſa miſericordia, de immundis mundos faciens. Iob 14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptũ ſemine? Non'ne tu, qui ſolus es? Non dicit Ioannes, Habetis: ſed, habemus. Maluit enim ſe peccatorum numero adſcriptum pronuntiare, ut Chriſtum haberet aduocatum, quàm arrogãti ſupercilio de ſe magnificè præſumere, & pernicioſo exemplo ſimplices ab Euangelica illa humilitate & modeſtia (quam tam ſtudioſe ſuis uoluit commendari Chriſtus) abducere. Cùm dicit iuſtum, meminit illius magni iudicij, in quo Chriſtus rex in maieſtate ſua iudicaturus eſt exacto iudicio omnes in conſpectu apparituros, ſeparans hœdos ab ignis.*

Humana fragilitas.
Spes ueniæ.
Chriſtus aduocatus noſter.
Peccatorũ numero Ioãnes ſe aſcribit.
Chriſtus iuſtus

Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, &c. *Chriſtum eſſe aduocatum explicat, cùm dicit eſſe propitiationem pro peccatis. Nam ſua perlitatione Deum placatum et propitium reddidit. Obſerua particulam Et, hoc loco accipi pro Nam, aut, Etenim. Chriſtus eſt aduocatus, etenim eſt propitiatio. Aut, Nam eſt propitiatio. Propitiatorium operculum erat Arcæ Tabernaculi, Chriſtum præfigurans, qui noſtrorum eſt prauorum facinorũ expiator effectus. Ob id dicitur propitiatio. operit enim multitudinem peccatorum, pro quibus ſatisfecit. Nec pro unius & alterius, ſed totius Mundi peccatis Chriſtum propitiationem eſſe tradit. Is enim eſt in quo Patri complacitum eſt uniuerſam inhabitare diuinitatis plenitudinem, & per eum reconciliare cuncta erga ſe, pacificatis per ſanguinem eius, ſiue quæ in terra ſunt, ſiue quæ in cœlis. Coloſ. 1. Chriſtus ſecundum diuinitatem peccatorum noſtrorum propitiator dicitur: quia nobis condonat cum Patre, cuius æqualis eſt poteſtas. Sed ſecundum eandem diuinitatem nõ dicitur propitiatio pro peccatis noſtris, ſed ſecundum humanitatẽ. Id eſt, eſt cauſa remißionis peccatorum noſtrorũ. Obtulit enim ſemetipſum pro noſtra expiatione. Et hæc eſt cauſa meritoria & inſtrumentalis, ut præclarè doctorum ſchola tradidit, inquantum homo redemptor, Dei & hominũ mediator. Ad hæc facit, quod Paulus dicit 2. Corinth. 5. Deus erat in Chriſto Mundum recõcilians ſibi. Inquantum per Chriſtum hominem fecit hanc reconciliationem. Habuit certè* IESV *Chriſti humanitas ex unita ſibi diuinitate idoneitatem ſatisfaciendi pro genere humano quodammodo infinitam. Tantum uigoris & efficaciæ exhibuerunt abundantes diuitiæ Dei in eo, ut abundè meruerit, & feliciter reconciliauerit quotquot peccatũ Deo fecerat inuiſos. Iuſtificamur ergo munere fauoris eius gratuiti, idq; beneficio redemptionis, quæ cõtigit nobis per* IESVM *Chriſtum, quem Deus unicum uniuerſo orbi propoſuit propitiatorem. Quærunt aliqui, Chriſtus orat'ne uoce, an ſolùm miſeratione ſine uoce? Scio uenerabilem Bedam in hunc locum aſſeuerare, Chriſtum non orare uoce. Sed, tanti uiri pace, dicere auſim, Et miſeratione, & uoce orare, et interpellare. Ad Hebr. 7. Hic autem eò quòd maneat in æternum, ſempiternum*

Propitiatio ꝑ peccatis noſtris
Et particula, pro, nam.
Propitiatoriũ.
Chriſtus propitiator.
Oblatio Chriſti ſecundũ humanitatem.
Chriſtus redẽptor.
Reconciliatio hominis per Chriſtum.
Humanitatis Chriſti uirtus.
Chriſtus orat ne uoce pro nobis.

habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuũ poteſt accedẽtes per ipſum ad Deum, ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis. Ad Rom. 8. Quis eſt, qui condemnet? Chriſtus IESVS, *qui mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiã interpellat pro nobis. Tantum abeſt, ut ille condemnet, cùm interpellet pro nobis.*

Implorũ blaſphemæ uoces.

Chriſtiani hominis ſignum.

Cognoſcere Chriſtum.

Cognitio Dei multiplex.

Mandatorum obſeruatio.

Et in hoc ſcimus, quoniam cognouimus eum, &c. *Rhetorica occupatione exhortationem continuat, ſequentia ſuperioribus connectens. Digreßionem fecit ab eo loco, Et ſanguis filij eius* IESV *Chriſti, &c. obiter diſſerens de peccatorum remißione. Nunc uerò de puritate uitæ tractare orditur, præoccupans impiorum obiectionem. Dicit enim impius in corde ſuo, Si pro omnibus ſatisfactũ eſt peccatis, tam præteritis, quàm præſentibus & futuris, impunè ergo & libere peccabo: quia unico Chriſti ſacrificio omne peccatum eſt expiatum. Sed has blaſphemias retundit Apoſtolus, dicẽs, Certißima Chriſtiani hominis nota eſt, ſcire & cognoſcere Dominum, hoc eſt, mandata eius obſeruare. Eſt enim Chriſtum cognoſcere re ipſa Chriſtianũ eſſe. Aduerte. Eſt quædam Dei cognitio nuda, et ſola apprehenſio ſpeculatiua, quam uel ipſi dæmones habẽt, de qua Paulus Roma. 1. Cùm Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Eſt & altera Dei cognitio, quam uiuam dicimus fidẽ, habens inuictam & perfectam charitatem ſibi annexam. Quæ non ſecus ab inuicem ſeparantur, quàm lux, illuminatio & calor ab inuicem. Hanc qui habet cognitionẽ, notam habet Chriſtianiſmi, & pignus Spiritus in corde ſuo, obſignatus Spiritu promißionis ſancto. Locus hic eſt à cauſa. Ex hac enim cognitione ſequitur mandatorũ obſeruatio.*

Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius nõ cuſtodit, mendax eſt, & in hoc ueritas non eſt. *Cognoſcendi uerbo explanat, quæ dixit in idem conuenire, Deum cognoſcere, & mandata Dei ſeruare. Ergo auerſio à Dei mandatis, contraria eſt Dei cognitioni. Cauendum igitur Chriſtum crebro iactare, pronuntiare ſe* CHRISTVM *cognoſcere, & interim uerbum eius negligere. Quoniam is planè mentitur, & ueritati ex diametro aduerſatur, non ſecus atq; is, qui reſpondens & uerba pronuntians, ait ſe non loqui, & uocem non emittere.*

Tautologia.

Verbum Dei ſeruare.

Hyſterologia Hyſteron proteron.

Qui autem ſeruat uerbum eius, uerè in hoc charitas Dei perfecta eſt. *Pulchra admodum repetitione utitur non tautologiæ uitio, quæ dici ſolet diuerſorum uerborum eandem rem ſignificantium inculcatio, ſed ad maiorẽ dictorum explanationem, & uehemẽtiam. Quemadmodum, qui crebro ſe cognoſcere Deum iactat, & iuſſa eius non ſeruat, is mendax eſt: ita qui præcepta ſeruat uerè in eo eſt charitas, id eſt, amicitia, ſocietate & fœdere Deo iunctus eſt. Aut dici poteſt in hunc ſenſum, ut dicatur, Quiſquis uerbum Dei ſeruat, in eo eſt charitas Dei perfecta, id eſt, ille uerè fidelis, & perfectus eſt. Ad hunc modũ figura erit dicta hyſterologia ſiue hyſteron proteron, id eſt, ſentẽtiæ cum uerbis ordo mutatus, ſiue præpoſtera loquutio, hyſteron, id eſt, ultimum, proteron prius, ut in 2. Aeneidos, Moriamur, & in media arma ruamus. Pro, in media arma ruamus, & moriamur. Idem, Poſtquàm altos tetigit fluctus, & ad æquora uenit. Nam prius ad æquora uenit, quàm tetigit fluctus. Ita & hoc loco, Prius fidelis eſt, & fidem habet, quàm mandatorum fiat obſeruator.*

Epanalepſis.

Eſſe in Deo.

In hoc ſcimus, quòd in ipſo ſumus. *Elegantißima Epanalepſi, hoc eſt, repetitione cum maiore rei explanatione utitur. Dixerat enim prius, Et in hoc ſcimus, quoniam cognouimus eum. Idem nunc repetit poſt probationem, dicens, In hoc ſcimus, quòd in ipſo ſumus. Et quod paulò antè dixit, Quod cognouimus eum: nũc clarius pronuntiat, Quod in ipſo ſumus, hoc eſt, huic ſocietate, amicitia, & fœdere cõiuncti ſumus.*

Qui

Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Præcedentium elucidationẽ continuat, adducens argumentum ab exemplo. Conſtat nos eſſe Chriſtianos, ſi ad ipſius Chriſti exemplum uitam noſtram inſtituerimus, & quemadmodum ille ambulauit, ambulauerimus. Dicit enim ille in Euangelio, Vos uocatis me magiſter & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Item, Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Item, Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Sequamur ergo præceptorem ſedentem ad dexteram Dei patris, & nos ſuo ſpiritu docentem, & dicentem in Euangelio, Quoniam mitis ſum & humilis corde. Hunc imitationis modum per ſuum ſpiritum in nos transfundit & immittit, quem modum humanus ſenſus neq; attingit, neq; ueri ſpeculi imaginem aſſequitur. Sunt enim huiuſmodi myſteria abſcondita à ſapientibus huius ſeculi & paruulis reuelata, ut in priore ad Corinth. Paulus abunde docet. Hanc imitationem IESV Chriſti haurire poterimus ex ſacro Euangelio, ex ſacra IESV Chriſti doctrina nobis per ſuam Eccleſiam Spiritu afflatam & directam, expreſſa tanquam ex fonte diuino, de quo qui uerè & piè biberit, fiet in eo fons aquæ uiuæ ſalientis in uitam æternam. Si ergo Chriſtianus es, age, Chriſtum magiſtrum uita & moribus, hoc eſt, fide, charitate & innocentia uitæ imitare. À maioribus ſemper audio eſſe pronuntiatum, Omnem Chriſti actionem noſtram eſſe inſtitutionem, non quod mortuum ſuſcites, aquam in uinum protinus uertas, aut quadraginta dies ieiunio & inedia ſuperes. Nam ea, quibus diuinitatem demonſtrare uoluit, ſub hanc regulam non cadunt. Sed ea, quibus uitæ puritatem & innocentiam commendauit. Fieri non poteſt ut quis mortalium ita ambulet ſicut Chriſtus ambulauit. Sed pro noſtro modulo, & iuxta uim gratiæ nobis à Deo conceſſæ. Obſerua uerbum Ambulandi, pro Conuerſandi, modò uſurpatum. Et cùm dicitur a Ioanne, Qui dicit ſe in eo manere: alluſum eſt ad uerbum CHRISTI Ioan. 14. Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus.

> Chriſtiani Chriſtum formã uitæ habent.
> Ioan. 13. b
> Ioan. 12. d
> Ioan. 13. b
> Matth. 11. d
> Myſteria abſcõdita per eccleſiã reuelata.
> Chriſti actio noſtra eſt inſtitutio.
> Chriſti imitatio.
> Ambulare pro conuerſari.

Chariſsimi, non mandatum nouum ſcribo uobis, &c. Peruenuſta occupatione refellit obiectionem quorundam, qui Apoſtolos reddebant inuiſos, quaſi ſua prædicatione rebus nouis neglectis maiorũ traditionibus ſtuderent. Propterea Apoſtolus ait, Quòd mea hac exhortatione ad uitæ puritatem & Chriſti imitationem propono, nihil noui affero. Nempe uos ab initio audiſtis uerbum hoc, & hanc exhortationem, hoc eſt, didiciſtis & audiſtis in lege & Prophetis. Quid enim ille legiſperitus magiſtro uitæ ſe legere reſpondit? Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Et proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus præceptis uniuerſa lex pendet, & Prophetæ. Hoc ipſum eſt, quod uobis pronuntio, eò tendit tota Scriptura, nimirum ad commendandum mutuæ charitatis inter omnes ſtudium. Hoc iſtud eſt mandatum, mea exhortatio, quam audiſtis. Obijcies fortaſſe, Cùm eadem ſit doctrina, idem præceptum ante CHRISTVM natum, quod & poſt Chriſtum natum: ut quid ergo homo factus eſt? Quid nobis naſcendo contulit filius Dei ô Apoſtole?

> Ioannis doctrina nõ eſt noua.

Iterum mandatum nouũ ſcribo uobis, quod eſt uerum in ipſo & in uobis, &c. Ea parte (inquit) qua Chriſtus eſt exhibitus, mandatũ eſt nouum, noua nempe eſt Chriſtiana prædicatio. Quia omnia in lege & prophetis contenta, in filio Dei uera ſunt, imò & in nobis, per hũc certiora & perfectiora exhibita ſunt. Moyſes umbra & tenebræ, Chriſtus corpus, lux, & ueritas. Lex enim per Moyſem data eſt, Gratia autem & ueritas per IESVM Chriſtum. Qui ſpiritu Chriſti ducuntur, ueritatem hanc amplexantur (tantum abeſt ut hanc expectent) & præcepta diligunt, agno-

> Chriſtiana religio uetus eſt & tamen noua.
> Chriſti et Moyſi collatio.
> Ioan. 1.

ſcentes IESVM *Chriſtum umbras & typos antiquaſſe,atque adeò legi ſatisfeciſſe, ut amplius lex queri non poßit,quod illi quicquam debeatur. Hunc eſſe ſenſum comprobāt uerba,quæ ſequuntur, Quoniam tenebræ tranſierunt,& lumē uerum iam lucet,hoc eſt, Maiores noſtri ſub lege & prophetis typos & umbras habuerunt : nos uerò lumen ipſum,nempe Chriſtum ipſum exhibitum. Quem amplexatus uir ille inſigni pietate ſenex Simeon dixit, Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum, Quod paraſti ante faciem omnium populorū,Lumen ad reuelationē gentium,& gloriam plebis tuæ Iſraël. Quidam ad hunc modum interpretantur,mandatum de dilectione uetus eſt ab Abelis tempo-*

Mandatum uetus & nouum.

re ad hæc uſque tempora à multis obſeruatum : At exhibitio tam feruentis dilectionis, qua quis etiā pro inimicis uitam profundit,noua eſt prædicatio,dicēte Domino Ioā. 13.

Mandatum nouum.

Mandatum nouum do uobis,ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos. Hoc nouum mandatū probatum eſt primò in IESV *Chriſto,qui pro nobis,cùm adhuc inimici eius eſſemus, mortuus eſt.Atque id eſt,quod hoc loco Apoſtolus ait, Quod eſt uerum in ipſo,ſcilicet Chriſto,qui hanc tantam dilectionem ſacroſancti ſui ſanguinis pretio exhibuit,atq; in eo probatum eſt hoc nouū mandatum : & in uobis ipſius imitatoribus dono & gratia eius probabitur.Eſt re uera donū Dei,pati pro Chriſto,ut autor eſt Paulus in Philip.1. cap. Quia uobis donatum eſt pro Chriſto,nō ſolùm ut in eum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini.Audi Paulum hoc dono inſignitum audacter pronuntiantem Coloſ. 1.Adimpleo ea,quæ deſunt paßionum Chriſti in carne mea,pro corpore eius,quod eſt Eccleſia. Hæc indicant quanto charitatis feruore æſtuauerit Paulus ad huius noui mādati exercitium.Quod & ueri imitatores* IESV *Chriſti pro uirili aſſequi ſtudeant. Magis mihi probatur prior ſenſus,propter ſequentia uerba,ut adnotatum eſt.*

Christiana religio quibus cōſtat.

Qui dicit ſe in luce eſſe,& fratrem ſuum odit,&c. *Eandem rem uarijs modis effert,docens Chriſtianam religionem non ſolùm ſynceritate uitæ,ſed & mutua dilectione conſtare.Accepta occaſione argumentum à luce ſumit. Dixit paulò antè Legem,typos,& umbras ceßiſſe,rem uerò adumbratam exhibitam eſſe. Hoc eſt, ipſum*

Eſſe in luce.

Chriſtum,quem lucem appellat,alludens ad id quod dicit ueritas Ioan. 8. Ego ſum lux Mundi.Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Qui dicit ſe in luce eſſe,hoc eſt,Chri-

Odiū fratris.

ſtum & lucem Euangelicā ſibi illuxiſſe,& fratrem ſuum odit,hoc eſt,illi non ſuccurrit, & rationē eius nō habet, etiam ſi grandia iactet & mira eloquentia Chriſtum efferat, in tenebris eſt uſque adhuc,hoc eſt,Chriſto amicitia & fœdere non eſt iunctus, imò extra Chriſtum lucem ipſam eſt.Obſerua hoc loco metaphoram lucis & tenebrarū. Quemadmodum luce intelligit Chriſti cognitionem : ita tenebris notat cæcitatem & ignorantiam.Quemadmodum,qui fratrem diligit,in luce Chriſto ambulat, neminiq; offendiculo

Animus quib' occæcatur.

eſt : ita qui fratrem odit,impingit,non aliter,quàm qui in tenebris ambulat. Occæcant enim animum ira,inuidia,& fratris odium,non ſecus atq; tenebræ oculos. Elegāti metaphora utitur ſignificationem deflectens à corpore ad animum.Simili allegoria uſus eſt Chriſtus Matth.6.Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit.Si autem oculus tuus fuerit nequam,totū corpus tuum tenebroſum erit.Si ergo lumen,quod in te eſt,tenebræ ſunt,ipſæ tenebræ quantæ erunt?

Scribo uobis filioli,quoniam remittuntur uobis peccata. *Fuſiore & abundantiore ſententia repetit de Chriſtiana religione,quam paucis ſuperioribus*

Morum parænefes unicuiq; ætati cōgruæ.

perſtrinxit,morum parænеſes,& potißima Euangelicæ doctrinæ capita cuiuslibet ætatis hominibus congrua ſcribit,ut doceat ſe non ſtudere rebus nouis,ſed repetere,quæ antiqua & diuina ſunt. Tres diſtinguit ætates,puerorum, ſeu filiorum, iuuenum & ſenum

num, & unamquanq; bis ponit, tribuens quod unicuiq; congruit. Primo ergo loco filiolos ſeu pueros, qui per inſcitiam labuntur, ſalutat, felices, felici illo ſydere pronuntians, quo illuceſcit illis gratia remiſſionis peccatorum, nec ſolùm ijs, qui iam cœperunt peccare, ſed his, qui adhuc cunabula exercent, illuceſcit lauacro regenerationis, quo filij Dei deſignantur, donanturq́; tribus illis comitibus, fide, ſpe & charitate. Impoſſibile eſt enim ſine fide Deo placere, Hebr. 2. cap. Solent, quos in Chriſto genuerunt Apoſtoli, uocare filiolos: ut Paulus Galatas, Filioli mei, inquit cap. 4. quos iterum parturio donec formetur in uobis Chriſtus. Aut filiolos dicit in fide tenellos, & qui adhuc ſolidiore cibo ueſci nequeunt. Eiuſmodi erant, de quibus loquitur Hebr. 5. Facti eſtis, quibus lacte opus eſt, non ſolido cibo.

Puerorū inſtitutio.

Baptizatis tres theologicæ uirtutes infuſæ.

Filioli qui dicuntur.

Propter nomen eius. *Propter nomen, non Ioannis, Pauli, Apollo, aut cuiuſlibet alterius, qualisqualis fuerit creatura illa, ne diuiſus uideatur Chriſtus, & creaturæ adſcribatur, quod ſoli Deo competit. 1. Corinth. 1. Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifixus eſt pro uobis? aut in nomine Pauli Baptizati eſtis? quaſi dicat, Non. Sed propter nomen eius, id eſt, in uirtute & merito Chriſti. Act. 4. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à uobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, & non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Obſerua. Orationes iſtæ, per nomen eius, propter nomen tuum, uel in nomine tuo, & huiuſmodi, ab Hebræis deriuarunt, atq; eundem ſenſum habent, quem noſtræ familiares, Oro tuam maieſtatem, tuam reuerentiam, maieſtati, reuerētiæ, uel præſtantiæ tuæ placeat. Et quemadmodum Chriſtus Ioan. 17. dicit, Manifeſtaui nomen tuum, perinde eſt ac ſi diceret, Manifeſtaui te. Ita & cùm dicimus, Libera nos propter nomen tuum: ac ſi diceremus, Libera nos propter temetipſum. Ad hunc modum dicebant Apoſtoli Matth. 7. Non'ne in nomine tuo prophetauimus? hoc eſt, non'ne per te, tuo nomine & uirtute prophetauimus? Similiter in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: id eſt, in uirtute Patris & Filij & Spiritus ſancti. Dei ergo nomine in Scriptura ipſum Deum & maieſtatem eius ac gloriam deſignari conſtat, Pſal. 8. Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum. Item, Deus in nomine tuo ſaluum me fac.*

Nomē pro uirtute.

Nomine Dei ī ſcriptura Deū intelligimus.

Scribo uobis patres, quoniā cognouiſtis eum, qui ab initio eſt. *Nolo uos inſalutatos relinquere, quorū ætas eò in Chriſtiana religione promouit, ut iam multos fidei filios procreaſſe facilè crediderim, quos uel ſola præſentia & morum integritate inſtruere, & cibo cœleſti enutrire poteſtis. Datum eſt uobis ardua & ſolida fidei docere, utputa quòd* IESVS *Chriſtus eſt ab initio. id eſt, Deus eſt & coæternus Patri & Spiritui ſancto. Huius diſciplinæ tam arduæ, cuius eſtis iam idonei auditores, uelim uos memores eſſe. Cognouiſtis enim eum, id eſt,* IESVM, *qui eſt ab initio, id eſt, ab æterno cum Patre & Spiritu ſancto. Patrum nanq; eſt antiqua meminiſſe ac noſſe, illaq́; minoribus explicare, dicente Scriptura, Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi.*

Eſſe ab initio.

Deuter. 32. Agg. 2.

Scribo uobis adoleſcentes, quoniam uiciſtis malignum. *Qui iactis in fide fundamentis adoleſcunt, proficiunt, acceſſionem & incrementa fidei faciunt, adoleſcentes iure dici poſſunt. Nulli hominum ætati Satanas æquè inſidiatur, atque iuuenili, quod ea ætas ijs abūdet, quibus uitia aluntur. Propterea maiores noſtri ætatem hanc lubricam dixerunt. Indiget ergo hæc ætas armis aduerſus Satanam. Quæ Paulus copioſè deſcripſit Epheſ. 6. cap. Adoleſcentes ergo uocat, qui ſolido ueſcentes cibo, hoc eſt, uerbo Dei, ualent robore (Ex Dei enim uerbo robur eſt iuuentutis Euangelicæ) uincuntq́; malignum. Hæc uirtus reſiſtendi, hæc uictoria non uiribus noſtris, ut ne quis glorietur, ſed*

Adoleſcentes.

Satanas iuuenibus maximè inſidiatur.

Lubrica ætas.

Verbū Dei robur iuuētuus.

gratiæ

Mēbra corporis Chriſti. *gratiæ Dei adſcribēda eſt. Solet enim Chriſtus in ſui corporis membra uim & robur influere: huius corporis partes ſumus fide illa uiua, qua Chriſto fœdere & amicitia iungimur. Conſiderate, quia adoleſcentes eſtis, ait Auguſtinus. Pugnate ut uincatis, uincite ut coronemini, humiles eſtote, ne cadatis in pugna. Malignum, id eſt, diabolum. Græcis* Malignus. *eſt, illum malum, nimirum Satanam, additur articulus Emphaſim indicans.*

Scribo uobis infantes, quoniam cognouiſtis patrem. *Hæc repetita exhortatio Apoſtolum oſtendit multo & pio zelo ductum. Pueros & infantes in Chriſto, humiles Spiritu, qui quò magis ſeſe abnegant, eò altius Patrem Deum cognoſcunt, & æternitatis arcana profundius contemplantur. Quæ abſcondita ſunt à ſapientibus & prudentibus huius ſeculi, & reuelata ſunt paruulis. Patrem regenerationis, id eſt,* Filij Dei. *Deum cognouerunt. Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt. Prius ſolum patrem carnalem agnoſcebant, ſed eo, qui ab initio eſt, illis illuceſcente, ut ex Deo nati, Patrem cœleſtem adorant. Facit enim Pater ille cœleſtis per omnia, quod ſolent pa-* Paternus animus erga filios *rentes adamatis præſtare liberis. Producit enim, fouet, nutrit, conſeruat, protegit, condonat, regit & ſanat. Pſal. 103. Sicut miſeretur pater filiorum, ita miſeretur Dominus timentibus ſe.*

Scribo uobis patres, quoniã cognouiſtis eum, qui ab initio eſt. *Vt agnoſcamus quàm magnum, inæſtimabile & nobile ſit donum diuinæ cognitionis, ſecundò ob oculos ponit cognitionem hanc, quam nullis uerbis ſatis commēdare poſſumus. Fortaſſe offendi uos (ait Apoſtolus) quòd paulò ante humili quodam nomine hunc nuncupauerim, nempe patrem. At non terrenus pater, ſed cœleſtis, & quem ab initio cognouiſtis, hoc eſt, æternam ſubſtantiam, uitam & lucem. Græcis eſt, Scripſi: non, Scribo.*

Scribo uobis iuuenes, quoniam fortes eſtis, &c. *Secundò conuertit ſermonē ad adoleſcentes, quibus prius ſcripſit ſolùm illos uiciſſe illum malignū & Sata-* Victoriæ neruus in conflictu ſpiritali. *nam. Sed non explicuerat, quod hoc loco addit, nempe uictoriæ neruum & uim, quæ eſt* Cõſtãtia Chriſtiana. *fortitudo, hoc eſt, conſtantia Chriſtiana, quam maximè in nobis uerbum Dei parit, fouet, corroborat, & conſeruat: quæ maximè commendata fuit in Patriarcha Ioſeph ſingula-* Verbi Dei uis. *ri continentia, Geneſ. 39. Hoc uerbum Dei internum eſt, & afflatus Spiritus ſancti, fides, timor Dei & eius religio. Verbo præteriti Viciſtis, pro futuro Vincetis, eſt uſus, figura* Enallage. *Enallage, quæ immutatio eſt. Qua Enallage pulchre uſus eſt Lucullus Imperator, qui* Lucullus. *antè quàm aduerſus Mithridatis & Tigranis copias pugnare cœpiſſet, clamauit, Vicimus milites. Nondum uicerat, qui nondum pugnare cœperat. Sed uidebatur uiciſſe, qui uincēdi occaſionem nactus erat. Ita & hoc loco Apoſtolus iuuenes uiciſſe dicit, qui uincendi rationem habent, nempe Chriſtum carnis & maligni uictorem. At id eſt, quod di-* Verbū Dei in nobis manere. *cit, Et uerbum Dei manet in uobis. Iſta eſt fortitudo ueſtra, hoc robur ueſtrum, quo robuſti & fortes non ſolùm reſiſtitis, ſed & uincitis.*

Nolite diligere Mundum neque ea, quæ in Mundo ſunt. *Digreſſione uſus docuit doctrinam hanc & religionem Chriſtianam de fide & mutua dilectione tractantem, non eſſe nouam, ſed uetuſtam & ſacroſanctam: nunc redit ad inſtitutum, & puritatem uitæ commendat, retegens quibus labefactari poteſt. Prima fronte* Mundus pro hominibus et impietate. *oſtendit Mundum, id eſt, homines impios, & ea, quæ ſunt ipſius Mundi ad impietatē allicientia, cuiuſmodi ſunt concupiſcentiæ, fugienda eſſe, nulloq; fœdere & amicitia nos debere illis coniungi. Qui fieri poteſt, duo ex diametro contraria in idem coaleſcant? Aduerſantur & pugnant inuicem amor Dei & amor Mundi. Dei amor purus eſt, ſpiritu-*

lis &

lis & uiuificans. Amor Mundi impurus, carnalis, mortem inferens: Qui ergo fieri poteſt ut qui Deum amat, ſimul & Mundum diligat?

Siquis diligit Mundum, non eſt charitas Patris in eo. *Ne puritati uitæ ſtudeamus, pro uirili mundialis amor obſtat, & qua fieri poteſt uia, ab amore Dei nos reuocat. Ergo Patris noſtri (quem ab initio eſſe cognouimus) amor natura ipſa carni & Mundo aduerſatur. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Non ergo patri Deo charus eſt, qui diligit Mundum, & ea quæ in eo ſunt, cuiuſmodi ſunt concupiſcentiæ.*

Mundialis amor Deo aduerſatur.
Galat. 5. d

Quoniã omne quod eſt in Mundo, cõcupiſcẽtia carnis eſt, &c. *Apertius probat quod dixerat, in eo non eſſe Patris charitatem & uitæ puritatem, qui Mundum diligeret. Omnia quæ ex Mundo ſunt impura ſunt. nihil ergo commune habet Mundus cum Deo, qui purus & ſanctus eſt. Studium Mundi fœdum & abominabile eſt. Quod docet ex tribus, quibus ſummatim omnem uitiorum colluuiem, eandem'que ex Mundo eſſe colligit. Quicquid uitij eſt in Mundo, hoc eſt, inter ſeculi amatores, Aut eſt concupiſcentia carnis, ut fœda carnis cupiditas, & carnalia deſideria. Aut concupiſcentia oculorum, qua omnia flagitia, quæ externis ſenſibus, uiſu, auditu, tactu, guſtu, & olfactu concipiuntur & fiunt, intelligit. Hoc eſt, ſumma habendi cupiditas inſatiabilis & inexpugnabilis. Eccleſiaſtæ 4. Non ſatiantur oculi auari diuitijs. Eccleſiaſtici 14. Inſatiabilis oculus cupidi. Aut ſuperbia uitæ, id eſt, faſtus & ambitio, quæ eſt uanorum honorum, ut regnandi, dominandi in Mundo uaniſſima cupido. Quicquid reuera animalis homo agit, Aut propter fœdas carnis cupiditates, aut propter inexplebiles diuitias, aut propter ambitionem uanam agit. Ergo non eſt in eo Dei charitas, qui Mundum amat. His tribus inſultibus nemo neſcit Adam tentatum & uictum. Primò, appetitu cibi prohibiti. Secundò concupiſcentia oculorum, deſiderio ſciendi bonum & malum. Tertiò, ſuperbia uitæ. Huic enim dictum eſt à Serpente, Eritis ſicut dij. Chriſtum uerò tentatum à Satana, ſed uictorem. Primò, cibo. Dic (ait Satanas) ut lapides iſti panes fiant. Secundò, concupiſcentia oculorum, hoc eſt, curioſitate uidendi ſi è pinna demiſſus ab angelis ſuſciperetur. Cùm dictum eſt, Mitte te deorſum. Tertiò, inani iactantia, Cùm Satan illi oſtendit omnia regna Mundi, uolens adorari. At hæc non erant ex Deo. Propter quæ confuſus abijt Satanas, Chriſto manente uictore. In quo uictoria noſtra eſt, ſi ſyncera & uiua fide huic perpetuò adhæſerimus.*

Mundi impuritas.
Studium mundi fœdum.
Concupiſcentia carnis.
Concupiſcentia oculorum.
Superbia uitæ.
Animalis hominis ſcopus.
Adæ tentatio triplex.
Chriſtus tentatus ſed uictor
Victoria noſtra in Chriſto.

Mundus tranſibit & concupiſcentia eius. *Dehortatur à carnalibus deſyderijs, uitæ puritatem ſuadens argumento ab utili & inutili ſumpto. Mundus, inquit, tranſibit & concupiſcentia eius. Inutile eſt Mundo inhærere, qui nihil uſpiam in orbe uel firmum uel ſatis tutum habet, ut docet Eccleſiaſtes, Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Mundus, id eſt, homines mundani & animales tranſibunt & morientur, quorum uita eſt uelut bulla aut uapor, autore Iacobo 4. cap. Quæ eſt enim uita ueſtra? Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Aut Mundus tranſibit, cùm in die iudicij per ignem in meliorem mutabitur figuram, ut ſit cœlum nouum & terra noua. Tranſibit & concupiſcentia eius. Quia tempus patrandæ luxuriæ, uel committendi peccati ultrà non erit. In illa enim die peribunt omnes cogitationes eorum. Si ergo Mundum ſecutus fueris, cum Mundo & tranſibis & peribis. Vide quàm inutile & damnoſum ſit ſequi Mundum. Quis neſciat toties iam maxima eſſe mutata, imò funditus euerſa eſſe feliciſſimarum gentium regna? Summos uiros è ſummis magiſtratibus deturbatos? Opulentiſſimos ad extremam redactos eſſe pauperiem? Eſt ergo uanum*

Mundo nihil infirmius.
Vitæ humanæ breuitas.
Mundi uanitas.

Mundo adhærere. Quare Apoſtolus his ſubijcit quod contrarium eſt, nempe

Voluntatem Dei facere.

Qui autem facit uoluntatem Dei, manet in æternum. *Voluntatem Dei faciunt, qui uiua fide Chriſto adhærent, & qui uitam ſuam ad exemplar Chriſti quàm proximè componunt. Hi non tranſibunt, ſed permanent cum Chriſto perpetuò. Hi peccato & Mundo moriuntur, uiuunt autem Deo. Hi in luce ambulant, relictis tenebris. 1. ad Theſſal. 4. Hæc eſt enim uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra. In his nullus fœtor mũdialis, ſed odor ſuauiſſimus ex thure ſpiritus, oratiõe ſanctã, & caſto corde corã Deo.*

Fidelium ornatus.

Filioli, nouiſsima hora eſt. *Vt deterrere à falſa doctrina poſſit, digreßione quadam, & ea quidem breuiſsima, utitur, cohortans ad multam uigiliam & ad conſtantem perſeuerantiam in religione Chriſtiana. Atque quemadmodum patres filiorum ſtudioſiſsimi quoddam imminens periculum ſuis oſtentare ſolent, ſi mandatorum fuerint negligentes: ita & Apoſtolus ad hunc modum, quos in Chriſto genuit, quodam terrore auocat, ut à falſa doctrina caueant, dicens, Nouiſsima hora eſt. Id eſt, inſtat dies ille iudicij, dies ille horribilis. Quaſi dicat, Mementote obſecro uos omnes ante tribunal IESV Chriſti ſiſtendos eſſe, illius'que uoce uel damnandos uel abſoluendos, qui omnia nouit, etiam cogitatus ueſtros. Quare nobis diligenter uigilandum eſt. Simili eſt uſus loquutione Paulus Roma. 13. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Aut nouiſsimam horam uocat tempus præſens, uices gerens illius nouiſsimi temporis, quo inſignis ille religionis Chriſtianæ hoſtis, ſeditiones & tyrannidem ſupremam in Euangelium IESV Chriſti exercebit. qui iam his temporibus, ut præclare Paulus 2. ad Theſſal. 2. myſterium operatur iniquitatis. Quo fit ut nouiſsimam horam dixerit hoc tempus Ioannes, quo diſcipuli illius magni Antichriſti legatione funguntur, impietatem in Euangelium exercentes.*

Mali uitandi ſuaſio.

Nouiſsima hora.

Antichriſti tyrannis.

Et ſicut audiuiſtis, &c. *Verbo præſentis temporis utitur propter prophetiæ certitudinem. Tanta eſt enim Prophetiæ uirtus & certitudo, ut Prophetæ quod futurum eſt uerbo præſenti explicent. Hic tropus frequens eſt in Dauide & alijs. Nota & ſignum illius magni & extremi iudicij eſt aduentus illius inſignis hoſtis, qui beſtia magna, filius perditionis, homo peccati, Idolum à Daniele 11. Paulo 2. ad Theſſa. 2. & alijs Prophetis dicitur. Illius regnum maximè abominãdum, quo uirtus, gloria & maieſtas Chriſti ſupra modum blaſphemabitur, contemnetur, & propemodum abolebitur.*

Prophetiæ certitudo.

Iudicij extremi nota.

Antichriſti nomina.

Nunc Antichriſti multi facti ſunt: unde ſcimus, quia nouiſsima hora eſt. *Tametſi Antichriſtus ille inſignis furcifer nondum uenit, tamen præambulones eius uenerunt. Per Antichriſtos omnes Dei hoſtes & Euangelicæ doctrinæ aduerſarios, ueritatis obſcuratores: tenebriones & impoſtores intelligit. Si rogaueris quos hoc loco intellexerit Apoſtolus Antichriſtos, facilè agnoſces ſi Chronica & primæ Eccleſiæ hiſtoriographos Tertullianũ, Irenæum, & Euſebium cõſulas. Deprehẽdes enim Simonem magum & Menandrum à ſectatoribus ſuis loco Dei adoratos, Saturninum, Baſilidem, Carpocratem, Cerinthum & Hebionem, Chriſti uel diuinitatem uel humanitatem negantes, Ioannis temporibus floruiſſe. Vnde ex his pulchrè Ioannes colligit, Quia nouiſsima hora eſt.*

Antichriſti præambulones.

Antichriſtorum nomina.

Antichriſti & hæreſiarchæ tẽpore Ioannis.

Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. *Ex circunſtantia quadam indicat qui fuerunt illi, dicens, Ex nobis prodierunt. Occupat. Diceret aliquis: Si Chriſtiani fuerunt, & ſacro loti ſunt baptiſmate, Quare nos ab illorum doctrina abſterres? Reſpondet, Ex nobis prodierunt. Quaſi dicat, Verſati in caſtris Chriſti baptizati ſunt, ſed transfugæ facti ſunt, & à fide & uera religione deſciuerunt, à Chriſto ad Antichriſtum defecerunt. Solo nomine & titulo Chriſtianorum numero recenſiti ſunt, ſed*

Transfugæ hæretici.

ſed nunquam uerè crediderunt. Nam nunc produnt quales fuerunt:cùm à paſtoris uoce nunc abhorreant. Ex nobis quidem exierunt, hoc eſt, ſunt à patribus progeniti. Aſiani ſunt generis noſtri: Sed non ſunt è nobis. Id eſt, non ducuntur eodem animo & affectu quo ducimur. Secundum carnem ſunt fratres, ſed nõ ſecundum religionem & pietatem. Fratres ſecundum carnem. *Hæc eadem ſunt quæ pulchrè obijcit Paulus Iſraëliticis profitentibus ſe Abrahæ filios, Roma. 9. Non enim omnes qui ex circunciſione ſunt Iſraël, hi ſunt Iſraëlitæ: neq; qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij.*

Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum. *Ab ipſius religionis Chriſtianæ natura docet hæreticos non eſſe recenſendos inter ueros Chriſtianos. Nam ſi in albo & numero Chriſtianorum fuiſſent poſt agnitam ueritatem, neq; illam oppugnaſſent, neq; euertere conati fuiſſent, ſed exemplo Petri in ſuſcepta ſemel profeßione perſtitiſſent. Ioann. 6. Dixit ergo IESVS ad duodecim, Nunquid & uos uultis abire? Reſpondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei. De his qui poſt agnitam ueritatem eandem oppugnant, amplè ſcripſimus in capite ſexto, ad Hebræos.* Permanendum in euangelio.

Sed ut manifeſti ſint quoniam non ſunt omnes ex nobis. *Poſt cribratum triticum neceſſe eſt ut uentiletur palea. Deo permittente cùm adueniunt tentationes, occaſione quadam uentorum expelluntur foras ueritatis oppugnatores: apparent enim paleæ, & non grana, quæ probantur & adſeruantur. Huic ſimile eſt quod ſcribit Paulus 1. Corinth. 2. Nam oportet & hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant in uobis. Idem diligentißimè tractauit Paulus ſecundæ ad Timotheum ſecundo. Similiter & Tertullianus in præclaro illo ſuo opuſculo de proſcriptionibus hæreticorum.* Hæreticorum à fidelibus expulſio.

Sed uos unctionem habetis à ſancto, & noſtis omnia. *Timendum fortaſſe erat, audito tanto periculo & malo quàm maximo ab hæreticis imminente, ne animos deſponderent. Quare hos conſolatur, annuntians neq; doctorem abeſſe qui ueritatem doceat, neq; conſolatorem longè abijſſe, qui in aduerſis tutetur & ſolatio ſit, ſi religioni Chriſtianæ, & doctrinæ ipſius ſpiritus ſancti indiuulsè adhæſerint, qui omnia, quæ ad ſalutem faciunt, pandit & manifeſtat. Charitas enim diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, Roma. 5. Ioan. 14. Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æternum, ſpiritum ueritatis, quem Mundus non poteſt accipere, quia non uidet eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum: quia apud uos manebit, & in uobis erit. Et paulò pòſt ait, Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. Propterea ait, Et noſtis omnia. Quod dictum puta ucrim per ſynecdochen. Nam fideles quæ ſcitu ſunt neceſſaria ad ſalutem conſequendam intelligunt. Multa ſunt, quæ ignoraſſe profuerit. Audi ſapientem Eccleſiaſti. 3. Altiora te ne quæſieris. &, Noli altum ſapere, ſed time. Idem copioſißimè tractat Paulus Roma. 2. & 1. Corinth. 2. cap. Vnctio ſpiritalis eſt, ait Auguſtinus, cuius ſacramentum eſt in unctione uiſibili.* Doctor fidelibus præſentiſſimus. Noſſe omnia. Vnctio ſpiritalis.

Non ſcripſi uobis quaſi ignorantibus ueritatem, &c. *Præoccupat. Diceres fortaſſe, Si omnia nouimus, & didicimus ab unctione: Quid hac tua inſtitutione indigemus? Reſpondit, Intelligo uos ſcripturas didiciſſe, & rerum diuinarum non eſſe imperitos. Sed hac mea exhortatione & inſtitutione uolui uos excitare, ut frequenti* Meditatio ſacrarum literarũ utiliſſima.

rerum diuinarum meditatione, in religione Chriſtiana promoueatis. Dicit enim Propheta Prouerbiorum primo, Audiens ſapiens ſapientior erit.

Mendaces extra cauſas Chriſti ſunt.

Quid negare Ieſum eſſe Chriſtum.

Et quoniã omne mendaciũ, &c. In uoce mẽdacij et ueritatis res pro perſonis accipit. Omne mendaciũ, id eſt, Viri mendaces non ſunt ex ueritate, id eſt, de conſortio uerè fideliũ. Hic Tropus metonymia eſt. Probat hoc loco Apoſtolus elegãti ſyllogiſmo à repugnãtibus ſumpto, Hæreticos, etiã quãlibet magna iactantes, non eſſe de cœtu Chriſtianorũ. Qui mendax eſt (inquit) ex ueritate non eſt. Sed qui negat IESVM eſſe Chriſtum, ille mendax eſt. Ergo quiſquis negat IESVM eſſe Chriſtũ, ex ueritate non eſt. Dicuntur negare IESVM eſſe Chriſtũ, qui in eo omnẽ noſtræ redẽptionis & ſalutis cauſam non quærunt. Similiter qui eius aut diuinitatem aut humanitatem negant.

Antichriſtus quis dicitur.
Patris & filij æqualitas & unitas.

Voluntas una patris & filij.
Honor unus patris & filij.

Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrẽ & Filiũ. Omnis qui, &c. Amplificatiõe nũc aperit quos intellexerit Antichriſtos. Antichriſtus, dictio eſt cõpoſita ex ἀντὶ particula aduerſatiua & χριςὸς. Qui ergo uel humanitati uel diuinitati Chriſti aduerſantur, hi Antichriſti ſunt. Pater & Filius unũ ſunt. Ego et Pater (ait ille) unũ ſumus. Qui ergo negauerit Filiũ, neceſſe eſt & Patrẽ neget. Pater & Filius relatiuè dicũtur. Sunt ergo ſimul natura. Vna eſt Patris & filij uolũtas, una potẽtia & facultas. Nã ſicut Pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & Filius quos uult uiuificat. Ioã. 5. Idẽ honor. Qui nõ honorificat Filiũ, nõ honorificat Patrẽ qui miſit illũ. Qui negat IESVM eſſe Chriſtũ, negat Patrẽ, qui de IESV teſtatus eſt Matth. 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipſum audite. Negat & Filiũ, qui Patrẽ negat. Ille enim Ioã. 17. de Patre & ſeipſo ait, Hæc eſt autẽ uita æterna, ut cognoſcant te ſolũ Deum, & quẽ miſiſti IESVM Chriſtũ. Optimo ergo iure fit, ut qui negauerit Filiũ, Patrẽ perdat. Et qui cõfeſſus fuerit Filium, Patrem habeat. Hæc docentur à Chriſto Matth. 10.

Hæreſum antidotum eſt uerbum Dei.
Verbum Dei uirtus.

Pater filio prænominatur, Interdum filius patri.

Permanere in patre & filio.

Vos quod audiſtis ab initio, &c. Poſt enarrationem & demonſtrationẽ Antichriſti, concluſionem ſubdit, qua hortatur ut neglectis nugis & Antichriſtorum nænijs, in uera & pia religione perſiſtant: quam ab Apoſtolicis & propheticis ſcriptis didicerunt. Omnium Hæreſum antidotum eſt uerbum Dei, quod in animo ſeruatum fructum producit centeſimũ. Internum enim habet fidelis hoſpitem & doctorem, cum qui 1. Corinth. 3. ſolus incrementũ dat Ioan. 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos nõ ſeruat. Filium Patri prænominauit, nõ quòd maior Patre ſit: Sed id factum putato, ne Arriani aut huiuſmodi ex hoc ſibi anſam inſaniendi ſumerent, dicentes, Quòd Pater maior ſit filio. Quare modò Patrem modò Filium prænominare ſacra ſcriptura ſolet. Aut quia Chriſtus filius dixit, Nemo uenit ad Patrem niſi per Filium. Nullus diuinæ celſitudinis gloriam uidebit, niſi qui per ſacramenta humanitatis, quam filius ſuſcepit, renatus eſt. Obſerua. In patre & filio permanere ſiue eſſe, eſt uitæ æternæ conſortem eſſe.

Promittere promiſsionẽ.

Chriſtus uerus in patre & filio eſt.

Et hæc eſt repromiſsio, quam ipſe pollicitus eſt nobis Vitam æternam. Vtilitatem & fructum ex ſeruata uitæ puritate demonſtrat, eleganti Tropo uſus, Promiſit promiſsionem, hoc eſt, promiſit Vitam æternam, quam promiſit his qui perſtiterint in religione Chriſtiana. At quia his explicatur donum, intelligimus Spiritum ſanctum. Quo fit ut perſuaſionis Chriſtianæ obſeruator maneat in Patre, Filio & Spiritu ſancto. Hanc promiſsionem promiſit ipſe filius, qui eſt ipſa ueritas, Ioannis ſexto, Hæc eſt Voluntas patris, qui miſit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat Vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die.

Et rur

Et rurſus, Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum.

Hæc ſcripſi uobis de his qui ſeducunt uos. *Repetitione frequenti utitur, ut quod in auditorum animos inducere nititur, melius & tenacius imprimat. Nõ ob aliam cauſam ſcripſi uobis, quòd in luce ambuletis, ut quod ab initio audiuiſtis, in uobis maneat, quàm ut à ſeductoribus, & nouis Antichriſtorum inuentis uos abſtrahã, & uitæ puritatem cognoſcentes eandem amplexemini per* IESVM *Chriſtum, quem ab initio eſſe annuntiaui uobis. His reuera facilè cognoſcetis qui à nobis exierunt, & ex nobis non ſunt.*

Et uos unctionem quam accepiſtis ab eo maneat in uobis. *Occulta antitheſi dehortatur à lucifugis & impoſtoribus, non à ſpiritali diſciplina & ipſius ſpiritus illuminatione, quam ut ſequantur & monet & hortatur. Quia cùm in filijs Dei unctio & ipſe ſpiritus ſoleat manere, reliquum eſt ueri filij dent operã, ut ſemper maneat ſpiritus ille, qui ut perpetuus eſt ueritatis doctor, ita eius doctrina perpetuò durat. Figura uſus eſt Alleotheta, quæ eſt accidentium contra artem poſitio. mutatione enim caſus dixit, Vnctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in uobis. Ad hunc modum uſus eſt Vergilius, Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt.*

Vnctio I Chriſtianis.

Alleotheta.

Et non neceſſe habetis ut aliquis doceat uos. Sed ſicut, &c. *Particulam &, putauerim illatiuè accipiendam pro Vnde, aut Ergo. Ac ſi diceret, Vos ſpiritum ſanctum unicum ueritatis doctorem habetis: ergo non eſt neceſſe alienos habeatis præceptores. Sed unctioni & ſpiritui obedientibus hoc unũ uelim eſſe perſuaſum, Quòd uera & infallibilia ſunt quæcunq; ille ſpiritus tradiderit. Atq; id eſt quod ſubdit, Et uerum eſt, & non eſt mendacium. Ac ſi diceret, Spiritus ille uerax eſt & infallibilis, quem Chriſtus dicit nobis uera & infallibilia traditurum, qui etiam ſemper nobiſcum ſit permanſurus, ut non putetis hunc abeſſe ab his qui Chriſto fide adhærent, & ab eodẽ toti pendent. Vnctionem externam in multis ſacramẽtis accipimus, ut indicem unctionis internæ, quæ eſt donum ſpiritus ſancti, ſine quo nihil corũ, quæ cœleſtia ſunt, percipimus. Animalis enim homo neſcit quæ ſunt ſpiritus. 1. Corinth. 2. Obſeruandum, Si quis in fide uacillet, probatos præceptores & doctores, ſi adſunt, conſulat. Hos enim in Epheſ. 4. cap. Paulus eò conſtitutos eſſe docet qui ſuam operam darent ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti. Quòd ſi abfuerint, Dominus non relinquet clamantem ad ſe. Propè enim eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate, Pſal. 144. De his adnotaui 2. Conciliatione in 8. cap. ad Hebræos.*

Et particula & unde, ergo.

Spiritus uerax & infallibilis.

Et ſicut docuit uos, manete in eo. *Repetitionibus gaudet Apoſtolus, ut tenacius inculcet, & tanquam nomina noſtra & digitos noſtros memoria teneamus, quod hic concludit: maneamus in religione Chriſtiana, & puritate uitæ, relictis doctrinarum nouatoribus & Antichriſtis.*

Repetitionis uis.

Et nunc filioli manete in eo: ut cùm apparuerit, habeamus fiduciam, &c. *Argumẽto à iudicij extremi horrore, metu & pœnis ſumpto, hortatur ut perſeuerent in puritate uitæ. Eſt enim idem, in Chriſto manere, & ambulare innocentiſſimè. Adluſit hoc loco Apoſtolus his quæ præceptor Chriſtus Marci 8. dictabat. Qui enim me cõfeſſus fuerit, & uerba mea in generatione iſta adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur cũ cũ uenerit in gloria patris ſui cũ angelis ſanctis. Habere fiduciam dicimus, hoc eſt, ſpem & liberam confidentiã, hoc eſt, nõ attoniti, nõ pudefacti*

Manere I Chriſto & purè uiuere idem eſt.

Fiduciam habere.

ſeu pudore affecti, ſpe inuicta & uiua cum tremore illo (ut dici ſolet) filiali ducamur ad eum, quem cùm uenientem uidebimus, nullo afficiemur pudore, non confundemur, ſed iuxta eius promiſſum ab eodem læti glorioſè & fęliciter excipiemur.

SI ſcitis quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam, &c. *Arguere uidetur Apoſtolus eos, qui cùm magna & admiratione digna de Dei iuſtitia commentarentur, tamen ſceleſtiſsimam & impuriſsimam uiuebant uitam. Propterea perſeuerat hortari ad uitæ puritatem argumento ſumpto à natura rei. Quaſi dicat, hoc inditum eſt a natura ut filij parentum naturam referant: ergo, id eſt, quia iuſtus eſt, & hoc ſcitis, neceſſe eſt ex Deo renatum, hoc eſt, fidelem, eſſe iuſtum.*

CONCILIATIO.

IOANNES *pugnantiam dicit cùm docet & hanc Aſianis dictat epiſtolam, ait, Non neceſſe habetis ut quis uos doceat, unctio enim docebit uos. Reſpondeo, Apoſtolus innuit ſpiritum ſanctum ſic nobis adeſſe, ut rogantibus non ſit defuturus. In his magnum uidetur ſeruandum eſſe ſacramentum. Nam ſonus uerborum noſtrorum aures & earum meringam attingit & percutit: ſed magiſter ſpiritalis eſt intus. Voce & uocis ſtrepitu admonemus: Si non ſit intus qui doceat, inanis eſt uox noſtra, & indocti redeunt auditores. Si audieritis agricolam Paulum 1. Corinth. 3. planè audietis & diſcernetis externum ab interno, præceptorem. Ego plantaui (ait) Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Neq; qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Interior ergo magiſter eſt qui docet, Chriſtus docet, inſpiratio ipſius docet.* Magiſter internus. *Magiſteria externa ſunt adiutoria quædam, & admonitiones. Cathedram in cœlo habet, qui corda & inflammat, & docet. Propterea internus magiſter dicit Matth. 23.* Magiſteria externa. *Nec uocemini magiſtri, quia magiſter ueſter, unus eſt, Chriſtus.*

DICTIO.

ADVOCATVS, *ab aduoco, qui alteri adeſt in cauſa, hoc loco Græcis eſt Paracletus, id eſt, patronus, cōſolator. Inter patronum & aduocatum diſcrimē facit Valla.* Aduocatus. Paracletus. *Vide ſi iuuat. Aduocare Hebræi utuntur aliquando pro conſulere, iuuare & defendere, quemadmodum & Latini. Iſaiæ 59. Non eſt qui aduocet iuſtitiam.*

Malignus. MALIGNVS, *qui difficultatem ſui oſtendit, hoc eſt, qui aſper, difficilis, inuidus, auarus eſt.*

Antichriſtus. ANTICHRISTVS *Latinè contra Chriſtum & contrarius* CHRISTO *filius perditionis.*

Mūdus uarijs modis uſurpatur. VSVS *huius dictionis Mūdus, peculiaris eſt apud beatū Ioannē pro infidelibus, ut, Mūdus me odit. Itē, Nō rogo ꝑ Mūdo. et Dominus ad diſcipulos, Ego elegi uos de Mūdo. Et, Mūdus me odio habet. de reprobis diſſerēs. Secus eſt quod Ioānes dicit 6. cap. Sic Deus dilexit Mundū ut filiū ſuū unigenitū daret. Itē, Et dat uitā Mūdo, id eſt, omnibus electis ubiubi gentiū agant: propterea prædicatur ſaluator Mūdi, id eſt, Eccleſiæ catholicæ. Hoc in capite Ioānes accipit pro rerū terrenarū ambitione, dicens, Nolite diligere Mundū, &c. Hunc Mundū dicebat in ſe crucifixū Paulus ad Galat. ultimo, Per quē mihi Mūdus crucifixus eſt, & ego Mūdo, hoc eſt, gloriā, opes, delicias, & huiuſmodi, quæ ad Mundū ſpectāt, propter Chriſtū ut ſtercora duxi, & nihili feci. Cōſueuerūt ſacræ literæ iniqua opera, & qui hæc operātur, Mundū dicere, ut illud, Nō eſtis de hoc Mūdo, id eſt, ex ordine eorū qui mūdana pertractāt. Mūdi ſpiritus dicitur humana ſapiētia. 1. Corinth. 2. cap. Nos autē nō ſpiritū huius Mundi accepimus, ſed ſpiritū qui ex Deo eſt.*

Hora. HORA *pro tēpore ipſo accipitur. Hora eſt nos iam de ſomno ſurgere, Roma. 13.*

reſpi

reſpicit enim, Ecce nūc tempus acceptabile. Aliquando pro ultima ætate ſeculi, uel nouiſſimus diebus, ut hoc loco, Nouiſſima hora eſt. Iuxta illud Pauli 1. Corinth. 10. In quos fines ſeculorum deuenerūt. Quò fit ut plenitudo temporis à Prophetis ſimiliter & tēpus regni Chriſti ſignificetur per nouiſſimos dies, Iſa. 2. & Matth. 4. Sancti olim in tāto timore uixerunt, quaſi ipſo die ducendi eſſent ad iudicē, & omnē diē pro nouiſſimo habuerunt, ſequuti conſilium ſapientis, Recordare nouiſſima, & in æternum non peccabis.

Nouiſsimus dies.

T R O P O ſcripturæ Vngere ſignificat in regem conſtituere. Vngendi uoce Hebræi omnem cultum ciuiliorem & humaniorem intelligunt, ut 2. Regum 12. Surrexit Dauid, & unctus & lotus eſt. Luc. 9. Vnxit oleo caput. Vnctos etiam ſanctos ſacerdotes & reges frequens appellat ſcriptura. Vnctio ſpiritum ſanctum ſignificat, ſimiliter & operationem & donum eius.

Vngere. Vnctionis uox

I E S V S Hebraicè, Σωτὴρ Græce, Saluator uerò Latinè dicitur, eò quòd cūctis gentibus in ſalutem miſſus eſt. Meſsias Hebraicè appellatur, quia totius prophetiæ ſacerdotalis & regiæ eminentia diuinitus inſignitus eſt. Nam meſsias dicitur unctus Latinè, uel Chriſtus Græce. Chriſtus uel Pontificale uel regium nomen eſt. Nam prius & pontifices unguento chriſmatis conſecrabantur & reges, ſed illi uelut mortales & corruptibiles ungebantur. Hic uerò ſancto ſpiritu perunctus, & ſupra omnes electos. Hanc unctionem præſignauit Iſai. 6. cap. dicens, Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me. Si delectat legito beatum Cyprianum, in explanatione ſymboli Apoſtolici. Vocatur uerbum, quia ſemper in Patre & de Patre, & nihil ſine eo Pater iuſsit & fecit. Virtus, quia propriè de Deo eſt, & omnis poteſtas Patris in ipſo conſiſtit. Sapientia, quia non aliunde quàm à Patre uenīes credētibus arcana cœleſtia reſerauit. Dextera, quia per eum omnia opera diuina perfecta & abſoluta ſunt. Brachiū, quia in ipſo non modò omnis uirtus, ſed etiam omnia continentur. Sunt & alia huiuſmodi nomina quæ ſuis locis explicantur.

Ieſus. Meſsias. Chriſtus. Ieſus cur uerbum. Ieſus cur uirtus. Ieſus cur ſapiētia. Ieſus cur dextera. Ieſus cur brachium.

Qui ex Deo eſt, filius Dei nominatur, & eſt. CAP. III

VIdete qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & ſimus. Propter hoc, Mundus non nouit nos: quia non nouit eum. Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis quia ille apparuit ut peccata noſtra tolleret: & peccatum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, nō uidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo uos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei,

Charitas Dei. Spes. Sanctificatio. Iſa. 53. c 1. Petri 2. d Ioan. 13. d

Sanctificat] purificat ſe, id eſt, dat operā ſanctimoniæ iuxta præceptū Leuitici, Sāti eſtote, quoniā, &c.

ut diſſ

ut diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo,peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.In hoc manifeſti ſunt filij Dei,et filij diaboli.Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum, quoniam hæc eſt annuntiatio,quam audiſtis ab initio,Vt diligatis alterutrum. Nõ ſicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius,maligna erant, fratris autem eius,iuſta. Nolite mirari fratres, ſi odit uos Mundus. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. omnis qui odit fratrem ſuum: homicida eſt.Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam in ſe manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniã ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius Mundi,& uiderit fratrem ſuum neceſsitatem habere,& clauſerit uiſcera ſua ab eo:quomodo charitas Dei manet in eo?Filioli mei,non diligamus uerbo neque lingua, ſed opere & ueritate.In hoc cognoſcimus quòd ex ueritate ſumus: & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra. Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum: maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia. Chariſsimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad Deum. & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus,& ea quæ ſunt placita coram eo facimus. Et hoc eſt mandatum eius, Vt credamus in nomine filij eius IESV Chriſti: & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat mandata eius: in illo manet, & ipſe in eo. & in hoc ſcimus quoniam manet in nobis, ex ſpiritu quem dedit nobis.

Margin notes: In hoc) id eſt, hoc indicio deprehenduntur. — Ioã.3.d.&.5.b — Cain Geneſ.4.b — Supra 2.b — Leuit.19.d — Charitas Dei in nos. — Iacob.2.c — Corda noſtra) cordibus noſtris. — Ioan.15.2 — Ioã.5.d.et 17.2 Ioan. 13. d. & 15.b — Manere in deo

Dilectiõis mutuæ commendatio.

Vidite qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & ſimus. *Singulari commendatione Dei beneficentiam & eius admirabilem in nos dilectionem effert, argumento ſumpto ab ijs quæ nobis natura ſunt inſita. Dixit præcedente capite nos ex Deo natos. Ne ergo huius tam admirabilis beneficij immemores ſimus, hortatur ut uicem rependamus. Natura enim comparatum eſt ut uiciſsim diligamus qui nobis benefecerunt. Sed pater ille cœleſtis ſua immenſa & ineffabili*

bili gratia dedit nobis filium ſuum factum hominem: cuius beneficio nominamur, hoc eſt, ſumus filij Dei. Quòd ſi filij eius: ergo ipſe nobis pater eſt, noſq; hæredes illius, & cohæredes I E S V *Chriſti. Obſerua. Dare charitatem, eſt beneficentiā exhibere, & dilectionem re quapiam admirabili commendare. Præclarum eſt illud opus, in quo commendat ſuam miſericordiam, quando nos miſeros & maledictos, ſuos deſignat filios. Sunt qui putant uerbum Simus, ſuperfluum, quod hîc non ſit diſcrimen inter nuncupari & eſſe. Quia hîc loquitur de nomine quod à Deo tribuitur. Aut ſimus, dictum eſt, ne quis parum eſſe putaret nominari. Quod indicat Auguſtinus ſcribens, nam qui uocantur & non ſunt, quid prodeſt illis nomen?*

Charitatem dare.

Nominare & eſſe, idem.

Propter hoc Mundus non nouit nos, quia non nouit eum. *Occupatione præuenit, ut tacitæ obiectioni faciat ſatis. Dicent fortaſſe, Credimus nos & nominari & eſſe filios Dei: Sed interim multas & uarias tum corporis tum animi afflictiones patimur. Reſpondet, Non poteſt non uos odio proſequi Mundus. hic enim animalis eſt, uos uerò ſpiritales. Animalis homo (ait Paulus 1. Corint. 2.) non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia eſt enim illi, et non poteſt intelligere quia ſpiritualiter examinatur. Amplificat hunc locum Chriſtus Ioan. 15. & 16. Pau. 2. ad Timoth. 3. & Iacobi 4. Simile eſt quod 4. Reg. 9. ſcribitur. Principes uiſo diſcipulo Eliſæi dixerunt ad Iehu, Quid uenit inſanus iſte ad te? Horum interitum & maledictionem prædicit Propheta Sapient. 5. Hi ſunt (dicent) quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati uitam illorum æſtimabanus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce, quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.*

Mundus animalis.

Mundialium uerba aduerſus pios.

Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. *Singulari conſolatione hortatur ad tolerantiam & preſſuras pro Euangelio ferendas. Filij* I E S V *Chriſti ſumus: ergo ambulandum ſicut & ille ambulauit, ut illius ueſtigia ſequuti eò ueniamus, ubi quietiſſimam cum illo agamus uitam. Non animos deſpondeamus, ſed in preſſuris uel duriſſimis pro nomine Patris noſtri duremus, quæ ad id, quod nobis apparebit, impares ſunt. Exiſtimo enim, ait Paulus Roman. 8. quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Non diſſimili conſolatione hortabantur Paulus & Barnabas Acto. 14. confirmantes animas diſcipulorum, exhortanteſq; ut permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Huc accommodabitur illud Pauli, 2. ad Timoth. 2. Si commortui ſumus, & conuiuemus. ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus. ſi negauerimus, & ille negabit nos. Facit ad huius loci explicationem quod ſcribit Paulus ad Coloſſ. 3. Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.*

Afflictorū conſolatio.

Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus. *Rogabis fortaſſe, Quid futuri ſumus? Reſpondet, Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus. Hoc eſt quod Paulus ad Coloſſ. 3. dicit, Cum autem Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tunc & uos apparebitis cum ipſo in gloria. Tunc ſimiles ei erimus, morbis, affectibus, uarijs corruptionibus liberati, non ſolùm his, ſed & morte abſoluti perennes erimus. Ad Philipp. 3. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt: unde etiam ſaluatorem expectamus dominum noſtrum* I E S V M *Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem uirtutis ſuæ, qua etiam poſſit ſubijcere ſibi omnia.*

Filio Dei reſurgentes erūt ſimiles.

Videre Deū ſicuti eſt. Quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. *Tunc uidebimus eum ſicuti eſt, quando ad ſatietatem æterna fœlicitate & gloria fruemur. Quod ille indicauit, dicens Ioann. 12. Volo pater ut ubi ſum ego, illhic ſit & miniſter meus. Cùm illhic erimus* Corpus noſtrū cōfiguratū corpori claritatis Chriſti. *poſt reaſſumptum corpus, configuratum erit corpus humilitatis noſtræ, hoc eſt, terrenum, & mortale, corpori claritatis ſuæ, hoc eſt, nos, qui ut palmites adhæſimus uiti, quā Pater agricola plātauit, in eademq; nos putat et purificat, tanta illuſtratione reſurgentes apparebimus per Chriſtum & in Chriſto, ut nihil formæ aut figuræ in nobis adpareat quod noſtrum ſit, ſed omnia ipſius et ut Chriſti imò quicquid gloriæ in nos transfundetur, id non aliunde, quàm ex ſola ipſius Chriſti gratia, fiet. Videmus* Chriſtus beatorum ſpeculū uerum. *nunc (ait ille 1. Corint. 13.) per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Videbo in Chriſto apertiſſimè quæ hic fide aſſequebar. In illo me mortuum peccato cōtemplabor, meam reſurrectionem & iuſtificationē perſpiciam, redemptionem meam intuebor, hæreditatem & promiſſiones experiar, nihilq; ab illa ſuperbenedicta Trinitate niſi per Chriſtum nobis communicabitur. Ipſe enim caput, nos uerò membra, quæ gratijs ſuis copioſiſſimè ditabit, ut eo ad ſaturitatem fruamur, fiatq; quod deſiderabat Propheta, Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Pſal. 16. De his multa agit Paulus 1. Corinth. 15. Philip. 3. Coloſſ. 3.*

Et omnis qui habet hanc ſpē in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſan- Sanctificare ſe. ctus eſt. *Collatione quadam ex prædictis declarat quibus indicijs illius fœlicitatis conſortes nos futuros deprehendere poſſumus. Qui in Chriſto ſperant, & norunt uitam illam cœleſtem hac longè præſtantiorem, atq; intelligunt quàm purus eſt Deus, neminemq; cum eo, niſi purum, poſſe cohabitare, ſanctificant ſe, id eſt, abſtinent à uitijs & concupiſcentijs, puram uitam uiuentes. Perpendamus ergo, qui ad tantam hæreditatem adoptati ſumus ne omni impuritate in dies coinquinemur.*

Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit. *Inuehit & confutat eos, qui titulo & nomine tenus ſe ſanctos oſtentant, ſuiſq; blandientes ſce-* Error dicentiū ſuas blaſphemias nō peccata, ſed morbos. Euangelij contemptores. *leribus, corruptiſſimos mores & publica crimina, infirmitates quaſdam & morbos appellitant. Qui ergo cœleſtem illam uitam norunt, ſibiq; in hac colluuie & ſentina malorum placent & ſordeſcunt non infirmi, ſed ſacri Euangelij contemptores, & Chriſtianæ religionis proditores nuncupandi ſunt, non autem Chriſtiani.* Peccatum facere. *Hoc loco facere peccatum, uſurpat pro perſiſtentia in peccato & iniquitate, quæ eſt ex perfidia.*

Et peccatum eſt iniquitas. *Tollit omnem excuſationis occaſionem, urgens uehementer ne dicant ſe ſolùm infirmitate quadam & morbo affectos, cùm tam ſceleſtam uitam uiuunt. Quaſi uerò peccatum pro infirmitate & errore humano accipia-* Iniquitas. *tur. Hoc iſtud ueſtrum iudicium corruptiſſimum eſt, nolite ita ſentire (ait) Quia peccatum eſt iniquitas. Hoc eſt, Illa in impuritate ueſtræ uitæ perſeuerantia, ſumma eſt iniquitas, & religionis Chriſtianæ euerſio ex perfidia procedens.*

Et ſcitis quia ille apparuit ut peccata tolleret. *Hortatur ſingulari quadam pareneſi ad uitæ puritatem & innocentiam, argumento ſumpto ab* Miſſio filij dei Filiū Dei apparuiſſe, quid. Chriſtus cur apparuit. *ipſa filij Dei miſſione, qua dicitur factus homo. Et ſcitis quia ille apparuit, id eſt, Filius Dei eſt factus homo, ut peccata tolleret, Id eſt, hoſtia corporis ſui peccatum ipſum aboleret & expiaret. Cuius exemplo & uirtute fideles non modò ſe in dies à peccatis expurgarent, ſed ne minimis quidem maculis uel tantillum ſe ſordidari ſinerent. Huc adduci poteſt quod Ioannes Baptiſta teſtimonium perhi-*

bens

bens de Chriſto ait, Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata Mundi. Tollit peccata di mittendo quæ facta ſunt, & adiuuando ne fiant, ut tandem eo fruamur, ubi peccatum committi non poteſt.

Et peccatum in eo non eſt. *Tacitæ obiectioni reſpōdet Apoſtolus. Quæres fortaſſe, Quomodo potuit peccata Mundi portare? Reſpondet, Quia peccatum in eo non eſt. Tot & tanti homines (ut Bedæ uerbis utar) in Mundum uenere, perfecti. ſed eorum nullus peccata tollere potuit Mundi, quia nullus ſine peccato eſſe potuit in Mundo. Hæc ille. Chriſtus autem purus & innocens uenit in Mundum, ut peccata noſtra tolleret, mortisq́; deſtrueret imperium: Qui de Spiritu ſancto cōceptus ſine peccato, ex pura uirgine ſine peccato natus, conuerſatus in Mundo ſine peccato, moriens ſine peccato, morte ſua deſtruens peccatum, illudq́; cruci affigens, Qui ſolus peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, Iſaiæ 53. & 1. Petri 2. per gloriam Patris aduerſus peccatum, reluctantibus etiam inferorum portis glorioſus reſurrexit, & reſurrectionem ſuam quadraginta diebus (ligatis peccato & carne) manifeſtans, tandem aſcendit in cœlum, ad dexteram Patris, ubi deglutiens mortem, facit ut non imputentur nobis peccata, ipſe aduocatus & Pontifex noſter.*

Chriſtus peccata noſtra tulit.

Chriſtus purus ſine peccato.

Omnis qui in eo manet non peccat. *Qui fide Chriſto adhæret, non peccat, hoc eſt, non impuram uitam uiuit. Quòd ſi aliqua infirmitate impegerit, protinus pedem retrahit. Fieri non poteſt, lucem & tenebras eundem occupare locum. Ergo qui in luce ambulat, in tenebris nō eſt: Sed ambulans in luce in Deo manet: Fit igitur ut qui in Deo manet, neq; peccet, neq; in tenebris ambulet.*

Chriſto adhærens nō peccat.

Manēs in Deo non peccat.

Et omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum. *In Deum* IESVM *Chriſtum non credit, qui iniquam uitam agit, & peccat. Repugnant enim inuicem, & mutuò digladiantur fides uiua, qua Deum & uidemus & amamus, & peccatum. Metaphora uſus eſt ab externo ad internū, cùm ait, Non uidit eum, nec cognouit eum. Id eſt, nec eſt in eo, nec eius negotium uerè intellexit. Ex uera enim* IESV *Chriſti cognitione nihil quod Euāgelio & pietati aduerſetur procedere poteſt. Qui enim guſtant & uident quàm ſuauis eſt Dominus, nequaquam ſe peccando à uidenda eius gloria ſegregant. Dici poteſt uiſio & cognitio fidei, qua iuſti etiam in hac uita Deum uidere delectantur, donec ad ipſam ſpeciem apertæ uiſionis eius in futuro perueniant, de qua paulò antè dixit, Quoniam uidebimus eum ſicuti eſt.*

Peccans nō credit in Chriſtū.

Fides uiua.

Fidei uiſio & cognitio.

Filioli nemo uos ſeducat. *Auditorum animos excitat exclamatione quadam. Videns Apoſtolus aduerſariorum inſidias, tela, machinationes, & huiuſmodi aduerſus uitæ puritatem, timet ne ſomno torpeant auditores, & deſidia quadam ab inſtituto reuocentur, propterea clamat, Cauete ne ulla res uos ſeducat. Huc fortaßis pertinebit quod Paulus 1. Corinth. 15. poſt hanc Epicureorum ſententiam, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. ſubiunxit, Nolite ſeduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Alluſit hac exclamatione ad eam quam Chriſtus Matt. 13. expreſſit, Qui habet aures audiendi, audiat. Filiolos uocat, ut patrem cognoſcentes à paterna dilectione non deficiant ad ſeductores.*

Filioli mores patris induāt.

Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. *Eleganti quadam antitheſi ab effectu ſumpta hypocritarum technas & fucum arguit, qui uerbis & quodam uocis garritu iuſtitiam ſuam & pietatem oſtentant & commendant, non autem opere. Dicit Apoſtolus in hunc ſenſum, Qui facit exercetq́; fidei opera, & uiam ſuam imitatur eum qui factus eſt nobis ſapientia & iuſtificatio & ſanctifica-*

Hypocritarum notæ.

Iuſtitia opere & uerbo commendanda.

tio & redempto.1. Corinth.1.Is iuſtus eſt:non autem is, qui ſolo uerbo iuſtitiā commendat,ad eum modum quem Chriſtus Matt.5.reprobat.Dico autem uobis(ait)quia niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquàm Scribarum et Phariſæorum,non intrabitis in regnum cœlorum.Particula ſicut,imitationem & ſimilitudinem dicit,non ueritatis adæquationem.Nam ſcriptum eſt,Non eſt ſanctus ut eſt Dominus. Ille ſanctificat nos, ſicut & ipſe ſanctus eſt,ſed ille ſanctus ſuapte natura & æternitate, nos fide & gratia iuſti ſumus ſicut & ille.Sed ille ipſa incommutabili perpetuitate, nos iuſti credendo in quem nunc ænigmaticè uidemus,ut aliquando clarè uideamus.

Sicut particula imitationē notat.

Sanctus dominus ſuapte natura.

Iuſtus homo.

Qui facit peccatum,ex diabolo eſt. *Quemadmodum iuſtus dictus eſt, qui pura uita iuſtum Deum imitatur, & puram uiuit uitam: ita qui diabolum corruptiſsimis moribus imitatur,peccat,& legis diuinæ tranſgreſſor cōſtituitur. Non ergo natura facit hos aut illos eſſe ex Deo, aut ex principio tenebrarum qui aduerſatur Deo,ſed gratia aut peccatum,& huius aut illius imitatio.Natura autem in medio eſt. Quòd ſi rogaueris,quibus indicijs agnoſcemus hunc aut illum ex Deo aut diabolo:id facilè agnoſces, ſi opera & imitationem diligentius cognoueris. Perſeuerat enim in antitheſi ab Autore & factorum ſimilitudine ſumpta.*

Natura neque ex Deo neq; ſatana ſumus.

Opera indicāt quales ſumus.

Quoniam ab initio diabolus peccat. *Sicut Deus iuſtus iuſtitiæ & puritatis uitæ Pater & origo eſt: ita diabolus totius iniquitatis origo & Pater. Per ipſum enim cœpit eſſe peccatum. Vſus eſt uerbo præſenti Peccat: quia ex quo cœpit diabolus peccare,nunquàm deſijt,neque præſentium pœnarum grauitate,neque futurarum mœtu coërcitus.*

Diabolus iniquitatis origo.

Diabolus non deſijt [illegible].

In hoc apparuit filius Dei, ut diſſoluat opera diaboli. *Amplificatione confirmat,quantum aduentus Chriſti & eius incarnatio diaboli uires demoliatur.Non ſolùm factus eſt homo Chriſtus, ut lumine ſui aduentus tenebras & peccata profligaret, ſed etiam ut opera diaboli diſſolueret & aboleret. hoc eſt, ut princeps huius Mundi diabolus eijciatur foras, & nuſquam in caſtris & fidelium cōſortio appareat.Autore diabolo mors,peccatum,& impietas in Mundum ſubintroierunt:ſed per Chriſtum iterum abolita.Roma.5.*

Diaboli opera diſſoluit Chriſtus.

Diaboli opera diſſoluere quid eſt.

Diabolo autore quæ mala mūdum ſubintroierunt.

Omnis qui natus eſt ex Deo,peccatum non facit,quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. *Peruenuſta antitheſi generationem generationi, ſemen ſemini, uerbum uerbo,& opera operibus opponit:qua facilius manifeſtet quibus indicijs agnoſcemus filios regni à filijs perditionis. Malum & nocentiſsimum ſemen ſeminauit malignus, quo nati ſumus peccatores. Sed exijt à Deo patre filius qui ſeminaret bonum ſemen quo renaſceremur, & illius ſementis uim & uirtutem ſeruaremus, qua, prima ſemina & opera illa à maligno nobis immiſſa & ſuggeſta eradicarentur, ut puram uiuentes uitam,ex Deo nati & diabolo mortui manifeſtemur.Et id eſt quod dicit Apoſtolus, Peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet. alludens ad ſeminis naturam, quam ea referunt quæ ex eo naſcuntur. Semen Dei,eſt uerbum Dei.unde Paulus dicit 1.Corinth.4. Per euangelium ego uos genui. Quemadmodum enim ex ſemine frumenti in terra non naſcitur oliua: ita nec ex ſemine Dei in homine nato ex Deo naſcitur peccatum,imò ne naſci quidem poteſt.Propterea ſubiungit Apoſtolus, Et non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. Hoc eſt, facultas peccandi non procedit à diuino ſemine, & diuina illa natiuitate, qua renati ſumus,& filij Dei nuncupamur. Sed utrunq;, id eſt, peccare, & poſſe peccare, eſt ex nobis. Aduerſus illos*

Semē diaboli.

Semen Dei.

Natus ex Deo non peccat.

Peccare nō poſſe ex deo natū, quo modo intelligitur.

illos facit hic locus,qui ſe à Deo habere prædicabant,tum peccare,tum poſſe peccare:quaſi uerò autorem peccati facerent Deum. Semen bonum eſt uerbum Dei, uirtus,& ueritas. 1.Petri 1.Simplici ex corde inuicem diligite attentius, renati non ex ſemine corruptibili,ſed incorruptibili per uerbum Dei uiui & permanentis in æternum.Semen diaboli,eſt peccatum,mors,caro,concupiſcentia,& huiuſmodi.

Peccati autor non eſt Deus.

In hoc manifeſti ſunt filij Dei & filij diaboli. *Eorum, quæ ſuperius dicta ſunt de puritate uitæ, epilogum facit. Conſtat operibus & factis qui filij Dei, qui'ue filij diaboli ſint. Nam ut fructus naturã ſeminis refert:ita & qui filij Dei ſunt, religione & uitæ puritate patrem Chriſtum referunt. Qui uerò filij Diaboli, iniquitate & ſordida uita patrem diabolum exprimunt. Filij Dei ſunt non natura, ſed gratia:filij diaboli ſunt non natura,ſed peccato & imitatione. In illis ſemen bonum à bono,in his ſemen malum à malo. Illis fides ex uerbo Dei:in iſtis peccatum ex uerbo diaboli. Vita fidem ſequitur,mors peccatum. Illi lucẽ,hi tenebras habitant. Illorum aſpectus lætus & iucundus,horum horribilis & tenebricoſus.*

Opera indicẽt quales & cuius ſumus filij.

Natura neque Dei neq; diaboli ſunt filij. Filiorũ Dei & diaboli notæ.

Omnis qui non eſt iuſtus,non eſt ex Deo,& qui non diligit fratrem ſuum. *Collatione quadam confert iniuſtum ei qui non diligit fratrem, ut ex negatiuis manifeſtentur affirmatiua. Eundem quippe uocat non iuſtum, & non diligentem fratrem ſuum. Ergo quẽadmodum non iuſtus ex Deo non eſt, & non diligens fratrem ex Deo non eſt:ita iuſtitiam faciens ex Deo eſt, & diligens fratrem ex Deo eſt. Facere iuſtitiam,eſt eſſe iuſtum, & ex Deo eſſe, & eſſe in eo. Diligere fratrem ſuum,eſt imitari eum qui eſt uera dilectio,atq; penè inimitabilem exhibuit charitatẽ. Hunc,quem Ioannes uocat fratrem,Chriſtus Lucæ 10.uocat proximum.*

Iuſtus & diligẽs fratrẽ.idẽ.

Iuſtitiã facere.

Frater pro proximo.

Quoniam hæc eſt annuntiatio, quam audiſtis ab initio,'ut diligatis alterutrum. *Non fruſtra ſuper pectus Domini decubuiſſe fertur Ioannes, qui ſtuduit & didicit ſui præceptoris* IESV *Chriſti doctrinam exactiſſimè imitari, excitat auditores ad charitatem,argumento à ſumma & origine religionis Chriſtianæ ſumpto,ſimul reddens cauſam ſuperiorum de puritate uitæ, & mira arte trãſiens ad alteram Epiſtolæ partem de mutua dilectione, probans tum ueteris tum nouæ legis teſtimonijs nõ ſolùm puritatem uitæ eſſe notam Chriſtiani hominis filijq; Dei, ſed charitatem mutuam. Tanta eſt uis mutuæ dilectionis,ut ſi etiam montes transferas,& abſit dilectio,nihil habeas. Hanc habeto,& legem impleſti,Rom.10. Alluſit hoc loco Ioannes ad eum docendi modum,quem Chriſtus Ioann.13.docuit. Mandatum nouum do uobis,ut diligatis inuicem,ſicut dilexi uos,ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoſcent omnes:quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicem. Obſerua,ſicut ille in Euangelio dicit,In hoc cognoſcent,&c.ita & Ioannes hoc loco dicit, In hoc manifeſti ſunt filij Dei. Et ſicut ille dicit,Mandatum nouum, &c.id eſt, præcipuum in quo omnia eſſent comprehenſa:ita & Ioannes ait, Hæc eſt annũtiatio quam audiſtis ab initio,ut diligatis alterutrum.*

Dilectionis cõmendatio.

Charitatis mutuæ cõmendatio.

Legis impletio,dilectio.

Non ſicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna,&c. *Poſt definitiones,ut ſolent optimi Rhetores,exemplum proponit, quo magis moueat, & apertius doceat,Qui iuſti ſunt,qui iniuſti,qui filij Dei,& qui filij diaboli,illos ab effectu commonſtrans. Occidit Cain fratrem ſuum Abelem iuſtum. Inuidia erat in Cain,ergo aberat charitas, quæ ſuapte natura non æmulatur, non agit perperam.1. Corinth.13. Deprehẽdes ergo facilè opere ipſo Cain fuiſſe ex diabolo. Diabolus enim*

Exempla mouent.

Opere cognoſcuntur filij cuius ſint.

Cain iniuſtus.

inuidendo deiectus eſt. Cecidit, & inuidit ſtanti. Hunc imitatus Cain, deſignatur filius diaboli. Abelis opera & innocentia oſtendunt iuſtum: ergo ex Deo natum, & Dei filium. Ad Hebr. 11. Fide plurimam hoſtiam Abel quàm Cain obtulit Deo, per quam teſtimonium conſequutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Similiter & ſancti martyres nulla alia cauſa cæſi ſunt, quàm iuſtitiæ defendendæ gratia. De his legito 1. Petri 4. cap. Abel omnium iuſtorum figura fuit: Cain autem, omnium mundanorum, & eorum, qui ſunt de maſſa perditionis, eſt typus. Opera hoc loco poſuit Apoſtolus pro omnibus affectibus & ſtudijs malis.

Abelis opera. Abel iuſtorū figura. Cain iniuſtorū typus. Opera pro affectibus.

Nolite mirari fratres, ſi odit uos Mundus. Conſolatur eos, qui propter iuſtitiam perſequutionem patiuntur, argumēto ſumpto ab ipſa temporis circunſtantia. Cùm ab initio quo cœpit Mundus, impius perſequutus eſt, odit, et occidit piū, non eſt quod in magnam admurationem uos his noſtris temporibus adducere debeat, ſi pios ab impijs afflictos uideritis. Multorum exemplis diſcimus quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Act. 14. Obſerua quàm diſsimilis ſit piorum atq; impiorum amor. Pius ſolam infidelitatem & opera ipſa impij odit, non autem naturam & ſubſtantiam, quam ſaluam deſiderat: imò omnia profundere paratus eſt, ut impium Chriſto lucrifaciat. Impius uerò non modò opera iuſta odit, ſed & pij naturam & ſubſtantiam euertere magnopere contendit. Ea eſt natura & ingenium ipſius Mundi & filiorum eius. Mundum accipit pro dilectoribus Mundi.

Piorū & impiorū diſtinctus amor. Pij charitas. Impij maligni tas. Mundus pro impijs.

Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad uitā, quoniam diligimus fratres. Suauiſsimam conſolationem adducit, ne, quia à Mundo affliĉtantur, animos deſpondeant: ſequutus præceptorē in Euangelio Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Tanta eſt noſtræ ſalutis certitudo, ut quod futurum eſt iam nos eſſe cōſequutos fidenti animo dicamus. Propterea Apoſtolus neq; dixit, opinamur: ſed, ſcimus: neq;, Transferemur: ſed, Tranſlati ſumus de morte ad uitam. Ad hunc modum locutus eſt Chriſtus Ioannis 5. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui miſit me, habet uitam æternā, & in iudiciū nō uenit, ſed tranſijt à morte in uitam. Vt autem eò perueniamus, addit conditionem, Quoniam diligimus fratres. Vbi obſeruabis particulam Quoniam, pro dūmodo, uſurpari: ut ſit ſenſus, Nos tranſlati ſumus de hac morte temporali ad uitam illam beatificam, quoniam, id eſt, dūmodo, aut, ſi modò uerè & piè credamus. Signū enim ueræ fidei eſt charitas, ait Paulus 1. Timot. 1. de corde puro, & cōſcientia bona, & fide non ficta. Eleganti figura hoc loco uſus, quam hyſteron proteron dicunt, de qua paulò antè diximus. Prius diligamus oportet quàm transferamur.

Vitæ piorum certitudo.

Qui non diligit, manet in morte. Pulchra admodum antitheſi hortatur ad charitatem, deterrens ab odio, argumento à rebus deploratis & pœna ſumpto. Si affirmatio cauſa eſt affirmationis, & negatio cauſa negationis. Si dilectione transferimur ad uitam, odio, ſeu non dilectione, transferimur ad mortem, & mortem incurrimus. Huc ſpectat quod Chriſtus Ioannis 8. dicit, Si non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato ueſtro.

Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ſcitis, &c. Nolite putare crimen eſſe leue, odiſſe fratrem. Bis reuera peccat: Quia non ſolùm mandatum de proximo diligendo trāſgreditur: ſed & alterū, quo cauetur, Non occides. Ex quo iterū eſt in morte. Homicidam dictū putauerim eleganti tropo, auxeſi, id eſt, augmento. Quo

Odium fratris graue eſt peccatum. Auxeſis.

to. Quo tropo dicimus occiſum qui ſit cæſus, exanimatum qui dolore affectus, & reuixiſſe, qui ſpem receperit. Quòd ſi quæris, qua ratione hunc homicidã dixerit Ioannes, alluſit ad id quod Chriſtus Matth. 5. dicit, Auditis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Per odium intelligit omnia quæ poſt ſe trahit odium, ſiue ſint cædes, proditiones, inuidiæ, lites, & huiuſmodi. Ex his colligimus deliberatam & deſtinatam uoluntatem à Deo reputari pro ipſo facto, & opere. Huc fortaßis pertinebit quod fecit Dauid 1. Reg. 3. Aequa enim pars erit deſcendẽtis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter diuident. Hi laßi erant relicti, & ad præliandum inutiles, qui tamen iure ſortiti ſunt æquam partem cum his qui egregiè conflixerant. In morte manere eum intelligimus, qui uitam ſceleſtißimam & flagitijs omnibus prurientem agit, ex quibus conflatur mors. Apoſtolus ergo probat eleganti ſyllogiſmo eum, qui oderit fratrem, manere in morte. Omnis homicida non habet uitam æternam in ſe manentem: ſed qui fratrem ſeu proximum odit, homicida eſt. Ergo qui fratrem odit, non habet uitam in ſe manentem.

Occiſus pro cæſo.

Odij nomen.

Manere in morte.

Homicida non habet uitam in ſe.

In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animã ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. *Peruenuſta occupatione præuenit, & reſpõdet ijs, qui fortaſſe rogabunt, Quis modus, quæ ratio eſt charitatis Chriſtianæ? His* IESVM *Chriſtũ imitandum proponit per omnia, huius negotij abſolutißimum exemplar uita noſtra charius nihil hic ducimus. Sed ut ille pro nobis animã ſeu uitam dedit, ita & animas noſtras pro fratrum ſalute profundere debemus. Alluſit ad id quod Petro enarrabat Chriſtus Ioann. 2. Petre, paſce oues meas. Hæc pronuntians Chriſtus inſinuabat ſummam illam dilectionem, qua pro fratribus animã Petrus eſſet poſiturus. Nam ſtatim ad illa uerba addidit Chriſtus, Cùm iuuenis eſſes, præcingebas te, & ibas quò uolebas: cùm autem fueris ſenior, alius te præcinget, & tollet te quò tu non uis. Hoc autem dixit (ait Euangeliſta) ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. Et cui dixerat, Paſce oues meas: doceret eum ponere animam pro ouibus ſuis. Huc pertinet quod dixit ille Ioan. 13. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Atq; id præcepit Ioan. 15. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos.*

Charitas Dei.

Anima ſeu uita pro fratrũ ſalute ꝓfundẽda.

Petri mors à Chriſto deſignata.

Qui habuerit ſubſtantiam huius Mundi, &c. *Hortatur, & excitat ad miſericordiã proximo præſtandam. Cùm exemplo Chriſti uitam pro fratre & proximo exponere debeamus: quantò magis ſubſtantiam noſtram, id eſt, facultates noſtras, res profectò labiles, caducas, & quibus amißis aliæ inſtaurantur, elargitæ autẽ in pauperum ſubuentionem diuitias parant non interituras. Quod ſi fortaſſe apud te intellexeris, quid mea refert? Quid ad me attinet meam exburſare pecuniam, ne frater moleſtiam patiatur. Si hæc ſenſeris, Charitas Dei diuinitus inſpirata, & ad exemplum Chriſti formata non eſt in te. Non es ergo ex Deo natus, ſed in tenebris ambulas. Eleganti metonymia utitur, uſurpans uiſcera pro miſericordia ipſa & affectibus ipſis in uiſceribus & præcordijs, iuxta Platonicorum ſententiam, ſedem habentibus. Viſcera dicuntur omnia interiora hominis, ut ſunt præcordia, cor, pulmo, iecur. Non dißimile huic loco perleges Iacob. 1. & Lucæ 16. de diuite & Lazaro.*

Subſtãtiæ noſtræ nomine quid deſignatur.

Viſcera ꝓ miſericordia. Platonicorum ſententia.

Filioli mei, non diligamus uerbo, neque lingua, ſed opere & ueritate. *Hypocriſim omnẽ excludẽs docet quicquid negotij uera habet charitas. Non ſolùm uerbo, ſed opere: Non ſolùm lingua, ſed & ueritate mutuam exercere debemus*

dilect

Dilectio nõ ficta habẽda eſt. *dilectionẽ. Hãc ſententiã Iacob.2.amplificat dicẽs,Si autẽ frater aut ſoror nudi ſint,*
& indigeãt uictu quotidiano,dicat autẽ aliquis ex uobis,illis, Ite in pace, calefacimi-
ni & ſaturamini:non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori,quid proderit?

In hoc cognoſcimus quòd ex ueritate ſumus, & in conſpectu
eius ſuadebimus corda noſtra. *Beatus Auguſtinus hunc enarrans locum le-*
git ad hunc modum,Et in hoc cognoſcimus quia ex ueritate ſumus,& corã ipſo per-
ſuademus cordi noſtro.Quia ſi malè ſenſerit cor noſtrum,&c. Enumerat commoda,
Dilectiõis mutuæ fructus. *quæ ex mutua charitate conſequimur, argumento ſumpto ab utili & honeſto. Pri-*
mus fructus eſt,Ex ueritate ſumus,id eſt,ex Deo nati ſumus,& filij Dei nũcupamur,
Suadere corda noſtra. *ſi officia mutuæ charitatis præſtiterimus.Secundus fructus erit, Et in conſpectu eius*
ſuadebimus corda noſtra:id eſt,cùm ille apparuerit,& ante eius tribunal ſteterimus,
pacata & tranquilla erit noſtra conſcientia,& nihil ſibi conſcia, ſed ea ductabimur
Spes non confundit. *in Chriſtum fiducia,qua in conſpectu eius non reddemur confuſi. Non enim ſolet ſpes*
filiorum Dei confundere,Roma.5. Lucidius dici poteſt,Suadebimus corda noſtra, id
Cor affectuum ſedes. *eſt,placati erimus in cordibus noſtris. Cor autem affectuum ſedes pro ipſis ponitur*
affectuum motibus.

Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrũ, maior eſt Deus cor-
Conſcientiæ clamor. de noſtro, & nouit omnia. *Receptiſſimũ eſt quod dici ſolet,Conſcientia,mille*
teſtes.Cõſcientia eam habet uim,qua ſemper,ubiubi fuerimus,reclamet aduerſus ſce-
leſtiſſimum facinus, ſiue foris,ſiue domi fueris. Hæc teipſum quoquò uertas ſequitur,
accuſat,reclamat,non quieſcit,reprehendit,ut reſurgamus ad uitam, extimulat quæ
ſunt pacis.Non putauerim quempiam lapſum poſſe reſurgere,quem in malis nulla ſe-
Homines uiui ſepulti. *quitur conſcientiæ reprehenſio.Sunt reuera huiuſmodi homines uiui ſepulti, qui ui-*
dentes cæci ſunt & non uident:audientes ſurdi ſunt,qui ſpiritũ ipſum non exaudiunt.
Duratio in malis p̃cludit uiã ad uitam. *Sed huiuſmodi longa in malis & peccatis continuata affectio,& à Deo auerſio omnẽ*
eis præcluſerunt uiam ad IESVM *Chriſtũ ueram lucem.Quod ſi quis ueluti exigua*
contẽnit,credatq́; conſcientiæ motus ſupprimi ac diſſimulari poſſe,intelligat quòd ma
Deus corde noſtro maior. *ior eſt Deus corde noſtro:id eſt,eſt Deus etiam ipſorum affectuũ & cordis, qui ipſius*
cordis abdita rimatur,adeoq́; nouit omnia,ut hunc nihil etiam ſecretorum lateat.Huc
pertinet quod ſcribitur Pſal.93.Vſquequo peccatores Domine,uſquequò peccatores
gloriabuntur?Effabuntur,& loquentur iniquitatem:loquentur omnes qui operãtur
iniuſtitiam? Populum tuum,Domine,humiliauerunt: & hæreditatem tuam uexaue-
runt.Viduam & aduenam interfecerunt:& pupillos occiderũt.Et dixerunt, Non ui-
debit Dominus:nec intelliget Deus Iacob. Intelligite inſipientes in populo: & ſtulti
aliquando ſapite:Qui plantauit aurem, non audiet:aut qui finxit oculum, non conſi-
derat?Qui corripit gentes,non arguet:aut qui docet hominem ſcientiã?Dominus ſcit
cogitationes hominum quoniam uanæ ſunt. Quidam in hunc ſenſum interpretantur.
Quòd ſi conſcientia noſtra nos accuſet,et condemnet,Dominus qui omnia nouit,ſeu,
quem nihil latet,fortior eſt,qui liberet & ſaluos faciat.

Chariſsimi,ſi cor noſtrum non reprehenderit nos,fiduciam ha-
bemus ad Deum. *Si mutuam præſtiterimus dilectionem, exhibuerimusq́; mutuæ*
charitatis officia,non accuſabit nos cõſcientia,ſed fiduciã habemus ad Deum,hoc eſt,
cõueniemus cum Deo, & liberè agemus cum eo.Non enim ſimulatione quadã & hy-
pocriſi mutuam exercuimus dilectionẽ.Hoc certè opponit his qui dicebãt,Deum ali-
qua cõſcientiæ arcana ignorare,ob id liberè cum Deo agere non poſſunt, reclamãte
illorum

illorum conſcientia.

Et quicquid petierimus, accipiemus ab eo, &c. *Ex obſeruantia & exhibitione mutuæ charitatis reſurgit alius fructus ab enumeratis: nempe, Quæcunque petierimus accipiemus ab eo. Iſta eſt fiducia & certitudo, quam apud Deum habemus, quòd nobis in fide petentibus nihil denegabit. Iſta ſunt, quæ Apoſtolus à præceptore didicit ſuper pectus recubans, & in* Euangelio *ſcripta Matth. 6. & 7. Ioannis 15. & 16. Addit cauſam, propter quam accipiemus ab eo: Quoniam mandata eius cuſtodimus. Neq; ſolùm cauſam addit, ſed & dictorum probationem adducit. Ac ſi diceret, Qui uerè diligunt, omnia quæ à Deo petunt, accipiunt. Nos diligimus, ergo omnia accipimus, quia diligimus. Idem enim eſt præcepta ſeruare, & diligere.* Fiducia quam apud Deũ habemus. Præcepta ſeruare & diligere, idem.

Et hoc eſt mandatum eius, ut credamus, &c. *Occupatio eſt. Rogabit aliquis de quo præcepto intelligat, quum dixit, Quoniam mandatum eius cuſtodimus. Reſpondet, Totius legis Chriſtianæ ſummam in duo capita colligens, in fidem, qua agimus cum Deo, & charitatem, qua inſeruimus proximo. Itaque dicit ad hunc modum, Et hoc, ſubaudi mandatum fidei, eſt mandatum eius, hoc eſt, Dei, ut credamus, &c. Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus eſt: quia nõ credit in nomine unigeniti filij Dei. Quo præcepto uniuerſum Trinitatis & incarnationis myſterium credendum comprehenditur. Et diligamus alterutrum, &c. Hoc eſt, mutuò diligamus exẽplo Chriſti præcipientis Io. 15. Hoc eſt mandatum meum, ut diligatis inuicem, ſicut & ego dilexi uos.* Legis Chriſtianæ ſumma. Fidei mandatũ. Charitatis mãdatum.

Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo. *Eſt hic peculiaris ueræ obſeruantiæ mandatorum Dei fructus, Quòd Deus manet in eo. hoc eſt, Qui Deo fidit, & proximum diligit, ſignum & indicium habet, quòd uerè cum Deo conſentit, & uerus Chriſtianus eſt.* Mandatorum obſeruator deũ habet.

Et in hoc ſcimus, quoniam manet in nobis, ex Spiritu, quem dedit nobis. *Altero iudicio & nota docet nos Chriſtianos eſſe, qui puritati uitæ ſtudemus. Hoc eſt, quod teſtificatur Spiritus ſanctus in conſcientia noſtra, quòd ſumus filij Dei, Roma. 8. Ipſe enim Spiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Eſt ergo proximum argumentum, Deum in nobis manere, quando Spiritus Dei datur nobis. Nam Roma. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. 1. Corinth. 2. Nos autem non ſpiritum huius Mundi accepimus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt, ut ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis. Qui Chriſti ſunt, ſpiritum Chriſti habent. Spiritum Chriſti habemus, quando Chriſtum ſummæ charitatis exemplar imitamur.* Spiritus ſancti teſtimoniũ, quòd Chriſtiani ſumus.

CONCILIATIO.

PVGNANTIAM *paucis interiectis habere hic uidetur Apoſtolus dicens, Qui natus eſt ex Deo, non peccat. Et ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & ueritas in nobis non eſt. Præter ea, quæ in adnotatis ſcripſimus, ſubſcribam uerba Auguſtini lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani cap. 7. Qui rectiſsimè ſapiunt, intelligunt quemlibet hominum, quamuis iam pro conſortio ſocietatis humanæ non abſurdè dici poſſit iuſtiſsimè uiuere, non tamen poſſe eſſe ſine aliquo uitio, quandiu caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem. Quamuis enim, inquantum ex Deo nati ſumus, non peccemus, ineſt tamen adhuc, quòd ex Adam nati ſumus, quia nondum abſorpta eſt mors in uictoria, quod etiam in corporum reſurrectione promittitur, ut omnino beati & immaculati & incorrupti ſimus, qui iam ſecundum fidem filij Dei ſumus, ſed ſecundum ſpeciem nondum apparuit quid erimus. Nondum enim re, ſed ſpe ſalui facti ſumus.*

Hactenus ille. Idem libro 2. de peccatorum meritis & remiſſione, contra Pelag. cap. 8. Nunc ergo ei (ait ille) & ſimiles eſſe iam cœpimus, primitias habentes ſpiritus: & adhuc diſſimiles ſumus, per reliquias uetuſtatis. Proinde inquantum ſimiles, intantum regenerante ſpiritu, filij Dei: inquantum autem diſſimiles, intantum filij carnis & ſeculi. Illhinc ergo peccare nō poſſumus. Hinc uerò ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus, donec totum tranſeat in adoptionem, & non ſit peccator: & quæras locum eius, & non inuenias. Hæc ille.

CONCILIATIO II.

Electi ſecūdum præſentē iuſtitiam, aut æternam prædeſtinationem.

QVID hic Apoſtolus dicit, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut ille iuſtus eſt. Cùm Sapiens dicat, Non eſt homo, qui faciat bonum & non peccet. Ergo omnes ex diabolo ſunt, quia omnes peccant. Reſpondendum, Ex nobis peccamus, ſed gratia Dei adiuti iuſtitiam & opera bona agimus, & iuſti dicimur. Qui peccat, ex diabolo eſt, non creatione, ſed imitatione. Quòd ſi contingat electum peccare, is dicetur iuxta præſentem iuſtitiam & imitationem ex diabolo eſſe, non autem ſecundum æternam prædeſtinationem, qua hunc Deus ad beatitudinem habendam ordinauit. Ad hunc modum dicendum eſt de præſcitis, qui ad tempus iuſti ſunt, quandiu amicitia ipſi Deo iuncti ſunt, ex Deo ſunt ſecundum præſentem iuſtitiam, non autem ſecundum æternam prædeſtinationem.

DICTIO.

Fratris uox.

FRATRES uocat Apoſtolus ex more Hebraico, quos uocamus uicinos, nepotes, conſobrinos. Quomodo & Chriſtus Iudæis frater factus eſt ſecundum carnem. Iob 19. Fratres omnes mei à me elongauerunt. Similiter ſanguine iunctos Hebræi fratres dicebant, etiam eos, qui ſunt unius proſapiæ & familiæ, licet gradu ſanguinis differant. Geneſis 14. Et audiuit Abram, quòd captus eſſet Lot frater eius. Cognati erant Abram & Lot. Chriſtiani principio naſcentis Eccleſiæ diſcipuli & fratres appellabantur: Antiochiæ cœperunt dici Chriſtiani.

Chriſtiani primo dicti fratres

Lex quid eſt.

LEX eſt Dei uoluntas. Iubet ſiquidem, quæ eligenda faciendaq́; ſunt, & prohibet contraria. Omnis itaque ratio rectè & piè uiuendi, lex & inſtitutio Dei iure uocatur, ſiue ea animo ſolùm inſcripta ſit, ſiue etiam literis excepta. Dicitur mandatum, quòd contineat quæ nobis Deus obſeruanda mandauit. Vocatur ab Hebræis teſtimonium uel oraculum, quia de uoluntate Dei nobis teſtatur.

Mandatum.

Peccatum. Iniquitas.

PECCATVM dicitur hoc capite ἀνομία, id eſt, legis tranſgreſſio & præuaricatio, ſumma uidelicet iniquitas, cùm ſciens & uolens pereo.

Diabolus.

DIABOLVS Hebraicè pollet Satan. Significat autem utrunq́;, aduerſarium & calumniatorem. Huius ſtudia Iob 1. & 2. cap. plenius deſcribuntur, qui totus in eo eſt, ut nobis aduerſetur & noceat. Vnde Petrus ipſum ultimo Epiſtolæ ſuæ prioris, rugienti leoni, obambulanti, & quærenti, quem deuoret, ſimilem facit.

Homicida.

HOMICIDAE nomine, ueniunt inuidi, auari, immiſericordes.

Animæ nomine quid intelligimus.

FREQVENTER in ſacris literis Anima capitur pro ipſa Vita inquantum corpus uiuificat, atque uegetat. Iob 1. Animam eius ne tangas. Id eſt, uitam Matth. 6. Ne ſitis ſoliciti animæ ueſtræ. id eſt, ne curetis pro uita ueſtra, quid manducetis, &c. Item, Non'ne anima eſt plus, quàm eſca? id eſt, non'ne anima corpus ipſum uegetans, aut non'ne uita præſtat eſcæ? Similiter & hoc loco utitur Apoſtolus, Quoniam ille animam ſuam poſuit pro nobis.

Cauendus Antichriſtus: & proximus diligendus. CAP. IIII.

Chariſsimi,nolite omni ſpiritui credere,ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint:quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in Mundum. In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei: omnis ſpiritus,qui confitetur IESVM Chriſtum in carne ueniſſe,ex Deo eſt: & omnis ſpiritus,qui ſoluit IESVM, ex Deo nõ eſt.Et hic eſt Antichriſtus,de quo audiſtis quoniam uenit, & nunc iam in Mundo eſt. Vos ex Deo eſtis filioli, & uiciſtis eos. quoniam maior eſt,qui in uobis eſt,quàm qui in Mundo. Ipſi de Mundo ſunt: ideo de Mundo loquuntur, & Mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus. Qui nouit Deum: audit nos,qui non eſt ex Deo: non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum ueritatis & ſpiritum erroris. Chariſsimi,diligamus nos inuicem: quia charitas ex Deo eſt.Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, nõ nouit Deum: quoniam Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum unigenitum miſit Deus in Mundum,ut uiuamus per eum.In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos,et miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Chariſsimi, ſi ſic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo uidit unquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimus,quòd in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos uidimus & teſtificamur, quoniam pater miſit filium ſuum ſaluatorem Mundi.Quiſquis cõfeſſus fuerit,quoniam IESVS eſt filius Dei: Deus in eo manet, & ipſe in Deo.Et nos cognouimus,& credidimus charitati,quã habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo.In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc Mundo.Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas,foras mittit timorem,quoniam timor pœnam habet. qui autem timet: non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum;quoniam Deus prior dilexit

In hoc cognoſcitur] cognoſcitis uel cognoſcite Spiritum Dei.
Soluit Ieſum] non confitetur Chriſtũ in carne ueniſſe.
Venit] præſentis temporis.
Ipſi de Mũdo] ex Mundo. ex affectu Mundi eius ſunt.

Spiritus quomodo probandi.

Antichriſtus.

Ioan. 1.f

Natus ex Deo.
Charitas Dei.

Ioan. 3.b

Ioan. 1.b
1. Timoth. 6.b

Confiteri Chriſtum.

In charitate:] cum charitate. In, pro Cum:
Pœnã] cruciatum.

Ioã.13.d. 15.b
Epheſ.5.a

lexit nos. Si quis dixerit, Quoniam diligo Deum: & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem uidet: Deum, quem non uidet, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo: ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

Spirituũ probatio habẽda.

Spiritus nomine quid intelligitur.

Chariſsimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. *Præmonuit Spiritum Dei in ijs, qui beneficentiam diligenter excoluerint, manere, nunc occaſione & argumento à fine ſumpto, diſſerit de ſpirituum probatione, adhortans ne cuiuis ſpiritui credant. Erant enim Ioannis temporibus, qui ſua mendacia ſpiritus titulo commendabant. Per ſpiritum, dogma, ſenſum, & mentem doctoris intelligit.*

Lupi rapaces.
Hæreticorum index.
Pſeudopropheta.
Doctrina cum delectu recipiẽda.

Quoniam multi pſeudoprophetę exierunt in Mundum. *Cauete (ait) uobis. Quia quod prædixit præceptor noſter, & uerebamur, accidit. Attendite (inquit) à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. À fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus? Pſeudoprophetas dicit Apoſtolus, qui cùm re uera non ſint prophetæ, aliquam tamen propheticam præ ſe ferunt ſpeciem. Et hæc eſt cauſa, propter quam non omnem doctrinam ſine delectu recipiant uiri catholici.*

Spirituũ inquirendorum modus.
Confiteri.
Ieſus eſt perſona in diuinis.
Cõfeſsio Chriſtiana.
Doctrina orthodoxa.
Regula probãdi ſpiritus.

In hoc cognoſcitur Spiritus Dei, &c. *Occupatio eſt. Rogabunt fortaſſe ſimpliciores, Quomodo probandi ſunt ſpiritus, ſiue dogmata, & doctrinæ, an ex Deo, an hominibus ſint? Reſpondet, Regulam & modum inquirendi præſcribens, Omnis ſpiritus, qui confitetur* IESVM *Chriſtum in carne ueniſſe, ex Deo eſt. Hæc uerba multam uim & grandem ſenſum continent: quæ diligentius meditanda ueniunt. Confitetur, qui indubitatè et certiſsimè rei, de qua fit confeſsio, innititur, eamq́; palàm uerißimã eſſe pronuntiat. Hoc explicatiſsimè declarat Paulus Rom. 10. Hebr. 11. & Matth. 10. Cum dicit* IESVM *Chriſtum in carnem ueniſſe, in primis uult intelligamus* IESVM *ueniſſe, id eſt, hominem factum eſſe, & antè quàm uenerit, fuiſſe. Eſt ergo neceſſe, fateamur* IESVM *eſſe perſonam in diuinis, hoc eſt, eſſe filium Dei, Patri conſubſtantialem, & coæternum. Veniſſe in carne, hoc eſt, hominem induiſſe, nobiſcum uerſatum eſſe, uerè, et non ſimulatè induiſſe infirmitates noſtras citra maculam, propterea mortuum eſſe, & reſurrexiſſe, atque hac uia nos redemiſſe, & Patri reconciliaſſe, ad quem aſcendit. In eo uno eſſe uerum ſacerdotium, pontificatum, redemptionem, ſalutem, & ueritatẽ æternam, id eſt, redemptionem, ſalutem, & ueritatem æternam. Hæc eſt doctrina orthodoxa. Qui hæc docẽt, ſunt ex Deo. Ex his colligendũ eſt, Apoſtolum docere non ſolùm* IESVM *ueniſſe in carne, quaſi de humana tantùm natura loquutũ putauerimus: ſed de toto Chriſto ſecundum utranque naturam & humanam & diuinam. Nam unus eſt in duabus manens diuerſis ſubſtantijs, iuxta Symbolum Athanaſij, Vnus eſt Chriſtus, non cõuerſione diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum. Vnus, inquam, non confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate perſonæ. Nam ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo: ita Deus & homo unus eſt Chriſtus. Iſta eſt regula, qua probandi ſunt ſpiritus.*

Soluere Ieſum.

Et omnis ſpiritus, qui ſoluit IESVM, ex Deo non eſt. *Peculiare eſt huic Apoſtolo contrariam ſententiam priori ſubiungere, ut clarius & apertius loquatur, & ſcribat quæ animo concepit. Omnis ſpiritus, qualiſqualis ille fuerit, qui ſoluit* IESVM, *id eſt, ſeparat à* IESV *aut diuinam, aut humanam naturam, non eſt ex*

Deo

Deo. Hoc facit aduerſus hæreticos, quorum alij Chriſto ſic tribuebãt humanã naturam, ut adimerent diuinam: Alij ſic tribuebant diuinam, ut adimerent humanam: Alij ſemihominem uolebant, ſic tribuentes corpus humanum, ut negarent illi fuiſſe animã humanã.

Et hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis, quoniã uenit, & nunc iam in Mundo eſt. *Exemplo dilucidius exponit, quod ſuperius ſecundo capite dixit, Et ſicut audiſtis, quia Antichriſtus uenit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt. Exiſtimo tẽporibus Apoſtolorum fœtidum Antichriſti olfactũ, eiusq; multam uim cœpiſſe, ſed nunc conſummatam eſſe, & omnino ferè abſolutam. Hiſtorijs docemur Turcicã ſuaſionem ex Arrij & Neſtorij hæreſibus collectam magnis blaſphemijs Chriſtum proſcidiſſe. Nunc uerò paſtores quoſdã Eccleſiæ laruatos uidemus mercenarios, quæſtui unicè ſtudentes, ſuppilatam Dei Eccleſiam, eandem tributariam. Et, quod deterrimum eſt, tanta hæreſi magna ex parte quoſdam obcæcatos eſſe, ut in hanc inciderint blaſphemiam, qua ipſum Chriſtum ſciderint, à ſacro altari expulerint, ſacroſanctam Miſſam deleuerint, altaria euerterint, diuorũ cultus et imagines ſuſtulerint, uota et monaſteria uiolauerint. Quid? quod huiuſmodi multis in locis impunè non liceat? Prô dolor, hi quorum intereſt ueritatem annuntiare tacent, magis corpori & uitæ ſtudentes, quàm Deum, qui & animam & corpus perdere poteſt, timentes. Et hic eſt Antichriſtus, hoc eſt, hic ille eſt Antichriſti ſpiritus cum meretrice illa magna, de qua meminit Ioan. Apocal. 17. Cuius doctrina & ſpiritus aduerſatur doctrinæ Dei, & ſuæ ſponſæ Eccleſiæ, ad quam recurrendum eſſe, cum de re quapiam controuertitur, nemo orthodoxus dubitauerit. Cuius autoritatem docet Paulus 1. ad Timoth. 3. Hæc tibi ſcribo, fili Timothee, ut ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei uiui, columna & firmamentũ ueritatis. Ergo cùm ſit columna & firmamentum ueritatis, ad hanc, tanquam ad anchoram, accedendum eſt, ut tuti hoc mare nauigemus in doctrina, quam à Spiritu directore infallibili, & nõ ab alio, habet. Non eſt, quòd animos deſpondeamus, cùm tam deformem laruam uidemus. Solatio nobis erit, quod Paulus Roma. 11. dicit, Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit. An neſcitis in Elia, quid dicit Scriptura: quemadmodum interpellat Deũ aduerſum Iſraël? Domine, prophetas tuos occiderũt, & altaria tua ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinũ reſponſum? Reliqui mihi ſeptem millia uirorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tẽpore, reliquiæ ſecundũ electionẽ gratiæ, factæ ſunt. Hactenus ille.*

Turcica origo.

Hæreticorum notæ.

Eccleſia ueritatis colũna.

Vos ex Deo eſtis, filioli, & uiciſtis eos. *Conſolatoria adhortatione mitigat ſermonem, quo fortaßis perterriti, & magno in diſcrimine conſtituti uidebãtur audientes, Et hic eſt Antichriſtus, &c. Dixi multos eſſe in Mundo Antichriſtos, ſed nihil apud uos poterunt: iam illos uiciſtis. Quaſi dicat, Non eſt, quod ſoliciti ſitis, quibus armis illos expugnetis. Eſtis enim filij Dei, à quo Spiritum ipſum in pignus hæreditatis accepiſtis: qui cum ſit paracletus & ueritatis doctor indefeſſus & conſtans, non permittet uos ductari omni uento doctrinæ. Tantum abeſt, ut non uincatis, qui uerè uiciſtis. Verbo præteriti Viciſtis, uſus eſt, pro Vincetis: ut alacriores & paratiores reddat filiolos ſuos ad quæuis, etiam duriſsima pro Euangelio ferenda. Obſeruabis. Quicunque uincit Antichriſtos, non ex ſe uincit, ſed quia ex Deo eſt. Hæc uictoria, uirtus, & donum Dei eſt, ut ne quis glorietur.*

Filij Dei uictores Antichriſti.

Quoniam maior eſt, qui in uobis eſt, quàm qui in Mundo. *Nolite gloria quadam uana & humana ineſcari, cùm uideritis uos uiciſſe Antichriſtum: id non uirtute ueſtra, aut uiribus factum eſt, ſed ipſius ſpiritus gratia & dono in uobis ma-*

Victoria in Antichriſtũ à Deo

nentis: qui maior eſt, quàm diabolus cum toto Mundi ſatellitio. Ille creator, hic creatura. Ille dominus, hic ſeruus fugitiuus & transfuga. Ille lux, hic tenebræ. Ille robur & fortitudo, hic imbecillitas, imò hic ligatus eſt mille annis, Apoc. 20. Ille uobis datus eſt in defenſionem & conſeruationem iuxta promiſſum Patris noſtri IESV *Chriſti, Ioã. 14. Si diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æternum, Spiritum ueritatis, quem Mundus nõ poteſt accipere, quia nõ uidẽt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud uos manebit, et in uobis erit. Huc pertinet, quod dicebat* CHRISTVS *Ioã. 16. In Mũdo preſſurã habebitis: ſed cõfidite, ego uici Mundũ. Nolite ergo tam anxiè ſolicitii eſſe pro defenſione: cùm is in uobis ſit, cuius præſidio uires & aſtutiam iſtorum expugnabitis.*

Spiritales ſpiritalia tractant.

Ipſi de Mundo ſunt, ideo de Mundo loquuntur, &c. *Eleganti admodum antitheſi eos, qui ab Euangelio recedunt, quòd hæreticos, & eorum ſectatores multitudine & proſperitate ualere uideant, reprimit, cauſas utriuſq; obſeruantiæ ſpiritalis & mundialis adducens. Doctrina Euangelica è cœlo eſt: ſunt ergo Euangelici doctores, cœleſtes. Quò fit, ut paucos in Mundo offendamus ueri Dei cultores, Mundus enim è terra terrenos & lucifugas habet ſectatores. Hi quod placet Mundo & ſpiritui aduerſatur, loquuntur: illi quæ Mundi ſunt aſpernantes, docent cœleſtia: quos nõ mundiali, ſed ſolo Dei ſpiritu ducti audiunt. Qui enim ex Deo eſt, dicebat* CHRISTVS, *uerba Dei audit. Ioannis 8.*

In hoc cognoſcimus ſpiritum ueritatis, & ſpiritum erroris. *In hoc, id eſt, per hoc, ut puta per hæc ſigna, quæ nobis parent, uidemuſq; quoſdã oblectari cùm de Chriſto & eius religione fit mentio: alios uerò Chriſtianam pietatem odiſſe: cognoſcimus qui ex Deo ſunt, qui'ue ex Mundo & Antichriſto. Quicquid negotij habet probatio ſpirituum, doctrinarum, & dogmatum, paucis hactenus diſſeruiſſe ſufficiat.*

Charitas ex Deo.
Deus charitas eſt.
Trinitatis opera interna.

Chariſsimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt. *Digreſſus erat ab inſtituto, ut paucis abſolueret de probandis ſpiritibus. Nunc redit ad explicandas charitatis partes, eiuſq; ingenium & naturam, argumento à cauſa ſumpto. Qui ſunt ipſius Dei, neceſſe eſt cum Deo communicent, qui ſuapte natura charitas eſt. Deus enim Pater effulgens in ſeipſo ſeipſum cognoſcit, & generat filium, à quibus eſt & effulgentia procedens, quæ eſt Spiritus ſanctus, amor, & nexus utriuſq;, qui totũ illuminans Mundum, ea charitate nos inflammat, uel effulgẽtia nos in fide illuminat, qua filium* IESVM *uerè cognoſcimus, per quem ad Patrem acceſſum habemus & ſaluamur. In his rogo te, quiſquis es, legito ſi quid eſt, quod charitas eſſe non poſsit. Eſt ergo Deus ipſa charitas. Sed quæ Deo ſecundum naturam & ingenium cõpetunt, nulli creaturæ conueniunt ex natura. Fit ergo ut charitas omnis ſit à Deo.*

Dilectione naſcimur ex Deo

Auxeſis.

Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. *Pulchra antitheſi docet charitatem omnem à Deo eſſe, effectumq; ipſius charitatis non ab alio, quàm à Deo quærendum eſſe. Natura ipſa comparatum eſt, ut filij, parentũ mores, & animi dotes referant. Si charitatis opera & beneficentiã exercuerimus, id argumento eſt, nos repræſentare Patrem, imò ueros eſſe filios illius, qui charitas eſt. Generamur & dicimur filij Dei per charitatem, ſi illam & habuerimus & exercuerimus. Obſeruabis interim, Apoſtolum nominaſſe Deum charitatem per auxeſim, id eſt, augmẽtum, qui non modò eſt charitas, ſed etiam abſolutum charitatis exẽplar. Eadem ratione hominem proſtitutæ impudentiæ appellamus impudentiã, hominem impensè clementẽ, clementiã. Deum ſummè charum ipſiſsimam charitatem iure nuncupamus. Addidit, Et cognoſcit*

Patrem

Patrem, quia refert, & indefeſſo beneficentiæ exercitio oſtēdit ſe habere Deum Patrem, quem & uerbo & opere profitetur. Huc pertinet, quod Paulus ad Galat. 4. dicit, Nunc *autem cùm cognoueritis Deum, imò cogniti ſitis à Deo. Non quòd antea Deus hos non cognouerit: ſed quòd illis Deus innotuerit, dederitq́; illis gratiam, qua cognouerunt Deum. Quòs ſi quis eſt, qui caret, neq; Deum cognoſcit, neque imitatur.*

Cognoſcere Deum.

Qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas eſt. *Alteram partem antitheſis addit, Charitas & dilectio mutua ſunt à Deo: atque qui diligit, ex Deo natus eſt. Ergo qui mutuam non exercent dilectionem, neq; Deum cognoſcunt, neque ipſius imaginem referunt. Tenebræ lucem non patiuntur. Sed qui non diligit, in tenebris ambulat. non eſt igitur Dei cognitio (quam Apoſtolus lucem dicit) in eo, qui non diligit.*

Dilectionis uirtus.

In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut uiuamus per eum. *Dixerat Deum ipſum non ſolùm charitatem eſſe, ſed etiam eſſe ipſius charitatis cauſam efficiētem. Quod exemplo, & ipſis actis probat, alludens ad id, quod in Ioan. 3. dicebat charitatis autor, Sic enim Deus dilexit Mundum, ut filium ſuum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam. Quibus indicijs, quibus'ue rebus magis pretioſis potuit Deus erga nos charitatem ſuam manifeſtare? Commendatur Abraham, quòd filium unicum Deo obtulerit. At non interijt. Quantò magis commendabimus Dei in nos charitatem? Qui Deus Deum filium ſuum unigenitum nobis impendit, iuſtum moriturū pro iniuſtis & impijs, tradidit, inquam, hoſti & Mūdo impio ſummum decus cœli, ſuasq́; illas gratiſſimas delicias in mortem, ut à mortis tyrannide erueremur. Quæ alia inuenta eſt, inueniri'ue poteſt ardentior charitas? nulla certè. Subiunxit, Vt uiuamus per eum. Ille enim Ioan. 10. ait, Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Perieramus, morte occupabamur, & peccato illo primi parētis interieramus. Reſurgēdum ergo erat, non per hominem purum, quia omnis huiuſmodi mors ipſa eſt: ſed per eum, qui Deus & homo eſt. dicens in Euangelio, Ego ſum uia, ueritas & uita. Qui credit in me, non morietur in æternum.*

Charitas Dei in nos.

In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. *Auget & amplificat totum charitatis Dei in nos negotium, non ſine occupatione, qua tacitè reſpondet ijs, qui exiſtimarunt miſſionem hanc filij Dei ad nos, ſuis meritis factam. Non eſt quod quis criſtas erigat, tribuens ſuis uiribus, quòd Filius Dei factus ſit homo. Nam prius nos dilexit Deus, quàm hunc dilexerimus: imò noſtra in Deum dilectio originem habet ab ipſo Deo, qui charitas eſt. Non noſtris meritis ſalutem noſtram & iuſtificationem nobis comparauimus. Nam, ut Paulus ait Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante Mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per* IESVM *Chriſtum in ipſum: ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ. hoc eſt, ſecundum ſuum beneplacitum. Quod ſubiunxit, amplificatio eſt eius, quod prædixit, Quoniam filium ſuum unigenitum miſit Deus in Mundum, ut uiuamus per ipſum. Beatus Auguſtinus hunc enarrans locum, legit, Et miſit filium ſuum litatorem peccatis noſtris. Litatorem, id eſt, ſacrificatorem. Sacrificauit pro peccatis noſtris. Vbi inuenit hoſtiam? Vbi inuenit uictimam, quam puram uolebat offerre? Aliud non inuenit, ſeipſum obtulit. Hæc ille.*

Filij Dei miſſio gratuita.

Litator Chriſtus.

Chariſsimi, ſi ſic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum

diligere

nentis : qui maior eſt, quàm diabolus cum toto Mundi ſatellitio. Ille creator, hic creatura. Ille dominus, hic ſeruus fugitiuus & transfuga. Ille lux, hic tenebræ. Ille robur & fortitudo, hic imbecillitas, imò hic ligatus eſt mille annis, Apoc. 20. Ille uobis datus eſt in defenſionem & conſeruationem iuxta promiſſum Patris noſtri IESV *Chriſti, Ioã. 14. Si diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æternum, Spiritum ueritatis, quem Mundus nõ poteſt accipere, quia nõ uidẽt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud uos manebit, et in uobis erit. Huc pertinet, quod dicebat* CHRISTVS *Ioã. 16. In Mũdo preſſurã habebitis: ſed cõfidite, ego uici Mundũ. Nolite ergo tam anxiè ſoliciti eſſe pro defenſione: cùm is in uobis ſit, cuius præſidio uires & aſtutiam iſtorum expugnabitis.*

Ipſi de Mundo ſunt, ideo de Mundo loquuntur, &c. *Eleganti admodum antitheſi eos, qui ab Euangelio recedunt, quòd hæreticos, & eorum ſectatores multitudine & proſperitate ualere uideant, reprimit, cauſas utriuſq; obſeruantiæ ſpiritalis & mundialis adducens. Doctrina Euangelica è cœlo eſt: ſunt ergo Euangelici doctores, cœleſtes. Quò fit, ut paucos in Mundo offẽndamus ueri Dei cultores, Mundus enim è terra terrenos & lucifugas habet ſectatores. Hi quod placet Mundo & ſpiritui aduerſatur, loquuntur: illi quæ Mundi ſunt aſpernantes, docent cœleſtia: quos nõ mundiali, ſed ſolo Dei ſpiritu ducti audiunt. Qui enim ex Deo eſt, dicebat* CHRISTVS, *uerba Dei audit. Ioannis 8.*

Spiritales ſpiritalia tractant.

In hoc cognoſcimus ſpiritum ueritatis, & ſpiritum erroris. *In hoc, id eſt, per hoc, utputa per hæc ſigna, quæ nobis parent, uidemuſq; quoſdã oblectari cùm de Chriſto & eius religione fit mentio: alios uerò Chriſtianam pietatem odiſſe: cognoſcimus qui ex Deo ſunt, quí ue ex Mundo & Antichriſto. Quicquid negotij habet probatio ſpirituum, doctrinarum, & dogmatum, paucis hactenus diſſeruiſſe ſufficiat.*

Chariſsimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt. *Digreſſus erat ab inſtituto, ut paucis abſolueret de probandis ſpiritibus. Nunc redit ad explicandas charitatis partes, eiuſq; ingenium & naturam, argumento à cauſa ſumpto. Qui ſunt ipſius Dei, neceſſe eſt cum Deo communicent, qui ſuapte natura charitas eſt. Deus enim Pater effulgens in ſeipſo ſeipſum cognoſcit, & generat filium, à quibus eſt & effulgentia procedens, quæ eſt Spiritus ſanctus, amor, & nexus utriuſq;, qui totũ illuminans Mundum, ea charitate nos inflammat, uel effulgẽtia nos in fide illuminat, qua filium* IESVM *uerè cognoſcimus, per quem ad Patrem acceſſum habemus & ſaluamur. In his rogo te, quiſquis es, legito ſi quid eſt, quod charitas eſſe non poßit. Eſt ergo Deus ipſa charitas. Sed quæ Deo ſecundum naturam & ingenium cõpetunt, nulli creaturæ conueniunt ex natura. Fit ergo ut charitas omnis ſit à Deo.*

Charitas ex Deo.
Deus charitas eſt.
Trinitatis opera interna.

Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. *Pulchra antitheſi docet charitatem omnem à Deo eſſe, effectumq; ipſius charitatis non ab alio, quàm à Deo quærendum eſſe. Natura ipſa comparatum eſt, ut filij, parentũ mores, & animi dotes referant. Si charitatis opera & beneficentiã exercuerimus, id argumento eſt, nos repræſentare Patrem, imò ueros eſſe filios illius, qui charitas eſt. Generamur & dicimur filij Dei per charitatem, ſi illam & habuerimus & exercuerimus. Obſeruabis interim, Apoſtolum nominaſſe Deum charitatem per auxeſim, id eſt, augmẽtum, qui non modò eſt charitas, ſed etiam abſolutum charitatis exẽplar. Eadem ratione hominem proſtitutæ impudentiæ appellamus impudentiã, hominem impensè clementẽ, clementiã. Deum ſummè charum ipſiſſimam charitatem iure nuncupamus. Addidit, Et cognoſcit*

Dilectione naſcimur ex Deo

Auxeſis.

Patrem

Patrem, quia refert, & indefeſſo beneficentiæ exercitio oſtēdit ſe habere Deum Patrem, quem & uerbo & opere profitetur. Huc pertinet, quod Paulus ad Galat. 4. dicit, Nunc autem cùm cognoueritis Deum, imò cogniti ſitis à Deo. Non quòd antea Deus hos non cognouerit: ſed quòd illis Deus innotuerit, dederitq́; illis gratiam, qua cognouerunt Deum. Quis ſi quis eſt, qui caret, neq; Deum cognoſcit, neque imitatur. Cognoſcere Deum.

Qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas eſt. *Alteram partem antitheſis addit, Charitas & dilectio mutua ſunt à Deo: atque qui diligit, ex Deo natus eſt. Ergo qui mutuam non exercent dilectionem, neq; Deum cognoſcunt, neque ipſius imaginem referunt. Tenebræ lucem non patiuntur. Sed qui non diligit, in tenebris ambulat. non eſt igitur Dei cognitio (quam Apoſtolus lucem dicit) in eo, qui non diligit.* Dilectionis uirtus.

In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut uiuamus per eum. *Dixerat Deum ipſum non ſolùm charitatem eſſe, ſed etiam eſſe ipſius charitatis cauſam efficientem. Quod exemplo, & ipſis actis probat, alludens ad id, quod in Ioan. 3. dicebat charitatis autor, Sic enim Deus dilexit Mundum, ut filium ſuum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam. Quibus indicijs, quibuſ'ue rebus magis pretioſis potuit Deus erga nos charitatem ſuam manifeſtare? Commendatur Abraham, quòd filium unicum Deo obtulerit. At non interijt. Quantò magis commendabimus Dei in nos charitatem? Qui Deus Deum filium ſuum unigenitum nobis impendit, iuſtum moriturū pro iniuſtis & impijs, tradidit, inquam, hoſti & Mūdo impio ſummum decus cœli, ſuaſq́; illas gratiſſimas delicias in mortem, ut à mortis tyrannide erueremur. Quæ alia inuenta eſt, inueniri'ue poteſt ardentior charitas? nulla certè. Subiunxit, Vt uiuamus per eum. Ille enim Ioan. 10. ait, Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Perieramus, morte occupabamur, & peccato illo primi parētis interieramus. Reſurgēdum ergo erat, non per hominem purum, quia omnis huiuſmodi mors ipſa eſt: ſed per eum, qui Deus & homo eſt, dicens in Euangelio, Ego ſum uia, ueritas & uita. Qui credit in me, non morietur in æternum.* Charitas Dei in nos.

In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. *Auget & amplificat totum charitatis Dei in nos negotium, non ſine occupatione, qua tacitè reſpondet ijs, qui exiſtimarunt miſſionem hanc filij Dei ad nos, ſuis meritis factam. Non eſt quod quis criſtas erigat, tribuens ſuis uiribus, quòd Filius Dei factus ſit homo. Nam prius nos dilexit Deus, quàm hunc dilexerimus: imò noſtra in Deum dilectio originem habet ab ipſo Deo, qui charitas eſt. Non noſtris meritis ſalutem noſtram & iuſtificationem nobis comparauimus. Nam, ut Paulus ait Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante Mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per IESVM Chriſtum in ipſum: ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ. hoc eſt, ſecundum ſuum beneplacitum. Quod ſubiunxit, amplificatio eſt eius, quod prædixit, Quoniam filium ſuum unigenitum miſit Deus in Mundum, ut uiuamus per ipſum. Beatus Auguſtinus hunc enarrans locum, legit, Et miſit filium ſuum litatorem peccatis noſtris. Litatorem, id eſt, ſacrificatorem. Sacrificauit pro peccatis noſtris. Vbi inuenit hoſtiam? Vbi inuenit uictimam, quam puram uolebat offerre? Aliud non inuenit, ſeipſum obtulit. Hæc ille.* Filij Dei miſſio gratuita. Litator Chriſtus.

Chariſsimi, ſi ſic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum

diligere

diligere. *Hortatur exemplo Chriſti ad non uulgarem, ſed ardentiſſimam & flagrantiſſimam charitatem. Id natura comparatum eſt, ut filij parentes imitentur & referant. Cùm ergo nos tam impenſè Deus dilexerit, ut etiam proprio filio nō pepercerit, ſed pro nobis illum tradiderit: iuſtiſſimum eſt ut Patrem imitemur, hoc eſt, ut mutuò diligamus. hoc eſt, ut non modò ſubſtātiam egentibus largiamur: ſed &, ſi neceſſe fuerit, uitam ipſam profundamus. Hanc charitatem docuerunt hi, quorum mentionem Paulus Roma. 16. facit. Salutate, inquit, Priſcam & Aquilam adiutores meos in Chriſto* IESV, *qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt, quibus non ſolùm ego gratias ago, ſed & cunctæ Eccleſiæ gentium.*

Dilectio mutua.

Deum nemo uidit unquam. *Nolim putetis (ait Apoſtolus) charitatem hanc, cuius hîc negotium tracto, pendêre à uiſione Dei, quaſi uerò non poſſimus dilectionis beneficētiam exercere, niſi Deum ipſum uiderimus. Ille lucem habitat inacceſſibilem. Eſtq; uerum, quod Exodi 33. ſcriptum eſt, Non uidebit me homo, & uiuet. Deum nemo uidit unquam. Res eſt inuiſibilis Deus: ſicut ſcriptum eſt Iſaiæ 64. ait Paulus 1. Corin. 2. Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum. Oculus noſter ſpiritalis eſſe debet. Erit igitur ipſe ſpiritus, qui illuminabit nos, ut uideamus pura illa fide, quem poſtea uidebimus ſicuti eſt. Non ergo Deum quæramus oculo noſtro corporeo, qui corde quærendus eſt. Quemadmodum, qui ſolem ipſum indiſpoſitis oculis non intuetur, ita qui Deum uidere deſiderant, oculum, quo conſpiciant, præparent neceſſe eſt. At quis iſte oculus? Reſpondeat lux ipſa Matt. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Deum, id eſt, ipſam diuinam eſſentiam, ſeu ipſam diuinitatem nemo uidit. Quòd ſi alicubi legamus Deum à prophetis uiſum: id certè ſub forma uel ſpecie aliqua factum, qua ſeſe uoluit hominum oculis ingerere. Multa de his perleges apud Ambroſium libro de incarnatione Domini. & Tertullianum in opere aduerſus Praxeam pro ſacroſancta Trinitate edito.*

Deus res inuiſibilis.

Oculus ſpiritalis & corpore'.

Deus corde quærendus.

Deum nemo uidit unquam.

Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. *Quandiu hîc uerſamini, non eſt, quod quæratis diuinitatem hic uidere. Non enim uult ille uos hic beatos, & uiſione illa beata frui, aliò abeundum eſt. Sat ſit uobis ſi intellexeritis Deum in nobis manere, hoc eſt, nos fœdere & amicitia Deo eſſe coniunctos. Qui autem ſic coniunctus eſt Deo, quomodo poteſt ſine Deo eſſe? Imò quomodo non illum habere hoſpitem? Si diligamus inuicem, id eſt, ſi mutuam inter fratres & proximos exercuerimus charitatis beneficentiam, id ſi fiat, charitas eius in nobis perfecta eſt. id eſt, mutua noſtra charitas certiſſimum ſignum eſt diuinæ amicitiæ in nobis, quæ nos inſtruit & apparat ut operemur, & mutuam exerceamus dilectionem. Et id eſt, cur perfectam hîc uocat. Nam qui diligit, ex Spiritu Dei diligit. hic autem Spiritus Dei coniungit Deum homini, & hominem Deo.*

Deum in nobis manere qd̄ eſt?

Charitas perfecta in fidelib'.

Vinculum Dei & hominis.

In hoc cognoſcimus, quòd in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. *Amplificat & clarius docet, quæ paulò antè dixit, Deum in nobis manere, & charitatem eius in nobis perfectam eſſe. In hoc, id eſt, ex hoc cognoſcimus, quòd in eo manemus, & ipſe in nobis, Quia de ſpiritu ſuo dedit nobis. Vnde ſcis, quia de ſpiritu eius acceperis? Res non eſt uiſibilis. Hæc coniunctio, qua Deo unimur, non corporea eſt, non ſubeſt oculorum iudicio: ſpiritalis eſt, ob id ſolùm pijs nota eſt. Sed interim interroga uiſcera tua: quæ ſi apparata & inſtructa eſſe ſenſeris ad beneficentiam, ſi plena intellexeris charitate, id tibi proximo ſit argumento, te habere ſpiritum Dei, huiuſmodi enim exercitia à ſpiritu ſunt. Huc pertinet, quod*

Signū quo cognoſcim' Deū in nobis manere.

Paulus Roma. 5. dicit, Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

Et nos uidimus & teſtificamur, &c. *Ne pugnantia dixiſſe alicui uideretur, redit ad id quod dixerat, Quoniam filium ſuum unigenitum miſit Deus in Mundum. De cuius tamen fortaſſe dignitate uidetur nonnihil detrahere, quod ſubiungit, Deum nemo uidit unquam. Quaſi uerò ex his conijcere poſſet quiſpiam Chriſtum nõ eſſe Deum. Nos (inquit) uidimus his noſtris oculis tum corporeis tum ſpiritualibus* IESVM *Chriſtum, & uirtutem eius, propter quam teſtificamur hunc à patre miſſum, & eſſe Mundi ſaluatorem. Nempe hunc uidimus, uirtutes & miracula operantem, mortuum, & reſurrexiſſe, uerſatumq́; eſſe nobiſcum poſt reſurrectionẽ quadraginta diebus. Teſtificamurq́; de ijs, quæ tum ipſe, tum eius ſpiritus cœlitus ad nos demiſſus, admandauit nobis. Hunc uidimus cœlos aſcendentem: quem teſtificamur ad Patris dexteram ſedere. Non uiderat Apoſtolus diuinitatem ipſam: Sed quia Deus humanam naturam induerat, hinc dicunt ſe Deum uidiſſe. Similiter & prophetæ, qui ſub aliqua ſpecie Deum uiderunt. Propter aſſumptam humanitatem & unitam diuinitati, huiuſcemòdi loquutionibus catholicè utimur, Vidimus Deum in ſacroſancta Miſſa. Parochus tulit Deum ad ægrotum. Deum recepimus. & alijs permultis ſic loquendi formulis non abſimilibus his, quibus dicimus Deum natum de Virgine, paſſum, mortuum, ſepultum, & reſurrexiſſe. Poteſt huius clauſulæ ſenſus non ſolùm ad perſonam Chriſti referri, ut oſtenſum eſt: ſed etiam ad totius Euangelij negotium. Eritq́; ſenſus, Euangelizamus uobis* IESVM *Chriſtum uitam, ſalutem, propitiationem, & redemptionem Mundi. At quæcunque de eo prædicamus, certiſſima & ueriſſima eſſe teſtificamur. Illa enim ſcimus compertiſſima eſſe.*

Deum uiderũt apoſtoli, et prophetæ.

Cõmunicatio idiomatũ propter unitã diuinitati humanitatem.

Quiſquis confeſſus fuerit, &c. *Hortatur ad perfectam confeſſionem, quæ nulla hæreticorum machina & fraude poterit expugnari, nec perſequentium infidelium tormentis conquaſſari, neque ullis carnis blanditijs demoliri. de qua abundè Paulus in fine 8. cap. Ad Roma. Confitendum eſt uerbis & factis,* IESVM *eſſe filium Dei, eſſe Deum & hominem, iuſtitiam, ſalutem, & propitiationem Mundi. Hanc confeſſionem caro non ſuggerit, ſed ipſe ſpiritus, qui habitat in te. Hanc certiſſimam perſuaſionem qui habet, in Deo eſt, & Deus in eo manet. hoc eſt, uerè Chriſtianus eſt, Deumq́; non ſolùm ſibi præſentem, ſed & in ſe habitantem, propitium, & benignum habet.*

Confeſsionis perfectæ de Chriſto fruct⁹.

Et nos cognouimus & credidimus, &c. *Non ſolùm mihi probatiſſima et exploratiſſima ſunt quæ docui de fide in* IESVM *filiũ Dei: ſed & certiſſima ſunt quæcunq́; de charitate uobis annuntio. Quòd ſi quis rogauerit me, Quæ? hæc:*

Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, &c. *Probat quod dixit. Ex operibus ipſis certiſſimum eſt, Deum eſſe charitatem, ut iam multis aperuimus. Qui ergo mutuam beneficentiam & charitatem exercet, hoc eſt, qui flagrantiſſimè proximũ propter Deũ amat, & fidelem ſe exhibet, neceſſe eſt, hunc in charitate manere. Ergo & in Deo & Deum in eo. Fidelis enim eſt, ſeipſum negare non poteſt. Promiſit ſe mãſurum in eo, qui pietatis officia exercuerit. Qui diligit me, ait ille, ſermonẽ meũ ſeruabit. Ego, & Pater meus ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus.*

In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die iudicij. Quia ſicut ille eſt, et nos ſumus in hoc Mundo. *Duo certiſſima ſigna adducit, quibus perfectam & abſolutam charitatem oſtendit: uocans perfectam charitatem non ſolùm dilectionem mutuam, ſed etiam ipſam religionem Chriſtianam, quæ fide & charitate abſoluitur. Habere fiduciam in die iudicij, eſt, non*

Charitatis perfectæ ſignum.

Charitas perfecta.

timere ne ueniat dies iudicij, Sed expectare firma & incõcuſſa cõſcientia aduentũ magni
Fiducia in die iudicij. *Dei. Quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc Mundo, hoc eſt, quãdiu hic ſumus, tandiu in-*
Vita noſtra *ſtituamus uitã noſtrã ad eius exemplũ & imitationẽ. In ea perſiſtamus fiducia, quæ fun-*
Chriſto conſiguranda. *damentum habeat ipſum Chriſtum: ut quemadmodum nihil eſt niſi mera erga nos chari-*
tas, ita & in hoc Mundo in eandem erga ipſum charitatem transformemur, hoc eſt, toti
charitate ardeamus. Sicut ille facit oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper
iuſtos & iniuſtos: ita & nos in hoc Mundo diligamus non ſolùm amicos, ſed & inimicos,
benefacientes etiam ijs, qui perſequuntur nos. Duabus ergo certis notis deprehendemus
an ueri ſimus Chriſtiani. Prima, ſi non timuerimus, ſed inconcuſſè expectauerimus diem
iudicij. Certa enim eſt ſpes, quæ non confundit. Secunda, ſi inſtituerimus uitam noſtram
ad imitationem IESV *Chriſti, ut purè & caſtè hanc uitam traijciamus.*

Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas, foras mittit ti-
morem. *Ex cõtextus circunſtantijs manifeſtum eſt de quo timore loquitur Apoſtolus.*
Subiungit enim, Quoniam timor pœnam habet, id eſt, cruciatum. Accipere uidetur ti-
Pœna ĩ timore. Timor ſeruilis. *morem pro deſperatione quadam, & conſcientia indefeſſis curis anxia. Charitatem uerò*
Charitas ſine timore quid eſt. *pro ea uiua fide, qua Deo eiusq́; promiſſis indiuulsè adhæremus certi, abſque ulla de-*
ſperationis nota. Iſte ergo erit Apoſtoli ſenſus, Qui uerè Chriſtianus eſt, cognoſcens &
amplexans magnum illud & amabile beneficium, quo Deus miſit filium ſuum propitia-
tionem pro peccatis, nunquam animum deſpondebit. Nam in eo eſt charitas & Chriſtia-
na religio abſoluta, quæ mittit foras timorem, id eſt, pacificat conſcientiam. O' meram
Hypocritarum terriculamẽta. *conſolationem! O' uerbum ſuaue aduerſus neſcio quos conſcientiarum carnifices, qui*
quæſtui ſtudentes nihil aliud, quàm gladios, ignem perpetuum, dæmones, & cruciatus,
& huiuſmodi euomunt, ex quibus nullus fructus: ſed magna conſciẽtiarum perturbatio,
& frequens deſperatio. His uolunt uideri ſanctiſſimi terroribus, ut muneribus ſalutati
profiteantur mirabili arte & cauteriata conſcientia ſuam imposturam, qua à paruulis
Sanctulorum imposturæ. *& ſimplicioribus, propter ea quæ foris parent, ſanctuli uocantur: qui re uera ſunt ea*
ſepulchra dealbata, de quibus multa agit Chriſtus in Euangelio. Quare docenda eſt hæc
abſoluta charitas, ad fugandos huiuſmodi impoſtores. Hæc omnem adimet conſcientiæ
inquietudinem, hac conſequentur fiduciam in die iudicij, territationes illorum contẽnent.
Pacem enim ex illa uiua fide conſequentur. Roma. 5. Iuſtificati ex fide pacem habe-
mus ad Deum. Huc pertinẽt quæ dicebat Chriſtus Ioan. 4. Omnis qui bibit ex aqua hac,
ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Et Ioã.
6. Ego ſum panis uitæ. qui uenit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet in
Timor filialis. *æternum. Obiter dictum putauerim, quendam eſſe timorem, quem filialem dicunt, qui eſt*
obſeruantia & ſtudium mandatorum Dei, & eius reuerentia, de quo Prouerb. 2. Ini-
tium ſapientiæ, timor Domini. Habens hunc timorem nihil pœnas & tormenta ueretur.
Omnia amore domini ductus agit, intelligens & cognoſcens quòd qui ſunt Domini, nihil
habent commune cum illis terriculamentis & ſpectris. Hunc timorem Latini reueren-
Tremor timoris comes. *tiam uocant. De hoc timore abundè ſcribit Eccleſiaſtes cap. ulti. Tremor ſæpe cum ti-*
more ſolet coniungi, ut Pſal. 2. & apud Paulum frequenter. Eſt & timor ſeruilis, quo
Timor ſeruilis. *quis mandatorum obſeruantiæ ſtudet ſolùm propter cruciatus uitandos. Hic uidetur*
Timor nocturnus. *delectari culpa, & ſolius pœnæ fugiendæ gratia operari. Eſt & nocturnus timor uerè*
ſeruilis, ubi omnia aguntur in infidelitate, in mera obliuione & contemptu Dei, quaſi
non ſit aliquis. Vnde fit iuſto Dei iudicio, ut impius, ſemper ſibi male conſcius, quum
Cain timore nocturno duct⁹ *Deum filiali timore non timeat, tamen omnia uel tuta timeat, uelut Cain, qui propriè*
hoc

hoc timore nocturno adficiebatur. Vnde Pſal. 13. Non eſt timor Dei ante oculos eorum. Illhic trepidauerunt timore ubi non erat timor. Et Prouerb. 28. Fugit impius nemine perſequente. Et Pſal. 34. Fiat uia illorum tenebræ. Hoc nimirum eſt, quod Deuter. 28. dicitur, Quòd ſi audire nolueritis uocem Domini, palpabitis in meridie, ſicut palpare ſolet cæcus in meridie. Hunc timorem, tanquam omnium malorum lernam, uitemus. Eſt & alius timor à natura inſitus, cuiuſmodi ſunt primi noſtri motus & affectus. Hunc indifferentem, hoc eſt, neque bonum neque malum dicunt. Timor naturalis.

Quoniam timor, &c. *Amplificat & docet quæ charitati aduerſantur, argumēto ab ingenio et natura ipſius timoris ſumpto. Charitas & dilectio lætam & pacificā reddunt conſcientiam: timor uerò triſtitiam, tormentum, & cruciatum ſuapte natura affert. Ergo is, cuius adhuc conſcientia ringitur, uarijsq; curis & ſcrupulis (ut ita dixerim) angitur, non eſt in charitate perfectus, hoc eſt, nondum ſe totum Deo & eius magnæ prouidentiæ cōmiſit. Agedum, Qui fieri poteſt, angatur & pungatur tua conſcientia cùm Deo religioſè adhæres, credens eum fidelem eſſe, qui non poſsit negare quicquam in fide petentibus? Hic eſt, de quo Paulus Romano. 8. dicit, Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Ergo ſi huic adhæſeris, non eſt qui accuſet, qui tuā pungat conſcientiam. Proprio non pepercit filio propter nos, ſed ſtans promiſsis hunc tradidit nobis, eum illo tradens omnia pacifica & læta, nempe mortem & eius laqueos fregit, clauſos cœlos aperuit, Satanam, & eius miniſtros ligauit. Qui ergo abſolutam habet charitatem, non angitur, non cruciatur, non deſperat: ſed lætus uerſatur in mandatis Dei, in quibus uolet nimis.* Charitas perfecta nō habet timorem. Conſcientia fidelis parata.

Nos ergo diligamus Deum, &c. *Summā totius negotij charitatis, ad quā tam diligenter animos accēdit, breui epilogo nunc perſtringit. Quemadmodū lux oculū ad uidendum attrahit: ita & dilectio, qua nos diligit Deus, ad ſui amorem nos allicit. Concludit ergo, nos habere charitatem, non à nobis, ſed ex Deo, atque uim dilectionis eſſe Spiritum ſanctum. Vnde enim diligeremus, niſi prius ipſe dilexiſſet nos? Hinc in Euangelio dicit, Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos.*

Si quis dixerit, &c. *Hipocriſim & uerborū fucum omnē abijcit, oſtendēs Deū neq; uerbis magnificis, neque ijs, qui ardentiſsimā dilectionem multis oſtētant, delectari, ſed opere ipſo charitatis. Non enim proximi inopia & inedia uerbis & magnifico ſermone, ſed opere & exhibita beneficentia leuatur. Ridiculum certè uidetur, cùm quis magnifica pauperi & egenti precatur, quem interim egentē dum uidet non iuuat, nihil præſtat, cùm poſsit. Hunc mendacem nō abs re dicit. Adeò enim dilectionē Dei et proximi Apoſtolus uult unita eſſe, adeoq; inter ſe cognata, ut neutra ſine altera eſſe queat.* Dilectio Dei et proximi unita & cognata.

Qui enim non diligit fratrem ſuum quem uidet, &c. *Quam cōiunctæ ſint dilectio Dei & dilectio proximi, collatione & comparatione ſimiliari probare contendit. Natura ipſa fit, & ita inditum eſt, ut quæ præſentia ſunt, magis nos moueant, quàm quæ nunquam uidimus, ſed ea ſolo auditu eorum accepimus. Fratrem hic uidemus, Deum autē fide ſolùm & imagine ænigmatica cognoſcimus. Qui ergo fratrē ad imaginem Dei creatum, quem uidet, non diligit, quomodo id, quod non uidet, & in fratre repræſentatur, amabit? Qui enim odit imaginē, neceſſe eſt & id non amet, cuius eſt imago, hoc eſt, ipſam ueritatem. Si diues fueris, uiderisq; fratrem inedia laborantem, & nō dederis ei quo releuet inediam, uideris durus, inhumanus, totus alius à Deo, qui eſt benignus, pius, & miſericors. Hoc tuum opus indicat, palamq; teſtatur te neq; Spiritum Dei*

habere,neque ipſum Deum & proximum diligere.

Legis & prophetarum ſumma.

Et hoc mandatũ,&c. *Occupat ſummariũ legis & prophetarũ adducens.* Dicet *aliquis,* Quid *obſtat diligere Deũ,etiã ſi nõ diligo fratrẽ?* Reſpõdet, Quãdo *ita placuũ eſt* Patri noſtro Deo:Quid *multis eſt opus,ut reclames?* Omnia Dei mãdata in hoc tota *ſunt,ut diligamus* Deũ & *proximũ.*Et qui Deũ *diligit, proximi dilectione illud cõprobet neceſſe eſt.* Agè,*qui fieri poteſt,diligas eũ,cuius odiſti mandatũ?* Quis *eſt qui dicat,* Diligo *regẽ,ſed odi* Leges *eius? inſeruiamus ergo omnes* Domino, *nõ titulo tenus et nomine,ſed ſeria & flagrãtiſsima charitate,qua ueri* Chriſtiani & *ſimus & nomi .emur.*

CONCILIATIO.

NON *cõueniũt,Perfecta charitas foras mittit timorẽ:*Et *quod ſcribitur* Pſal.18.*Timor domini ſanctus permanet in ſeculũ ſeculi.*Reſpõdeo, *Apoſtolus hoc loco mẽtionẽ fecit de actu timẽdi:*Qui *ſicut nõ eſt in patria,ita nõ eſt in pfecta huius uiæ charitate.*Propheta *uerò loquitur de effectu timoris filialis q eſt,reuerẽter ſe habere ad* Deũ. Hic effectus *eſt in patria,in qua tremũt poteſtates.*Similiter & *hic his q pfectã habẽt charitatẽ.*

Timoris effectus in charitate perfecta.

SECVNDA CONCILIATIO.

QVID *hic pronuntiat* Ioannes,*Deum nemo uidit unquam:cum dicatur* Iacob *uidiſſe Dominum facie ad faciem?* Reſpondeo,*His omnibus* Apoſtolus *eò tendit,ut ne quis corporeum aut uiſibile quippiam in* Deo *ſtatuat,imò uerũ eſſe quod ſcriptũ eſt,* Deum *à nemine mortalium unquam conſpectum eſſe.* Quòd *prophetis* Deus *uiſus dicitur,forma & ſpecie aſſumpta,illud factum eſſe nemo dubitat.*

Facies Dei in ſcripturis uaria ſignat.

OBSERVABIS *interim quòd facies* Dei *in* Scripturis *diuina cognitio dicitur ea ratione,qua per faciẽ cõſpectam quiſq; cognoſcitur, ut de homine noto dicimus,facie quidem hominem noui.* Ita *orando* Deum *dicitur,* Oſtende *nobis faciem tuam, id eſt,da nobis cognitionem & intelligentiam tui.* Sic & *ueſtigia* Dei *dicuntur,quòd iam nunc* Deus *in fide & per ſpeculum cognoſcitur,* 1. Corinth. 13.

Veſtigia Dei

SIMILITER Dei *ſimilitudo uel ſpecies & facies pro eodẽ accipiũtur,*Pſa.17. *et alibi pro reuelatione,ſcilicet* Dei *cognitione,in qua eſt omnis beatitudo ſita.* Vnde *dicimus faciẽ* Moyſi,*cognitionẽ* Legis:*cõtrà facies* Chriſti *intelligẽtia eſt ueritatis* Euangelicæ,*et fides in* Chriſtũ.Ad hũc *modũ in* Scripturis *cũ de* Deo *dicitur,* Facie ad faciẽ: *ſignificatur manifeſta & certiſsima* Dei *cognitio et oſtẽſio:ut* Deuter.5.*Facie ad faciẽ loquutus eſt nobis in mõte.*Id eſt Deus *nobis uſqueadeo euidẽtia uerba fecit,et ſigna exhibuit quæ corã uidimus & audiuimus,ut nemo negare poſsit, quin* Deus *reuera fuerit.* Ita & Iacob *affirmat ſe uidiſſe* Dominũ *facie ad faciẽ,*Gene.23. Cũ *tamẽ uerũ ſit,*Deum *nemo uidit unquã.* Nã *tãetſi* Numeri 12.*dicat* Dominus *mentionẽ faciẽs de* Moyſe,Ore *enim ad os(ait dominus)loquor ei.*Palã & *nõ per ænigmata & figuras* Dominũ *uidet.* Tamẽ *idẽ* Moyſes *cupit uidere gloriã* Dei & *faciẽ eius,& audit,*Nõ *uidebit me homo & uiuet.*Aut *dici poteſt,*Priuilegia *paucorũ nõ facere legẽ.*Gregorius Nyſſenus *in uita* Moyſi *docet,*Deũ *uidere,eſt ipſum corde & animo ſequi quocũq; ducat,cuius cognitio omnẽ trãſcẽdit naturã.*His *addit ille,*Ob *faciẽ* Deũ *homo nõ uidit, ſed in poſterioribus, ut quiſquis uult uenire poſt eũ,ſequatur eũ,et ſequẽdo,nõ faciẽ,ſed tergũ aſpiciat.*Propterea *dictũ eſt à* Moyſe Gen.16. Vidi *poſteriora uidẽtis me : hoc eſt,aliqua forma qua placuit illi apparere,* Dominũ *uidi.*Hæc *cognitio eſt à poſteriori dicta iter* Philoſophos, *quã etiã dicũt cognitionẽ,quia eſt:& nõ,quid eſt.*Quia *ergo ſub ea ſpecie panis et uini in ſacramẽto altaris eſt* Ieſus Chriſtus Deus *uerus et homo,receptiſsimæ ſunt ab orthodoxis hæ loquutiones,uidi* Deũ *ĩ* Miſſa.Tulit Deũ *parochus ad ægrotũ.*Deũ, *quẽ ĩ* Miſſa *uidi,adoraui.* De *huiuſmodi loquutionibus legito diuũ* Algerũ *aduerſus* Berengarium.

Similitudo dei

Facies Chriſti. Facie ad faciẽ.

Deum uidere quid eſt? Poſteriora Dei uidere.

Cognitio quia eſt.

DICTIO.

SPIRITVS eleganti metonymia ſignificat reuelationē, ſiue dogma, non ipſum tantùm Dei ſpiritum. Eſt ſpiritus bonus, eſt malus & mendax. In hoc capite ſpiritum dixit Apoſtolus, pro doctrina, ſenſu, & mente doctoris.

Spiritus acceptio.

Fides triumphat de Mundo. CAP. V.

OMnis qui credit quoniam IESVS eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. & omnis qui diligit eū qui genuit: diligit & eum qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos Dei: cùm Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc eſt enim charitas Dei, ut mandata eius cuſtodiamus; & mandata eius grauia non ſunt. Quoniam omne quod natum eſt ex Deo: uincit Mundum. & hæc eſt uictoria quæ uincit Mundum: fides noſtra. Quis eſt qui uincit Mundum, niſi qui credit quoniam IESVS eſt filius Dei? hic eſt qui uenit per aquam, & ſanguinem IESVS Chriſtus. non in aqua ſolùm: ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur quoniam Chriſtus eſt ueritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum & ſpiritus ſanctus. & hi tres, unū ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra: ſpiritus, aqua & ſanguis. & hi tres, unum ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus: teſtimoniū Dei maius eſt. quoniam hoc eſt teſtimonium Dei quod maius eſt: quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filiū Dei: habet teſtimonium Dei in ſe. Qui nō credit filio: mendacem facit eum. quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, Quoniam uitam æternā dedit nobis Deus, & hæc uita, in filio eius eſt. Qui habet filium Dei: habet uitam. qui non habet filium Dei: uitam non habet. Hæc ſcribo uobis: ut ſciatis quoniam uitam habetis æternam qui creditis in nomine filij Dei. Et hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum, Quia quodcūque petierimus ſecundum uoluntatem eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quicqd petierimus: ſcimus quod habemus petitiones quas poſtulauimus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat: & dabitur ei uita, peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis.

Naſci ex Deo, habere fidē in Chriſtum.

Hæc eſt enim] Id eſt, charitas qua diligimus Deum,

Matth. 11. d Fides. Victoria. 1. Corint. 15. g

Qui uenit] id eſt, qui oſtēdit ſe ueniſſe, quū ex latere ei' lāncea perfoſſo in cruce fluxit aqua & ſanguis non ſine miraculo, cuius meminit Ioan.

Et ſpiritus] & pro præterea.

Vnum ſunt] In unū ſunt. (Sic quædā exēplaria Græca.) id eſt, unū & idē teſtantur

Habet teſtimo. &c.] id eſt, ſpiritū ſanctū qui teſtimoniū fert illi de Deo,

Ioan. 3. d Teſtimonium dei de Chriſto. Vita æterna.

Qui habet filiū] id eſt, qui credit in filium Dei.

Petere à Deo in fide.

Quia quodcūq;] Quòd ſi aliquid.

Peccātū ad mortem.

Omnis iniquitas,peccatum eſt : & eſt peccatũ ad mortem.Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, nõ peccat:ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum.Scimus quoniam ex Deo ſumus : & Mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus quoniã filius Dei uenit : & dedit nobis ſenſum ut cognoſcamus uerum Deum,& ſimus in uero filio eius.Hic eſt uerus Deus : & uita æterna. Filioli , cuſtodite uos à ſimulacris. Amen.

Qui genit⁹ eſt ex Deo, ſeruat ſeipſum. Non peccaret. Fides à Deo. Idola.

Omnis qui credit quoniam IESVS eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. *Sententia eſt elegans,qua ſummam & caput fidei eſſe dicit,ut credamus* IESVM *eſſe Chriſtum:id eſt,Meßiam. Hoc quiſquis ex animo & dilectione confeſſus fuerit, ex Deo natus eſt,imò à Deo doctus,fidelis,et filius Dei dicitur ab Apoſtolo.His manifeſtè docet quàm cõiuncta ſit fides charitati & dilectioni.Multos audio dicentes, Credo:Sed fides ſine operibus non ſaluat.Opus autem fidei uiuæ ipſa dilectionis exhibitio eſt,dicẽte Paulo ad Galat. 5. Fides,quæ per charitatem operatur. Sunt ergo opera fructus & rami fidei.Et his ueri dicimur Chriſtiani.Non quomodo dæmones, qui credunt & contremiſcũt,Iacob.2.Qui dixerunt,Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Quod & Petrus pronuntiauit,& reſpondit Chriſto roganti,Quem me eſſe dicunt homines. Tu es Chriſtus filius Dei uiui.Petrus Chriſtianus credit,Dæmones non Chriſtiani credunt , ſed alia & alia ratione.Reſpondet Petrus* IESVM *eſſe Chriſtũ,ut hunc amplexetur. Dæmones uerò,ut à ſe abigant.Nam dixerũt, Quid nobis & tibi eſt?quid ueniſti ante tẽpus torquere nos? Hoc lubẽs propoſitũ uolui paradigma , quo agnoſcamus fidẽ ſine dilectione nõ mereri fidei nomẽ.Fides filias habet innocentiã & charitatẽ.* IESVM *eſſe Chriſtum,eſt eſſe Meßiã.utraq; enim uox idẽ ſignificat. Chriſtus uox cõmunior & frequẽtior,Chriſtus,id eſt,unctus.Olim reges & pontifices inungebantur. Proprium Regum erat liberare & ſeruare : Pontificum hoſtijs & donis Deum placare.*

Fidei ſumma, Ieſus eſt Chriſtus. Fidei uiuæ fructus ſunt opera. Credũt dæmones, credit Petrus, ſed differenter. Fides ſine opere ficta eſt. Fidei uiuæ, filiæ. Chriſti uox. Regum & pontificum liberalitas.

Cõfitens IESVM *eſſe Chriſtũ, confitetur*
- *Ieſum eſſe Meßiam in Lege promiſſum.*
- *Ieſum regem & ſacerdotem.*
- *Ieſum in Mundum ueniſſe.*
- *Ieſum Mundo præſtitiſſe quæ boni reges ſuo populo debent.*
- *Ieſum ſanctam inſtituiſſe legem,& tyrannicam ſoluiſſe.*
- *Ieſum oppreſſam libertatem & dirutam reſtituiſſe.*
- *Ieſum ſimoniacos , ementes & uendentes è templo , ut qui rex templi eſſet,eieciſſe.*
- *Ieſum phariſaicam ſuperſtitionem exturbaſſe.*
- *Ieſum Dei Patris gloriam annuntiaſſe.*
- *Ieſum ſe Deo patri obtuliſſe , ut nos à tyrannide mortis & peccati liberaret.*
- *Ieſum per gloriam patris à mortuis reſurrexiſſe.*
- *Ieſum tanquam æterni regni regẽ & ſacerdotẽ æternũ cœlos aſcẽdiſſe.*
- *Ieſum ad dexteram Patris ſedere,aduocatũ & interpellantẽ pro nobis.*
- *Ieſum poſt aſcenſionem,promiſſum Patris ſpiritum ad ſuos miſiſſe.*

Naſci ex Deo. *Non hic agit Apoſtolus de prima illa natiuitate ſeu creatiõe, qua dicitur creaſſe omnia*

Deus

Deus. Ea enim omniũ gentiũ eſt cõmunis, ſed de noua, & ipſis peculiariter exhibita beneficẽtia, qua nos ſibi Deus regenuit, & peculiaris indulgẽtiæ nutricatione tanquã unicè charos filios educauit, & docuit nos, ipſum ut patrem inuocare. Quod tamẽ nulli poſſunt, niſi quos huc fiduciæ erigit ſpiritus ille adoptionis, ſpiritus Chriſti, qui cordibus noſtris perſuadet Deũ uelle nos filiorũ loco habere, atque ita excitat, ut ſicut Patris loco eũ habemus, ſic & patris nomine adpellemus. De hac natiuitate Chriſtus pluribus egit Ioan. 3. ubi Nicodemum inſtituit, & ait, Niſi quis renatus fuerit, &c. De modo & ratione huius natiuitatis uide quæ ſcripſimus in 1. cap. ad Roma. in dictio. 1.

Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo. *Aperit fidem hanc & de Chriſto confeßionem non ſubſiſtere ſine dilectione & charitate, argumento à ſimilitudine & humano more ſumpto. Natura ipſa conſtitutum eſt, & ita ab hominibus obſeruatum uidemus, ut ſi quis patrem diligit, filium quoque patris nomine diligat. Hoc ſi inter homines obſeruatum uidemus, multò minus ab eo recedendum eſt inſtituto erga Deum & filios eius. Omnes in Chriſtum credentes unicum habent patrem: ergo omnes credentes, fratres eſſe oportet ab uno patre progenitos. Sed impium ualde fuerit & inhumanum ſi quis fratrem uterinum oderit, aut percuſſerit. Neceſſe igitur fuerit, ſi quis patrem dilexerit, ut ab eo natum diligat. Vim itaque & effectum ueræ fidei exprimit. Non enim otioſa eſt fides uiua, ſed bonorum operum ferax.*

Credentes fratres.

In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos Dei, &c. *Nota, qua cognoſcimus utrum nos diligamus filios Dei nec'ne, eſt dilectio Dei. Quòd ſi rogaueris, Quid eſt Deum diligere? Reſpondet, Eſt mandata Dei ſeruare. In idem enim redeunt, Seruare mandata Dei. &, Diligere Deum. Quare uidetur mihi particula, &, hoc loco expoſitiua dici pro Id eſt. Cum Deum diligamus, &, id eſt, mandata eius faciamus.*

Diligere deum eſt Dei madata ſeruare.
Et pro, id eſt.

Hæc eſt enim charitas Dei, ut mandata eius cuſtodiamus. *Confirmat quæ de Dei dilectione præmiſit. Dilectio Dei eſt mandatorum eius obſeruatio. Nam charitas Dei, id eſt, ipſe Deus in Euangelio dicit, Si quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit. Probatio enim dilectionis eſt exhibitio operis.*

Et mandata eius grauia non ſunt. *Occupatio eſt. tacitæ enim obiectioni ſatiſfacit. Dicet aliquis, Non poſſunt facilè cuſtodiri mandata, adeò ardua ſunt & difficilia. Reſpondet, Grauia non ſunt, ſed facilima. Nam qui mandata tradidit, dixit, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.*

Mãdata dei facilima.

Quoniam omne quod natum eſt ex Deo, uincit Mundum. Et hæc eſt uictoria quæ uincit, &c. *À cauſa docet quàm facilia ſint mãdata Dei, Quoniam omne quod natum eſt ex Deo: id eſt, omnis qui credit* IESVM *Chriſtum ſaluatorẽ, & redemptorem, uincit Mundũ: id eſt, concupiſcentiã omnem, ſiue carnis, ſiue oculorũ, & ſuperbiã uitæ.* IESVS *Chriſtus ſua paßione & reſurrectione uictor triũphans ſuis nos uictorijs & triũphis honorauit, dicente Paulo, Donans nobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus & poteſtates traduxit cõfidenter palàm triumphans illos in ſemetipſo. Qui mortuus eſt, non amplius moritur: & cui mors ultrà non dominabitur, dedit ſuæ mortis & reſurrectionis uim & efficaciã fidei uiuæ & ſacramentis; ut quemadmodũ ille mortuus Mundo uictor reſurrexit: ita fide in illum Mundo & tyrannis eius mortui, uictores reſurgamus, & Deo uiuamus*

Naſci ex Deo.
Coloſſ. 2.
Victores Chriſtiani aduerſus Mundum.

mus

mus. Propterea fit, ut fidem uiuam habēti mādatorum obſeruatio non ſit grauis & diffi-
cilis. Nempe ſcutum habet inuincibile. Hæc eſt uictoria noſtra, & Deus ſuo munere in
nobis uincit, ut ipſi ſoli tribuatur gloria. Non eſt quòd credas hanc fidem, qua uincimus
Mūdum, eſſe quicquā in anima otioſum, ſed idipſum in anima uirtutē & potentiā à Deo
habet, ex qua uitæ puritas & charitas naſcuntur, euadimusq; uictores aduerſus ea quæ
Religioni Chriſtianæ aduerſantur. Eſt enim fides illa ueluti propugnaculū inexpugna-
bile. Nō eſt cū hoſte pugnandū haſta, ſulphure, bombarda, & huiuſmodi: his nunquā Mū
dum uicturi ſumus, ſed fide, quæ in nobis imperatrix ſedet, cuius opera, iuſſa, & mandata
exequuntur. Dicebat Marci 1. uictor ille IESVS Chriſtus, Si potes credere, omnia
poßibilia ſunt credenti. Et continuò exclamās pater pueri cum lachrymis aiebat, Credo
Domine: adiuua incredulitatem meam. Audiamus Paulū ad Philipp. 4. Scio & humiliari,
ſcio & abūdare, ubiq; & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari & eſurire, & abundare,
& penuriā pati. Omnia poſſum in eo, q me cōfortat. Fidei uim et energiā pluribus docuit
Paulus ad Hebr. 11. Vbi uidebis quomodo à creato Mūdo ſerui Dei fide uicerint Mūdū.

Quis eſt qui uincit Mundum, niſi qui credit, quoniam IESVS
Victor mundi. eſt filius Dei. Paſteaquam paucis demonſtrauit, fidem illam uiuam, non eſſe uanam,
quam Peripatetici perſuaſionem dicunt, ſed Dei donum in anima, habens uim & po-
tentiam à Deo ad ueram mandatorum Dei obſeruationem: Nunc proximis & firmis
argumentis probare accingitur quòd IESVS eſt filius Dei, uerus Meßias. Atque hoc
pertinet ad id quod ſummatim dixit, Omnis qui credit quoniam IESVS eſt Chriſtus,
ex Deo natus eſt. Primo ergo loco demonſtrat qua nota, quo'ue indicio cognoſcemus
nos poſſe Mundum uincere. Qui credit quia IESVS eſt filius Dei, is uim & effica-
ciam habet uincendi Mundum. Nam paulò antè dixit, Omnis qui natus eſt ex Deo, uin-
cit Mundum. ſed credens uiua fide quod IESVS eſt filius Dei, natus eſt ex Deo. Ergo
credens uiua illa fide quòd IESVS eſt filius Dei uincit Mundum.

Hic eſt qui uenit per aquam & ſanguinem IESVS Chriſtus.
Rationes adducit, quibus nititur probare quòd IESVS ſit Chriſtus. hoc eſt, Meßias
in lege promiſſus. Iſte uidetur mihi eſſe ſenſus, Hic eſt qui prænuntiatus ſaluator Mundi
Venire per aquam. à ſcripturis ſanctis uenturus erat per aquam: id eſt, qui uèrus homo, uerè baptizandus
Venire per ſanguinem. erat in aqua, ad ueritatem noſtri baptiſmatis & noſtræ regenerationis. Et hoc eſt illum
ueniſſe per aquam. Et per ſanguinem: hoc eſt, uerè paſſus & mortuus eſt, in remißionem
peccatorum noſtrorum. Credimus enim remißionem peccatorum in ſanguine eius. Sine
ſanguinis effuſione non fit remißio, ait Paulus ad Hebr. 9. cap.

Non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine. Chriſtus non per aquam
ſolùm uenit, ut oſtenderet ſe non eſſe legalem mundatorem, aut uictorem ſordium car-
nis. Sed per aquam & ſanguinem uenit, ut declararet ſe eſſe noui teſtamenti munda-
Ioannes baptiſta ſolum in aqua. torem & uictorem ſordium conſcientiæ. Ioannes baptiſta ſolùm in aqua pura baptiza-
uit. Dicebat ille, Ego baptizo uos aqua. Quaſi diceret, Iſte non eſt uerus baptiſmus re-
Baptizati à Ioanne rebaptizandi. generationis: ſolùm eſt ueri baptiſmi figura & typus. Baptizati enim ſolo Ioannis
baptiſmate poſt Chriſti mandatū, baptizandi erāt baptiſmo Chriſti. Sed IESVS Chri
ſtus uenit non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine. Hoc eſt, in aqua habente uirtutem
Baptiſmi uirtus. ſanctificatiuam ex eius ſanguine. Baptiſmus enim uices crucis & reſurrectionis Chriſti
gerit. Ad Roma. 6. cap. An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati ſumus in Chriſto
IESV, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum
in mortem, ut quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriā Patris; ita & nos in no-

uitate

nitate uitæ ambulemus, &c. Ad Titum 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per IESVM Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Huc pertinet quod ad Epheſ. 5. ſcribitur, Mundans Eccleſiam lauacro aquæ in uerbo uitæ, &c. Cùm aquã dicit, Contemplabitur ſpiritalis, non ſolùm baptiſmum Chriſti, ſed & omnia, quæ Chriſto baptizato circa Iordanem contigere. Eadem ratione per ſanguinẽ: non enim ſolùm qui è latere Chriſti mortui effluxit, ſed quicquid circa crucem Chriſti miraculoſum euenit, interpretabitur.

Aqua baptiſmi

Sanguis Chriſti effuſus.

Et ſpiritus eſt qui teſtificatur quoniam Chriſtus eſt ueritas. Teſtem omniũ quæ dicit adducit Spiritũ ſanctũ, de cuius teſtimonio legitur Ioan. 1. Vidi Spiritũ deſcendentẽ quaſi columbã de cœlo, & manſit ſuper eũ. Et ad Roma. 1. Qui prædeſtinatus eſt: id eſt, declaratus eſt filius Dei in uirtute ſecundũ Spiritũ ſanctificationis. Teſtificatur inquã, quoniã Chriſtus eſt ueritas: hoc eſt, ꝙ Chriſtus uerè eſt filius Dei, uerus mediator Dei, & hominũ, uerus humani generis redẽptor et recõciliator. Propterea ſubiũxit Baptiſta dicẽs, Qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quẽ uideris Spiritũ deſcendentẽ & manentẽ ſuper eũ, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Et ego uidi, & teſtimoniũ perhibui qa hic eſt filius Dei. Cùm dicitur, Eſt ueritas: id eſt, uerax. Aut dici poteſt, Chriſtus eſt ueritas. Quæ promiſſa ſunt, et in lege ſunt adumbrata, uerè præſtita & exhibita ſunt in Chriſto. Propterea poſt cœnã dixit ſuis, Ioã. 15. Cùm uenerit paracletus, quẽ ego mittã uobis à Patre, Spiritũ ueritatis, ꝗ à Patre procedit, ille teſtimoniũ ꝑhibebit de me. Teſtatus eſt quoniã omnia in Chriſto cõpleta et uera eſſent. Græcis eſt, Quoniã Spiritus eſt ueritas. ac ſi diceret, Spiritus eſt qui hæc de Chriſto teſtificatur. Ergo huius teſtimoniũ recipiẽdũ eſt. Quia Spiritus ſanctus eſt ueritas, hoc eſt, uerax. Vrget mirũ in modũ Apoſtolus, quoniã teſtimoniũ Spiritus ſancti adducit, manifeſtius enim erat, quàm ut à quoquã negari poſſet. Nam linguarũ, uirtutũ & operationũ miraculum in dies magis ac magis omnibus conſtabat.

Spiritus teſtimoniũ de Chriſto.

Chriſtus ueritas.

Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, &c. Solent qui negotium aliquod ueluti in foro tractant, de quo aut dubitatur aut controuertitur, teſtes producere, ut manifeſtatis quæ propoſita ſunt, cõuincantur aduerſarij. Propoſitũ eſt, uerum eſſe quod IESVS eſt Chriſtus, hoc negabãt multi lucifugæ. Quod ergo negabant illi, probaturus, teſtimonium è cœlo producit. Tres ſunt, quos primo loco, omni, ut dici ſolet, exceptione maiores adducit in teſtimoniũ, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. Horum teſtimonium non adducit ad probandam unam eſſentiã trium perſonarum, ſed ad ferendũ teſtimoniũ quòd IESVS eſt Chriſtus, uerus Deus, & homo. Hi ſunt, qui unum ueræ diuinitatis infallibili teſtificatione teſtimonium perhibent. Pater è cœlo teſtatur, Hic eſt filius meus, in quo mihi complacui, ipſum audite. Filius dicit, Ego ſum uia, ueritas & uita. Et Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ ſuper IESVM ſedens teſtificatus eſt, quòd hic eſt filius Dei. Alludit ergo ad morem non modò legis diuinæ, Deuteron. 17. ſed & gentium cunctarum, quo firmum & certum habetur quicquid duorum aut trium teſtimonio corroboratur.

Teſtimoniũ è cœlo quod Ieſus eſt Chriſt'.

Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, &c. Quemadmodum qui reſtituendæ bonæ famæ dat operã, per turbas ſolet producere teſtes, quò res integrior reddatur: ita & Apoſtolus eleganti proſopopœia aliud in terra, hoc eſt, inter res nobis familiares teſtimoniũ producit cũ priore cõſentiens, & idẽ teſtificans. Nã ſi teſtes non cõſentiant, uanum prorſus eſt teſtimonium. de ijs loquens tanquam perſonæ ſint & loquantur. Spiritus, id eſt, anima Chriſti, quæ ad inferos uiſura patres deſcendit.

Aqua etiã & ſanguis dedere teſtimonium, quoniã IESVS *eſt ueritas, quãdo de latere eius in cruce mortui manarunt. Quod ſic profectò nõ accidiſſet, ſi uere homo non fuiſſet. Idq́; factum eſt ante paßionẽ, quando factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terrã. Hæc tria ſunt unum, nõ natura eiuſdẽ ſubſtantiæ, ſed eiuſdẽ operatione myſterij. Græcis eſt, ad unum, id eſt, ad eandem rẽ, ad idem teſtimonium. Ambroſius & Beda ſpiritũ accipiunt hoc loco pro Spiritu ſancto. Nã ſpiritus mentẽ renouat, aqua proficit ad lauacrum, ſanguis ſpectat ad pretium. Spiritus enim nos per adoptionem Dei filios fecit, ſacri fontis unda nos abluit, ſanguis Domini nos redemit.*

Spiritus. Aqua. Sanguis.

Si teſtimonium hominũ accipimus, teſtimoniũ Dei maius eſt. *Comparatione à minore ad maius ducta confirmat quæ de teſtimonijs eſt loquutus. Si quis magnum præſidi putat deferendum eſſe honorẽ, maiore certè regem excipiet. Ad hunc modũ hoc loco, Magnũ eſt Dauidis hominis teſtimoniũ, quod de filio Dei perhibet, dicẽs, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Et ex perſona ipſius filij, ait, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Itemq́; ex perſona Patris loquẽtis de Filio, Ipſe inuocabit me, Pater meus es tu. Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ. Pater meus, quia ego filius Dei. Deus meus, qa ego homo. Suſceptor ſalutis meæ, quia ego paſſurus, & à morte ſaluãdus ſum. Et ego, inquit, primogenitũ ponam illum, excelſum præ regibus terræ. Magnũ, & omni acceptione dignũ eſt teſtimoniũ diuinũ, quod quãtum eſt, tu ipſe uideris, quo Deus ipſe teſtatur, hoc quod uolumus & dicimus, nempe* IESVM *eſſe Chriſtũ, atq́; adeò eſſe filiũ Dei, Matth. 3. Et ecce uox de cœlo, dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Sunt & alia teſtimonia, quæ in Actis leguntur, in mißione Spiritus ſancti. Spiritus ſanctus teſtatus eſt de Chriſto, ut docẽt uerba Apoſtolorũ. Itẽ in trãsfiguratiõe. Et cùm audita eſt uox, Et clarificaui, & iterũ clarificabo. Ioan. 12. Et hoc eſt teſtimoniũ maius omni humano teſtimonio. Huc pertinet quod ſcribitur 2. Petri 1. Accepit à Deo patre honorem & gloriã, uoce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria, Hic eſt filius meus dilectus.*

Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. *Elegãti metonymia utitur accipiẽs teſtimoniũ pro ipſa re teſtata, hoc eſt, pro ipſa redẽptione & ſalute tam certis teſtimonijs cõfirmata. Qui credit in filiũ Dei, hoc eſt, qui recipit teſtimoniũ Dei de ſuo filio, & huic per fidẽ uiuã adhæret, is habet teſtimoniũ Dei in ſe: id eſt, is habet id, de quo teſtatus eſt Deus. hoc eſt, ipſam uitã, & redemptionem habet in ſeipſo. Alluſit Apoſtolus ad id quod ſcribitur Ioan. 5. Amen amen dico uobis, quia qui uerbũ meum audit, & credit ei qui miſit me, habet uitã æternã. Dici poteſt ad hũc ſenſum, Teſtimoniũ Dei habet in ſe, qui exercet opera illius fidei, qua filio Dei adhæret.*

Teſtimonium Dei in ſe habere.

Qui non credit filio, mendacem facit eum, &c. *Aptißima antitheſi proſequitur quod iã cœpit, qui teſtimonio Dei credũt, & qui minus. Qui credit in filiũ Dei, dixit ille, teſtimonium Dei approbat, & ueracẽ Deum eſſe credit. At qui non credit* IESVM *eſſe uitã & ſalutẽ noſtrã, arguit Deum mendacij: quia non credit in teſtimonium. Prius eſt ut cognoſcamus, quàm amemus. Prius ergo eſt ut cognoſcamus quis & qualis eſt Chriſtus ex teſtibus & teſtimonijs, ut eo cognito illi adhæreamus. Quòd ſi huic non adhæſerimus, teſtes non recipimus, & eos mendacij arguimus. Nã ſi cuius teſtimonium recipio, ueracem hunc puto: ſin minus, ego neq́; illum ueracẽ neq́; teſtimonium uerum eſſe duco. Eſt ergo uerè blaſphemus, qui teſtimonium de Filio ſalute noſtra non recipit: quia Deum, qui ſuapte natura uerax eſt, mendacij arguit.*

Cognitio amore prior.

Et hoc eſt teſtimonium, quoniam uitam æternam dedit, &c.

Exponit

Exponit apertiſſimè quid nobis cõferat hoc teſtimonium de filio Dei, argumẽto ſumpto à cõmodo & utili. Et hoc eſt teſtimoniũ. quaſi diceret, Diuinum teſtimonium nõ id ſolũ eſt quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo, quis qualis'ue eſt, ſed etiã teſtificatus eſt de dono nobis collato per Filiũ: hoc eſt, quòd Deus dedit nobis uitã æternã. Vt intelligamus quòd dando filium, dedit uitã æternam: quia uita æterna eſt in ipſo filio. Vt quẽadmodũ dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri, qui credimus in nomine eius, id eſt, in ipſo filio, & nõ extra ipſum, filij Dei nuncupamur: ita & uitã æternam habemus in ipſo & per ipſum: ne quis glorietur ſibi datã, quaſi nõ in Chriſto acceperit. Electio noſtra eſt in Chriſto, omnia in Chriſto, et per Chriſtũ à Deo cõſequimur. Extra Chriſtũ nihil, præter tenebras. Quare unica eſt hoſtia IESVS Chriſtus, qua nobis placatur Pater, & recõciliatur: Et in qua, & per quam omnia abundè conſequimur. Dedit uitam æternã participatiuè (ut ita loquar) quam quiſquis conſequutus eſt, iam cœleſtem uitam uiuit, quandoquidem uiuit iam non ipſe, ſed uiuit in eo Chriſtus.

Eligimur in Chriſto.

Qui habet filium Dei, habet uitã, &c. Frequẽs eſt apud hunc Apoſtolũ Antitheſis, qua facilius cõmonſtrat quod probandũ aſſumit, ne parũ dixiſſe uideretur, dicens uitã eſſe in Filio, addidit ipſum filiũ eſſe uitã. Sicut enim Pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit Filio habere uitã in ſemetipſo. Quòd autẽ habens filium illuſtretur hac uita, quæ cõmunis eſt Patri & Filio, dicitur Ioan. 17. Pater, uenit hora, clarifica filiũ tuum, ut filius tuus clarificet te, ſicut dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det eis uitam æternã. Hæc eſt autẽ uita æterna, ut cognoſcant te ſolum uerũ Deum, & quẽ miſiſti IESVM Chriſtum. Qui ergo habet, id eſt, credit in filiũ Dei, habet uitã æternam, adeo omnis in Filio habitat diuinitatis plenitudo. Qui uerò nõ habet, id eſt, nõ credit in Filiũ, uitã nõ habet. adeo extra hũc nõ eſt ulla alia ſalus.

Hæc ſcribo uobis, ut ſciatis, &c. Breuis admodum & utilis eſt repetitio, qua nõ ſolùm omnia, quæ per totã epiſtolam diſputauit, ſummatim repetit, ſed & cauſam totius epiſtolæ ſcriptæ adijcit, & ad perſeuerantiam hortatur, ut credentes in IESVM cõfirmet, certosq́; de ſalute reddat. Multi enim tenebriones erãt eo tẽpore, qui Euangeliũ obſcurare pro uirili nitebãtur, annũtiantes temerario et impudẽti auſu, IESVM nõ eſſe Chriſtũ, nõ eſſe Deum, non eum eſſe, in quo ſpes omnis ſita ſit, & ex quo noſtra pẽdet ſalus. Hos ne audiãt, ſed ut in fide & mutua dilectione pſeuerẽt, hortatur. Hæc ſcribo uobis, ac mea ſyngrapha has literas obſignaui, ut et minores ueſtri eadẽ diſcant, quæ uos his meis literis doceo: ut & uos, & quotquot futuri ſunt, ſciatis, id eſt, certiores ſitis de uera ſalute, neq; quicquã dubitaueritis de uita æterna, quã habetis credẽtes in IESVM, quẽ creditis eſſe Chriſtũ, Meßiam, Filium Dei, de quo teſtimonia audiſtis. Vos, inquã, qui creditis, qui credere pergitis, & in fide pſeueratis, Creditis in nomine filij Dei: id eſt, Innitimini diuinæ eius uirtuti. Hæc eadẽ ſunt quæ chriſtus Ioan. 17. rogabat Patrem: non pro eis autẽ rogo tantùm, ſed & pro eis qui credituri ſunt per uerbum eorũ in me, ut omnes unũ ſint, ſicut tu Pater in me & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint, ut credat Mundus quia tu me miſiſti. Obſerua quàm ſuauem habeat conſolationẽ quod addit, Sed & pro eis qui credituri ſunt. Cõtextus iuxta Græca exemplaria ad hunc modum habetur, Scripſi uobis qui creditis in nomine filij Dei, ut ſciatis quòd uitam æternam habetis, & ut credatis in nomine filij Dei. Hæc manifeſtant quàm ſtudioſè hortatur Apoſtolus ad perſeuerantiam.

Salutis noſtræ certitudo.

Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad Deum, Quia quodcunq; petierimus ſecundum uoluntatẽ, &c. Cõfirmat & conſolatur credentium

animos, argumento ab utili & cõmoditate ſumpto. Quẽadmodum ſi quis theſaurum indeficientẽ atq; inexhauſtũ domi haberet, lætus & hilaris uiueret, atq; utramuis paginã fortuna uolueret, nihil unquã ſibi ab inopia metueret indeficientis illius ſui theſauri fiducia: ita qui uerè adhæret filio Dei, fiduciã habet, hoc eſt, theſaurũ incorruptibilẽ, in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ et ſciẽtiæ Dei abſcõditi. Cuius cuſtos omnia, noſtra cauſa, etiã uitã profudit. Liberius ergo & cõfidẽtius fidendũ eſt, nos nõ paſſuros repulſam, ſi petierimus id, cuius gratia uitã propriã dedit: hoc eſt, ſi ſalutẽ noſtrã, aut aliquid ad ſalutẽ pertinẽs, in nomine filij Dei petierimus. Et id eſt quod dicit, ſi petierimus ſecũdũ uolũtatẽ eius, nos nihil fruſtra petituros. At ne dubitaueris quonã pacto petendũ fuerit. Spiritũ habes, qui poſtulat, id eſt, poſtulare facit, & docet, gemitibus inenarrabilibus. Rom. 8. *Atq; iſtæ ſunt ipſius Spiritus ſancti partes, parere in nobis fiduciã obtinẽdi à Deo quicquid petierimus ſecundũ uoluntatẽ Dei. Hæc fiducia naturali quadã ſequela indicat amicitiã & fœdus inter Deũ & nos. A ueris enim amicis liberius & cõfidentius petimus, à quibus ſeruata ratione honeſti omnia impetraturos nos confidimus. Et hanc rationẽ honeſti explicat dicẽs, Secundum uoluntatẽ eius. Eſt enim Dei uoluntas, lex omnium eorum, quæ honeſta, rationabilia, & iuſta dicimus. Ex his colligitur quod omnibus perſuaſum uelim: Quicquid in hac uita (quod ad ſalutẽ facit) in fide petimus, reuera impetramus. Nã ſi quod iuſsit ut peteremus illũ rogamus, nemo dubitauerit quin impetremus. Iuſsit autẽ* Matth. 6. *Primùm quærite regnũ Dei, & iuſtitiã eius. Ergo ſi quæ ad ſalutẽ, & ea, quibus ad regnũ prouehamur, rogauerimus, certũ eſt, nunquam nos repulſam paſſuros. Et id eſt, quod Apoſtolus hoc loco dicit, Secundũ uoluntatẽ eius. Certi ſumus de illa uolũtate, Primũ quærite regnũ Dei: quã & in oratione Dominica explicuit ut peteremus, Adueniat regnũ tuũ. Ergo ſuper his tantùm plenã nos & indubitabilem iuſsit exauditionis habere fiduciã, quæ nõ noſtris cõmodis, nec ſolatijs tẽporalibus, ſed Dominicæ cõgruãt uoluntati. Spiritales, Spiritũ habent illũ docentẽ quid petendum, quid'ue non appetendum. Audi uerbũ ſuaue, Pater audit nos, in nomine Filij, hoc eſt, uirtuti Filij innixi petẽtes habemus eũ, qui à Patre nunquã paſſurus eſt repulſam, ſed ſemp exauditus eſt pro ſua reuerẽtia. Quare cõfidẽtius pnũtiandũ eſt in ſacroſancta Miſſa, Præceptis ſalutaribus moniti, et diuina inſtitutiõe formati audemus dicere, &c. Quid lætius, qd auguſtius et iucũdius dici poteſt, quã quod omnipotens ille Deus audit nos, id eſt, ſeſe nobis promptũ & benignũ impẽdit, & omnino talem, qualẽ ſe fœdere & amicitia nobiſcũ per ſuum filiũ iunxit?*

Peiere ſecundũ Dei uoluntatẽ.

Fiducia in Deum.

Dei uoluntas.

Et ſcimus qa audit nos qcqd petierimus, &c. *Vim & energiã illius fiduciæ ĩ Chriſtũ mãifeſtat à fructu, quẽ uirtuti diuinæ innitẽtes cõſeqmur. Primus eſt, Cùm petimus in noĩe Filij, Pater nos exaudit. Secũdus fructus, Nõ ſolùm nos audit, ſed & petitiões, quas poſtulamus ab eo, habemus. Hoc eſt qd' Chriſtus in Euãgelio dicit,* Io. 15. *Vt quodcũq; petieritis Patrẽ in noĩe meo, det uobis. Nõ ſolũ ergo exaudit, ſed et petita quoq; elargitur, dũmodo petierimus ſecũdũ uolũtatẽ eius. i. ſi ſanctè ſãcta poſtulauerimus. Ex his colligimus, Quæ petẽtes nõ ĩpetramus, ĩutilia nobis iudicãda eſſe. Quare oĩa pro uolũtate Dei referẽda ſunt, q̃ ſancta & bona eſt, intelligẽs & largiẽs quæ nobis profutura ſunt. Hæc eſt enim uolũtas Dei ſanctificatio ueſtra.* 1. ad Theſſ. 4.

Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortẽ, petat, & dabitur ei uita, peccanti non ad mortem. *Fructus uiuæ fidei et orationis perſeuerat clarius explicare, ut doceat nos, nõ ſolùm nobis, ſed & fratribus poſſe prodeſſe: non quòd alter pro altero credere poſsit, hoc eſt, quod mea fides tibi ſit ſatis*

ut cred

ut credere dicaris,ſed ꝗ multum ualet deprecatio iuſti aßidua,Iacob.5. Si quis (ait) cognouerit fratrē peccare peccatum non ad mortē,hoc eſt per infirmitatē & laſciuā aut impudicā uitam,ita tamen ut ueritatem Euangelicā cognitam neq; contemnat neq; oppugnet,petat,& dabitur ei uita:id eſt,impetrabit ut cōuertatur & in melius mutet uitam.Huius peccata uenialia & minuta, ſine quibus non trāſigitur hæc uita(adeò infirmi ſumus)ſi fuerint,oratione Dominica,aquæ benedictæ ſanctæ aſperſione,aut pietatis officijs delebuntur.Si uerò mortalia,ſacramentali pœnitentia emundabuntur.

Peccatum per infirmitatem.

Peccatorū uenialium remiſſio.

Et peccatum ad mortem,non pro illo dico ut quis roget. *Quēadmodum in ægrotis,quorum alij ſunt medicabiles & ſanabiles, qui cura adhibita cōualeſcunt,alij uerò ſunt qui ægrotantes neq; ſeipſos iuuant,neq; ab alijs adiuuari ſuſtinent,morbumq; alioqui facilè curabilem ipſi ſibi perpetuum faciūt:ita quidā peccato ægrotant, quo uel ſua uel fratris cura leuantur. Alij uerò in grauißimis peccatorum ſuorū morbis ita ſibi placent,ut neq; ſua neq; fratrū opera curēt ex turpi illo turpitudinis cœno emergere.Et hi ad mortē uſq; peccāt impœnitentes. Cuiuſmodi ſunt quos in meretricio,& uſuris moribundos uidere eſt.Pro his quādiu uiuunt rogandum eſſe inſtigat charitas.Sed ſi in hoc ſtatu animā exhalaſſe illos cognouerimus,non crediderim pro ijs rogandū eſſe.Eſt peccatū ad mortē grauißimum,quod eſt in Spiritum ſanctum,perfidia & ueritatis cognitæ oppugnatio,de qua Chriſtus in Euangelio Ioā.8. Si non credideritis quia ego ſum,moriemini in peccato ueſtro.Pro huiuſmodi nō audet Apoſtolus extēdere fiduciā impetrandi uitam,non tamen orare pro eis prohibet. nā non dicit affirmatiuè,pro illo dico ut nō roges:ſed à negatione incipit,nō pro illo dico ut roges.Eſt enim hoc peccatum in Spiritū ſanctū irremißibile,id eſt,ualde difficile ut remittatur.Propterea deuotus ille Bernardus addidit, ſed gemas. Non pro illo dico ut roges , ſed gemas ſi fortè gemitus penetret quò oratio non præſumit tendere.*

Ignauia quorundam peccātium.

Peccatum ad mortem.

Oppugnatio ueritatis agnitæ mortalis.

Peccatū in Spiritum ſanctum.

Omnis iniquitas peccatum eſt. *Quicquid præter fas & ius fit, iniquitatē dicit,& eſt peccatū. Simile huic uidetur quod Paulus Rom.14.dicit,Omne quod nō eſt ex fide peccatū eſt.Quidā addunt ſequentē textū, Et eſt peccatū ad mortē, explicādi gratia de qua iniquitate intelligat.Oppugnatio cognitæ ueritatis,qualis erat Pharisæorū aduerſus Chriſtū,eſt iniquitas & peccatū ad mortē,id eſt,irremißibile peccatū. Ex his uidetur mihi dicēdū quod in 10.cap.ad Hebr.ſcripſi.Voluntarie enim peccātibus,&c.Poſt agnitā Chriſti ueritatē ſi uoluntariè peccauimus:id eſt, de induſtria peccatorū pœnitere nolimus,aut ſi uſq; ad finē in peccatis permanemus & immorimur, uel ſi ex certa malitia agnitā ueritatē impugnamus,peccamus peccato ad mortē. Vide illhic locū.Ex his quæ Apoſtolus ſcribit facilè repudiatur inepta Stoicorū ſententia, aſſerentiū,omnia peccata eſſe paria,& aliud alio nō eſſe maius aut grauius. Quos ſequutus eſt Iouinianus hæreticus aſtruēs nullā nuptiarū & uirginitatis eſſe diſtantiam, nullamq; maiorē abſtemijs & ieiunantibus retributionē,quàm opiparè epulantibus.*

Iniquitas.

Stoicorū error Ioulniani error.

Scimus,quoniam omnis qui natus eſt ex Deo,non peccat. *Apertius loquitur de quo peccato ad mortē intelligit, nempe de perfidia & incredulitate. Peccamus,& in multis offendimus omnes:Sed qui ex Deo ſunt nati,habent in ſe unde peccatum procedere nequit. Aut non peccat ille ex Deo natus peccato ad mortem, ſeu finali impœnitentia.Petrus ex Deo natus fuit,peccauit quidem & lapſus eſt, ſed non peccato perfidiæ & finalis impœnitentiæ. Exiſtimo Apoſtolum hoc loco uelle inſinuare finalem impœnitentiam electos Dei non læſuram.*

Perfidia eſt peccatū ad mortē.

Electi peccato ad mortem nō læduntur.

Sed generatio Dei conſeruat eum,& malignus nō tangit eum.

Apertius indicat cauſam, propter quã, qui ex Deo nati ſunt, non peccant peccato ad mortẽ. Nã in illis eſt propugnaculũ fortiſſimũ, & diligẽs cuſtodia, quæ eſt generatio Dei: id eſt, fides uiua, & uitæ innocẽtia, quã etſi ſæpius inquietet Satanas, euertere tamen nõ poteſt. Tẽtauit quidẽ Petrum & Dauidẽ, ſed neq; irretiuit, neq; euertit. Gratia Chriſti, qua renati ſunt fideles, cõſeruat eos, qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti: Atq; id eſt, quod dicebat Chriſtus Ioann. 17. Cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi ego cuſtodiui, & nemo ex his perijt, niſi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Itẽ 10. cap. Oues meæ uocẽ meã audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego uitã æternã do eis, & nõ peribunt in æternũ, & nõ rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. Et malignus nõ tangit eum, tantũ abeſt corrũpat ex Deo natũ, ut ne illum quidẽ tangat. In quo uerbo Tangere, elegãs mioſis figura obſeruari poteſt, hoc eſt, diminutio, quæ fit cum ſermoni deeſt aliqd quò minus plenus ſit. Vt cùm dicimus eũ attigiſſe qui pulſauit, læſiſſe qui uulnerauit. Ad hũc modum dicit, Nõ tangit: hoc eſt, nõ uincit & ſupprimit. Minus eſt tãgere, quàm uincere.

Malignus non tangit electũ & ex Deo natum.
Mioſis.

Scimus, quoniã ex Deo ſumus, & Mundus totus in maligno poſitus eſt. *Elegãti collatione à cõtrarijs cauſam reddere uidetur, cur Satanas eos nõ tãgat. Nos, qui Chriſtiani, et ex Deo nati ſumus, nõ euertimur à maligno, ſed toti Deo & ſtudemus & innitimur: Mũdus uerò, id eſt, q fidei & puritati uitæ nõ ſtudẽt, incũbunt ſolũmodo in ipſum malignũ, & principẽ ſuũ nõ modò audiunt, ſed etiã ſequuntur & peſſum eunt. Quẽadmodum enim Deus omniũ bonorũ fons et origo eſt: ita omniũ malorũ lerna eſt diabolus. Ex his colligimus, Apoſtolũ adhortari ut cuius ſint filij, nempe Dei, meminerint: ideo nihil commune habent cum illo malo, id eſt, Satana.*

Mundus in maligno poſitus.

Et ſcimus quoniam filius Dei uenit, &c. *Fortiſſimũ & inexpugnabile aduerſus omnes hæreſes propugnaculũ adducit Apoſtolus, Epilogũ faciẽs & ſummã omniũ eorũ quæ per totã epiſtolam diſſeruit. Chriſtus eſt uerus Dei filius. Pater Chriſti* IESV *domini noſtri uerus eſt Deus. Venit filius Dei ſempiternus temporaliter in mundũ, id eſt, humanã induit naturã, qui erat in Mundo, & per quẽ factus eſt Mundus. Neq; aliã ob cauſam, niſi ob noſtrã ſalutẽ, ut daret nobis ſenſum, id eſt, intelligentiã: hoc eſt, inſtituit nos, ut uera religione imbuti nunc uerũ Deum cognoſcamus, & in religione Chriſtiana uiuamus. Nemo enim (ait Beda) ſine diuina cognitione ad uitam uenire, nemo Deum cognoſcere, niſi ipſo docente poterat, quẽadmodũ dicit Ioan. Nemo nouit Filium niſi Pater, & cui uoluerit Filius reuelare: ſubaudi, Patrem & Filium. Vtrũq; enim Filius reuelat, qui in carne uiſibilis apparẽs diuinitatis arcana per Euangelium ſuum Mundo patefacere dignatus eſt. Et ſumus in uero Filio, id eſt, in eo uiuimus, in eo ambulamus, & hunc ſequimur, cognoſcentes, credentes, & confitentes hunc illum uerũ eſſe, cui ſoli innitendum eſt, ut uita fruamur æterna. Vnde ſubiungit:*

Epiſtolæ Ioannis ſumma.
Senſus.
Eſſe in filio Dei.

Hic eſt uerus Deus & uita æterna. *Arriano non eſt locus fugæ, ſi hæc legerit,* IESVS *Chriſtus eſt ille uerus Deus, qui per eſſentiam eſt uita æterna, nobis uerò obiectiuè eſt uita æterna. In illo enim noſtra erit beatitudo, qui in illo electi ſumus, & per illum nihil non impetramus.*

Chriſtus uita æterna.

Filioli, cuſtodite uos à ſimulachris. Amen. IESVS *Chriſtus dedit nobis ſenſum, hoc eſt, miſit ſuum Spiritum in nos, ut eius gratia nobis illuceſcente cognoſceremus eum qui uerus eſt Deus. Quem ſi amplexi fuerimus & uerè cognouerimus, deficiet omnis idololatria, quæ frequens eſt, & naſcitur ex Dei ignorantia atq;*

Spiritus Chriſti in nobis.
Idololatriæ origo.

conte[illegible]

contemptu. Fidelis nemini, præterquam uni Deo, fidit. Neminẽ itaq; niſi unum Deum, colit & ueneratur. Quare commodam appendicem fini epiſtolæ adponit, adhortans filiolos ſuos, quos in Chriſto genuit, ut caueant à ſimulacris. Nam qui uerè didicerãt, IESVM *eſſe Chriſtum & uitam æternam, in quem omnem ſpem reponendam intelligerent, non ſolùm facilè ab idololatria cauere poterant, ſed & uitare impoſtores, tenebriones, & malignos, & quotquot gloriæ Euangelicæ aduerſantur.*

CONCILIATIO.

QVID *hîc Apoſtolus dicit, & mãdata eius grauia nõ ſunt: cùm ſcribatur Matt. 7. Quàm anguſta porta, & arcta uia eſt, quæ ducit ad uitam. Item Pſal. 16. Propter uerba labiorũ tuorũ ego cuſtodiui uias duras. Et Apoſtolus Act. 14. Per multas tribulationes oportet intrare in regnũ Dei. Reſpõdet uenerabilis Beda, Quæ natura ſua dura ſunt & aſpera, ſpes cœleſtiũ præmiorum, & amor Chriſti facit eſſe leuia. Durum nanq; eſt perſequutiones pati propter iuſtitiã, ſed & hoc facit ſuaue, quòd ipſorũ qui ſic patiuntur, eſt regnum cœlorum.*

II. CONCILIATIO.

QVOMODO *qui orant pro peccatoribus ut conuertantur, dicuntur dare uitam, cùm ſolius Dei hoc ſit. Reſpondeo, Vſitatiſsimum eſt ſchema. Nam Dare uſurpamus pro Impetrare. Idq́; quod impetrauimus, dediſſe uidemur.*

FINIS EPIST. I. IOANNIS.

IOANNIS
SECVNDA.

ARGVMENTVM EIVSDEM.

Mulieri Electæ nomine gratulatur Apoſtolus Ioannes quòd Chriſtianam religionem receperit, in qua ut perſeueret, & ab hæreticis caueat, adhortatur.

Sunt qui hanc epiſtolam Ioanni preſbytero non Apoſtolo adſcribant. Vtcunq; uarient ingenia, contendantq́; non eſſe Ioannis Apoſtoli, Ego tamen & hanc & ſequentem Ioannis Apoſtoli eſſe credo. Nihil enim in hac ſcribitur quod non legatur & in prima, eundemq́; cum illa ſpiritum habeat, & ingenium Ioannis Apoſtoli ſapiat. Ad hæc facit generalis conſenſus Eccleſiæ hanc nomine Ioannis recipientis.

LOCI INSIGNES.

1 Non quauis re, ſed ſola Euangelij promotione gaudendum.
2 Notæ, quibus impoſtores & Antichriſti deprehendantur.
3 Puritas uitæ, & innocentia à Charitate.
4 Conſortium hæreticorum omnino fugiendum.

CAP. I.

natis] filiis

SENIOR, Electæ dominæ & natis eius, quos ego diligo in ueritate, & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunt ueritatem, propter ueritatem quæ permanet in uobis, & uobiſcum erit in æternum: Sit uobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo patre, & à

Chriſto

Chriſto IESV filio Patris in ueritate, & charitate. Gauiſus ſum ualde quòd inueni de filijs tuis ambulantes in ueritate, ſicut mandatum accepimus à Patre. Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum no-
Ioan.15.b uum ſcribẽs tibi, ſed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum. Et hæc eſt charitas, ut ambulemus ſecundum mandata eius. Hoc eſt enim mandatum, ut quemadmodũ audiſtis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi ſeductores exierunt in Mundum, qui non cõfitentur IESVM Chriſtum ueniſſe in carnem. hic eſt ſeductor & Antichriſtus. Videte uoſmetipſos, ne perdatis, quæ operati eſtis: ſed ut mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti: Deum non habet. Qui permanet in doctrina: hic, Patrem & Filium habet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis. Ecce, prædixi uobis: ut in die Domini non confundamini. Plura habens uobis ſcribere: nolui per chartam & atramentum. ſpero enim me futurum apud uos, & os ad os loqui: ut gaudium ueſtrum plenum ſit. Salutant te filij ſororis tuæ Electæ.

[Margin: Seductor. Antichriſtus.]
[Margin: Permanere in doctrina Chriſti.]
[Margin: in eo) ſubaudi, mandato ambuletis.]
[Margin: ne perdatis,) uel ne perdamus, uel, ne perdeant, quæ operati ſumus.]
[Margin: futurum) uenturum ad uos,]

[Margin: Ioãnes cur Senior dictus.] Senior. *Exordio hoc nomen ſuum inſcribit, ut ſolent, qui epiſtolas ſcribũt, ipſis ſalutationibus nomen præfigere. Quòd ſe nominat ſeniorẽ, non Ioannem, id factum putant propter uocationẽ & officium. Vocatione quidem, qua uſitatiſſimum et receptiſſimum erat apud omnes Aſianos Ioannẽ uocari ſeniorem. Quod nomen plenum eſſet autoritate & dignitate Apoſtolica præter uenerandam eius canitiẽ. Similiter officio.* [Margin: Eccleſiarũ præfecti ſeniores.] *Nam qui Eccleſiaſticam præfecturam exercebant, Seniores dicebantur, quòd maturo conſilio, ſenili prudentia, & morum grauitate, quæ uſui eſſent ſuæ Eccleſiæ omnia gererent. Ad hunc modum Apoc. 4. cap. dicitur, Et ſuper thronos uigintiquatuor ſeniores ſedentes, circumamicti ueſtimentis albis. Similiter & Petrus 1. Pet. 5. Seniores ergo, qui in uobis ſunt obſecro, conſenior & teſtis paſſionum Chriſti, &c.*

[Margin: Electa domina.] Electæ dominæ. *Dicunt quidam hanc Electam non eſſe aliam ad quam ſcribit Apoſtolus, quàm fidelem Eccleſiam, quam dominam uocat, quòd ſit ſponſa IESV Chriſti. Et ut perſiſtat Apoſtolus in metaphora & alluſione, uocat membra Electæ, Eccleſiæ natos. Sancta erat mulier nomine Electa (quã gloſſa ordinaria Babyloniam dicit) quæ ob Euangelij ueritatem & Spiritum Chriſti in ea diffuſum, & innocentiæ uitæq́; puritatẽ, & in ſanctos pietatem, maximè ab Apoſtolo Dei diligebatur. Quam nobilem & magna in ſeculo fuiſſe autoritate indicat, cùm dominam uocat.*

[Margin: Nati Electæ.] Et natis eius. *Non ſolùm natura filios, ſed etiam, quos doctrina & exẽplo puræ uitæ in Chriſto genuerat, omnes uocat Apoſtolus natos Electæ.*

Quos ego diligo in ueritate. *Horũ beneuolentiã conciliat, & ad audiendum att*

dum attentiſsimos reddit, cùm dicit, ſe non fictè, ut omnem hypocriſim damnet, ſed in ueritate illos diligere, hoc eſt, ſyncerè, uerè & ex animo hos diligo.

Et non ego ſolus, ſed & omnes, qui cognouerunt ueritatem. Animos illorum erigit, & ad amplius ueritatis ſtudium amplexandum allicit, dicens, ſe non ſolum, ſed & pleroſq; eſſe coadiutores pietatis, qui eodem charitatis feruore in illos ducentur. Solet enim charitas ſuos unico uincire uinculo, ut communis ſit omnium membrorum & in triſtitia & in lætitia ſenſus, dicente Paulo 1. Corinth. 15. Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Propterea dicit, Omnes qui cognouerunt, id eſt, uerè & ſyncerè receperunt ueritatem, id eſt, ipſum Chriſtum & eius doctrinam, hi omnes unum ſunt in Chriſto, & mutuò diligunt. Non ergo eſt ſolus Beatus Ioannes, qui natos Electæ diligit: ſed & quotquot ſunt de corpore Chriſti. His mirum in modum perterret hæreticos, qui hos & Electæ filios ab Euangelica ueritate auertere nitebantur. Cùm auditur charitatis exercitus, unitas, unus animus, una uoluntas omnium catholicorum, qui ſunt una domus, una familia in Chriſto uictore & euerſore omnium tum hæreſum tum hæreticorum.

Charitatis uinculum.

Chriſtianorum domus & exercitus qualis.

Propter ueritatem, quæ permanet in uobis, &c. Cauſam adducit tantæ dilectionis, cùm ait, Propter ueritatem. Quaſi diceret, Ideo diligo, quia Chriſtianæ pietatis & ueritatis cultores ſunt. Atque ut hos magis in pietate & charitatis exercitio confirmet, Dicit ueritatem in illis inexpugnabilem eſſe, cùm eam æternũ in illis permanſuram aſſeueret. Ac ſi dicat, Non exiſtimetis tu & filij tui uos imbelles & puſillos eſſe aduerſus Euangelij obſcuratores: quia in uobis eſt ipſa ueritas, quæ nunquam ſuis defuit. Atque tam uobis eſt præſens, ut æternùm ſit uobiſcum permanſura.

Sit uobiſcum gratia, miſericordia, &c. Cùm feruorem charitatis, & fidei zelum illis tanti fecerit, magna eiſdem precatur, exiſtimans indignum eſſe, rebus exilibus & parui admodum momenti ditiſsimos donare. Maximæ liberalitatis ſunt dona, Gratia, Miſericordia & Pax. Gratia, inquam, id eſt, remiſsio peccati. Miſericordia, id eſt, auxilium in afflictionibus. Et pax, id eſt, Dei fauor ubiq; præſens cum tranquillitate conſcientiæ. Quid maius, melius'ue poteſt illis precari? Duo ſunt aduerſarij, qui nos cruciãt, Peccatum, & conſcientiæ ſtimulus. Sed hæc duo monſtra Chriſtus uicit & conculcauit in hoc ſeculo. Qui ergo hæc habent, uerè diuites putauerim. Nomen Dei interim, à quo hæc dona pendent, largiũturq;, explicat, blanda quadam appellatione Deum patrem nominans, quò facilius excitemur, ſi quid nobis defuerit, ut Patrem rogemus, qui nihil ſuis rectè petentibus eſt denegaturus. Rurſus ut Cerinthum, Arrium, & huiuſmodi lucifugas confutaret, qui minorem Filium Patre & inferiorem dicunt, dicit, & à Chriſto IESV filio Dei. IESVS Chriſtus eſt Dei filius, eſt uerus Deus æqualis Patri ſuo, à quo, ſicut & à Patre, impetranda ſunt hæc dona. Nam Ioan. 5. dicebat ueritas, Quæcunq; Pater facit, hæc & Filius ſimiliter facit. Gratiã ergo illis precatur, ut in illis operetur mutua beneficia, miſericordiam, ut Chriſtum abſolutiſsimum miſericordiæ exemplar imitati, miſericordes re & nomine nuncupẽtur. Pacem, ut & internam & externam, & temporalem & æternam, tanquam ueri pacis filij, conſequantur. Precatur hæc omnia illis in ueritate, hoc eſt, ut ueraces ſint ad omnem hypocriſim profligandã parati. Et in charitate, hoc eſt, ſemper pro ſuo & laudabili more mutuam charitatis beneficentiam exerceant. Summa huius exordij eſt, Ego ſenior Ioannes ſcribo hanc epiſtolam Electæ fideli dominæ, huicq; precor gratiam, pacem, & miſericordiam, & ut in ueritate & charitate perſeueret.

Gratia.
Miſericordia.
Pax.

Peccatũ & conſcientiæ ſtimulus aduerſarij noſtri.

Cerinthiorum hæreſis.

Gauiſus ſum ualde, quòd inueni de filijs tuis ambulãtes in ueritate. *Amicis plurima impartitis ſalute uehementer gratulatur, docens quibus de rebus maximè ſit gaudendum: Nempe, cùm multos ab errore ad ueritatem Euangelicam reuocatos, multumq́; in religione Chriſtiana promouiſſe uidemus, iure optimo gaudere & lætari poſſumus. Hoc exemplo ad lætitiam commonebat Propheta Iſa. 54. Lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis, quia multi filij deſertæ magis, quàm eius, quæ habet uirum. Huc pertinet parabola Chriſti de oue perdita, & filio prodigo, Lucæ 15. Gaudet Apoſtolus, quòd repererat aliquos Electæ filios & domeſticos, qui, relictis impoſtoribus & tenebrionibus, ueritatem fuerant amplexi, eam, inquam, ueritatem, quæ non humanitus tradita eſt, ſed quæ à Deo Patre per doctrinam Euangelicam. Hæc enim & ſola eſſe ſolet omnis ueræ doctrinæ regula.*

Gaudẽdum de ꝓmotione Euãgelij.

Doctrinę o͞mis regula.

Et nunc rogo te domina, non tanquam mãdatum nouum, &c. *Hortatur ut conſtanter perſeueret in mutua charitatis beneficentia, argumẽto ſumpto ab ipſo autore, & re ipſa non noua, ſed antiqua. Quæ ſcribo tibi, ô Electa, nolim exiſtimes me mea autoritate ueluti noua quædam attuliſſe. Dominus eſt, qui & hortatur ad hanc perſeuerantiam, & eandem præcipit. Qui perſeuerauerit in finem uſque, hic ſaluus erit. Neq; quicquam, quod nuper domi meæ natũ, aut inuentum ſit, adduco, ſed quod ante multos annos admandatum eſt, & per Chriſtum reſtitutum. Quod præceptum nouo quodam & inaudito exemplo Chriſtus impleuit, iuſtus pro iniuſtis, innocens pro nocẽtibus, mortuus. Iſtud ab initio admandatum eſt iam multis annis, illius mandati obſeruantia floruit, hoc iſtud eſt mandatũ, quod ſcribo, ne quis omittat ob oculos pono, ut diligamus inuicem.*

Dilectiõis mutuæ præceptũ.

Et hæc eſt charitas, ut ambulemus ſecundum mandata eius. *Occupatio eſt cum appendice præcedentis ſententiæ interpres. Dicet aliquis, Ignoro quæ ſunt charitatis & mutuæ dilectionis partes. Reſpondet, Natura & ingenium charitatis Chriſtianæ eſt, ut ſeruet mandata, eò tendit charitas, ut diligatur Deus & proximus. Omnia enim autore Paulo Roma. 13. mandata ad charitatis & dilectionis officiũ & naturam reducuntur. Plenitudo ergo Legis (inquit Paulus) eſt dilectio. Videtur hoc loco alludere Ioãnes ad ea, quæ Chriſtus dicebat Ioã. 14. Qui habet mãdata mea, & ſeruat ea, ille eſt, qui diligit me. Qui autẽ diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Rurſus 15. cap. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea ſicut & ego præcepta Patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Et eodẽ cap. Hoc eſt præceptũ meũ, ut diligatis inuicẽ, ſicut dilexi uos.*

Legis plenitudo dilectio.

Hoc eſt enim mandatum, ut quemadmodum audiſtis ab initio in eo ambuletis. *Repetitio eſt, qua frequenter utitur Apoſtolus, ut charitatis ſtudium magis in animis noſtris imprimat. Hoc eſt mandatum uetus & nouũ, quod ab initio eſſe audiſtis, ut in eo ambuletis, hoc eſt, mutuam exerceatis dilectionẽ. Vetus eſt, quia ante Moſen in animis hominum ſcriptũ, & per Moſen in Lege literis mandatum, & recens à Chriſto abſolutè reſtitutũ. Natura ipſa conſtitutũ eſt, ut filij Patrem referãt. Pater noſter* IESVS *Chriſtus ſummam exercuit dilectionẽ: Ambulemus ergo per Chriſti ueſtigia, ut patrẽ referamus. In eo ambuletis: id eſt, in mãdato de dilectione uiuatis & perſeueretis.*

Mandatum uetus & nouum.

Quoniam multi ſeductores, &c. *Animos excitat ad uigilantiam, & ad indiuulsè amplexandum charitatis ſtudium, argumẽto à cauſa ſumpto. Dicet Electa, Quare tanto feruore, tam ſolicitè nos urges ad charitatis & dilectionis ſtudiũ? Quia (inquit) ſeductores & impoſtores lucifugæ exierunt in Mundum: non quòd non eſſent in Mundo, ſed exierunt, id eſt, prius latebant, nihil mali proximis afferentes, nunc uerò modis*

Exire in Mundum.

omnibus ſtudent, & parato ſunt animo, quò uobis imponant, et à ueritatis uia abducant in errorem. Aut, Exierunt in Mundum, quia ut ſuperiore epiſtola 2. cap. dictum eſt, Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcum: ſed ut manifeſti ſint, quoniam nõ ſunt omnes ex nobis. Ideo neceſſe eſt uos eſſe cautos, uigiles, & diligentes, ut horum technas uitetis, & in uera religione & dilectione pergatis. Occupat poſteà hæc tacitæ obiectioni reſpondens. Dicent Electa & filij, Doce nos quibus notis & indicijs agnoſcemus hos tenebriones & Antichriſti præambulones. Quiſquis (inquit) non docuerit IESVM *eſſe Chriſtum, hoc eſt, illũ Meßiam in Lege promiſſum, & quem prophetæ uenturum prædixerant. Item,* IESVM *ueniſſe in carne, hoc eſt, factum hominem, hic eſt ſeductor & impoſtor: ab huiuſmodi cauete uobis. Illa ſunt ſigna, quibus agnoſcetis à quibus eſt uobis cauendum.*

Signa cognoſcendorum hæreticorum.

Hic eſt ſeductor & Antichriſtus. *Exegeſis ſiue explanatio eſt ſuperioris ſententiæ. Illa ſigna, quæ prænotauimus cognoſcẽdi gratia ſeductores & Antichriſtos, referunt ſpiritum illius magni ſeductoris, & inſignis hoſtis, qui aduerſaturus eſt Chriſto & eius doctrinæ. Futurus quidem eſt ille magnus hoſtis, cuius membra iam cœperunt. Nempe, exierunt hæretici & ſeductores in Mundum, quibus autoribus incipiat abominandum illud regnum, quo uirtus, gloria & maieſtas* IESV *Chriſti ſupra modũ blaſphemetur & cõtemnatur. Hi ſunt Antichriſti, hic eſt ſpiritus ille ſeductor & Antichriſtus, qui aduerſus* IESVM *Chriſtum inſurgit, & extollit ſe ſupra Deum.*

Exegeſis.

Antichriſti mẽbra & præambulones.

Videte uoſmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis, &c. *Elegans eſt & cõmoda hæc oratio (Videte uoſmetipſos) ad cõmonendos excitãdosq; animos. Alludit ad ſcripta apud Ezechielem 18. argumẽto ſumpto à damno. Si aduerterit ſe iuſtus (ait ille) a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid uiuet? Omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Ita & ad hunc modum uidetur Apoſtolus hîc dicere, Vigilet unuſquiſque, & ſibi caueat, ne ſi uiam charitatis, quam eſt ingreſſus, reliquerit, perdat omnem fructũ eorum, quæ hactenus bene geßit. Sed ſtudeamus ut neglectis ſeductoribus & Antichriſtis, plenam mercedem tandem accipiamus: hoc eſt, ut plenum gaudium illud conſequamur, quo clarè Deum uideamus. Quod non fiet, niſi in finem uſque perſeuerauerimus. Matth. 10. & 24. Qui autem perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit.*

Operum commendatio.

Merces perſeuerãtiæ plena.

Omnis qui recedit, & nõ permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet, &c. *Delectatur hic Apoſtolus frequẽtißima antitheſi, qua facilius ſuum aperiat inſtitutum. Hic locus eſt à cauſis. Qui Euangelio & religioni Chriſtianæ aduerſatur, cauſa eſt, propter quam Deus recedit ab eo. Contrà, qui Euangelio fauet, & ſe Chriſtianum re & doctrina profitetur, Chriſtum uerè induit, Patrem & Filium habet, Ioan. 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Hic receſſus ab Euãgelio, ſi frequens fit, in profundum malorum detrudit, à quo qui redierint paucos inuenias. Pergamus ergo in ueritate & dilectione, ut Patrem & Filium hic habeamus, quo tandem perſeuerantes perfruemur cum his, qui in libro uitæ ſcripti ſunt.*

Chriſtum induere.

Profundũ malorũ ex receſſu ab Euangelio.

Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. *Totus æſtuat Apoſtolus aduerſus hæreticos conſeruandi gratia, quos habet cõmendatos, præcipiens hæreticorum, qualequale fuerit, conſortium fugere, & conſtantißimè in religione Chriſtiana perſeuerare. Quiſquis eſt, qui aduerſus hanc doctrinam, id eſt, doctrinam Euangelicam pronun-*

Ioannis feruor erga diſcipulos

Hæreticorum olfactus fœtidus.

tiauerit, Cauete ab hoc maligno, quem neq; uelim in domum ueſtrum recipi, neq; uos cum eo colloqui. Tam enim fœtidum eſt illius maligni uirus, ut uel ſolo olfactu præſentes inficiat. Quid non poterit uel modico tactu non labefactare, & ſtatim non inficere? Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Propterea ſubiungit:

Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.

Hæretico ne ſalutatio quidem debetur.

Argumentatur à damno, alludens ad illud, quod Eccleſiaſtici 13. ſcribitur, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et qui cõmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. Vſqueadeò nihil hæretico debetur, ut præcipiat Ioãnes, neque in domicilium & hoſpitium admittamus, neque obuium in uia ſalutauerimus. Timendum enim eſt ne in domum admiſſus, familiam ſuo conuictu inficiat, & pro beneficentia communicati hoſpitij rependat maleficium. Atque è ſalutatione naſcatur colloquium, quo euertatur ſana doctrina. Quare hos magis, quàm ethnicos & publicanos, reijciamus oportet. Hos nõ Apoſtolos, ſed uenientes uocat, alludens ad uerbum IESV Chriſti Ioan. 10. Quotquot uenerunt, id eſt, non miſſi ſunt, fures ſunt & latrones. Ieremiæ 23. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Hi ſeductores loquuntur ex ſeipſis, ideo ſanctè & uerè non loquuntur. Vnde Ioan. 8. ne Apoſtoli ex ſeipſis loquerẽtur dedit eis ſpiritum ſuum, de quo ait, Non enim uos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris ueſtri, qui loquitur in uobis. Et rurſus, Ego dabo uobis os & ſapiẽtiam, &c. Propterea nomen ſuæ functionis à Deo ſortiti ſunt Ioannes & ſocij eius. Dicti ſunt & uocati, Apoſtoli, illius magni Apoſtoli & pontificis IESV Chriſti domini noſtri. Cùm dicit, & hanc doctrinam, intelligit doctrinam Chriſti, quæ in prophetarum & Apoſtolorũ literis comprehenſa eſt. Similiter per domum, intelligit uniuerſam cohabitationem: ſicut per Aue, colloquia familiaria. Refert uenerabilis Beda ex Polycarpo martyre Smyrneorũ Epiſcopo & Ioannis diſcipulo, Contigit aliquãdo apud Epheſum Ioãnem Apoſtolum lauandi gratia balneas ingreſſum, ubi deprehenſo & uiſo Cerintho hæretico, protinus exclamauit Ioãnes, Fugiamus hinc, ne & balneæ ipſæ corruant, in quibus ueritatis oſor Cerinthus ſe lauat. Idem Polycarpus narrat, Marcioni hæretico roganti Ioannẽ agnoſceret ſe, Reſpondit Ioannes, Agnoſco agnoſco primogenitum Satanæ. Hæc indicant Ioannem factis & re ipſa probaſſe quæ docuit. Ne Aue ei dixeritis: id eſt, ne dixeritis illi ſalutem, aut, ne iuſſeritis illum ſaluere.

Hæretici dicti uenientes & fures.

Loqui ex ſe, malum eſt.

Apoſtoli ſpiritum receperũt ne ex ſe loquerentur.

Doctrina Chriſti.

Aue, notat colloquium familiare.

Ioannes in balneis Cerinthũ notauit.

Marcionis uerbum ad Ioãnẽ.

Satanę primogenitus.

Ecce prædixi uobis, ut in die Domini non confundamini. Occupatio eſt, qua ea anteuertit, quæ obijci poterant, diluens omnem Electæ & ſuorũ excuſationem. Nolite in poſterum excuſationi locum dare, quòd non fueritis præmoniti. Omnia, quæ ſunt ad ſalutẽ, uos docui, quibus notis cognoſcatis hæreticos oſtẽdi, & hos ut fugiatis præmonui. Imò cum fratre meo Paulo Act. 20. auſim dicere, Nihil ſubtraxi uobis utilium, quò minus annuntiarem uobis, & docerem uos publicè, & per domos teſtificans omnibus in Deum pœnitentiã & fidem in dominum noſtrum IESVM Chriſtum. Meminit illius ſupremi iudicij, & ob oculos ponit, ut illos alliciat ad puritatẽ uitæ, alludens ad id quod Eccleſiaſtici 7. ſcribitur, In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Quod diem uocat Domini, quia nihil tunc opertum, quod non reueletur: eò facit hæc exhortatio, ut intelligant, quàm ſtudioſè amplexari debeant charitatem & religionem Chriſtianam: in qua ſi uixerint, & perſeuerauerint, nihil uerebũtur diem illũ iudicij, ſed ut ſuperiore epiſtola 4. cap. dixit, In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die iudicij: id eſt, inconcuſſam & tranquillam habebimus conſcientiã in illo die: propter eam charitatem, quę nõ

Ioannes Aſianos omnia ad ſalutẽ docuit.

Iudiciũ uocat dies Domini.

admittet

admittet timorē illū, qui ſemper perterret, & auertit, ne promiſſis Dei ſtemus. Erit tamē reuerētia magna ad Deum, quam noſtri filialem timorē appellāt, qui nihil moleſtiæ conſcientijs pijs affert. Componamus ergo uitam noſtrā ad exemplar ipſius Chriſti innocentiſſimi: Quē ſi induerimus (induemus autē, ſi in eum fidamus, & ſpem omnē collocauerimus) nō confundemur eo die magno, quo tribunal IESV Chriſti omnes ſpectabūt, ſed quæ expectauimus donabuntur apertè, & fruemur Deo tanquam eius hæredes, & IESV Chriſti cohæredes. In ipſo enim & per ipſum omnia nobis uerè contingent.

Plura uobis ſcribere nolui per chartam, & atramentum. *Pluribus lubens uellet cum illis agere Apoſtolus. Qui quoniam intelligit plus energiæ ad perſuadendum in uoce eſſe, quàm ſcriptura, ob id ſeſe excuſat.* Vox ſcriptura uiuacior.

Spero enim me futurum apud uos, &c. *Ne quid moleſtiæ illis pareret, quibus cum tam paucis ageret, pollicetur ſe uiſurū illos, ubi præſens præſentes alloquetur, & multa illos docebit, quæ omnem moleſtiam ex eorū animis depellant. Proptèrea dicit, Vt gaudium ueſtrum plenum ſit. Non iſthuc proficiſcar, ut dominū tyrannidem'ue exerceam, aut pecuniā ueſtram emungam, ſed ut plenè gaudeatis. Completur gaudium, cùm omnes fidei & Euangelij negotium intelligimus, & illud per charitatem exercemus. Tanto feruore charitatis hos Apoſtolus diligit, ut malit doctrinam charitatis illorum committere mentibus, quàm chartis. Quid ergo nobis profuerit uidiſſe, audiuiſſe, et legiſſe doctrinam Chriſti, Apoſtolorum, & Prophetarum, atramento, chartis, & membranis exaratam, niſi menti noſtræ indiuulsè adhæſerit, & ſcripta fuerit, eandemq́; transferamus in uitæ puritatem & mores noſtros?* Ioannis beneuolentia erga ſuos. Gaudiū plenū.

Salutant te filij ſororis tuæ Electæ. *Ex more ſcribentium ſalutationem appendit, qua docet, quàm ſtudioſus fuerit familiæ Electæ. Cuia autem fuerit Electa, parum refert tam curioſè inquirere.*

DICTIO.

AMBVLARE, *ire eſt, ſed metaphoricè ſignificat uiuere ſeu conuerſari, Pſal. Ambulans in uia immaculata, hic mihi miniſtrabat. Rom. 8. Nihil damnationis eſt his, qui non ſecundam carnem ambulant, id eſt, carnaliter non uiuunt. Vnde uia in Scripturis dicitur quicquid agimus & uiuimus, Pſalm. 1. Quoniam nouit dominus uiam iuſtorum. Ambulare coram Deo, eſt uelle placere Deo, & innocenter uiuere.* Ambulare. Via.

ANTICHRISTI *nomine non ſolùm illum futurum inſignem Euangelij hoſtem intelligimus, ſed etiam totum illud concilium male contra uerbum Dei docentium, & ſub prætextu pietatis gregem Dei ſeducentium.* Ambulare corā Deo. Antichriſti uox.

DOCTRINA *Chriſti ea eſt, quæ comprehenditur in Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptis.* Doctrina Chriſti quæ dicſ.

FINIS EPIST. II. IOAN.

IOANNIS

TERTIA.

*

Breuis eſt hæc epiſtola, ſed in breuitate hac mira eſt gratia. Et breuitas ſua habet myſteria, in quibus cùm nihil Ioanne indignū cōtineatur, imò nihil legatur, quod nō referat ipſius Ioannis & phraſim & ſpiritum, credo hanc eſſe Ioannis. Ad hæc facit, quod Eccleſia hanc nomine Ioannis legit, cui ſubſcribit ſenatus ille Sorbonicus Pariſienſis.

Caio Corinthio gratulatur, quòd tam beneficũ in CHRISTI *præcones, & tam conſtantem religionis Chriſtianæ defenſorem ſeſe exhibeat, arguens Diotrephen impietatis, & Demetrium commendans.*

LOCI INSIGNES.

1 Beneficentiam ueritati coniunctam, ueræ fidei fructum eſſe demonſtrat.
2 Nemo iuſta laude fraudandus.
3 Exemplis excitandi animi.

CAPVT I.

Sanctum deſiderium.

SENIOR Caio chariſsimo, quem ego diligo in ueritate. Chariſsime de omnibus orationem facio proſperè te ingredi & ualere, ſicut proſperè agit anima tua. Gauiſus ſum ualde uenientibus fratribus, & teſtimonium perhibentibus ueritati tuæ: ſicut tu in ueritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in ueritate ambulare. Chariſsime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ: quos benefacies, deducens dignè Deo. Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi: ut cooperatores ſimus ueritatis. Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ: ſed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc ſi uenero, commonebo eius opera, quæ facit: uerbis malignis garriẽs in nos. & quaſi non ei iſta ſufficiant: neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos, qui ſuſcipiunt, prohibet, & de Eccleſia eijcit. Chariſsime, noli imitari malum, ſed quod bonum eſt. Qui bene facit, ex Deo eſt: qui malè facit, non uidet Deum. Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus, & ab ipſa ueritate. ſed & nos teſtimonium perhibemus, & noſti quoniam teſtimonium noſtrum uerum eſt. Multa habui tibi ſcribere: ſed nolui per atramentũ & calamum ſcribere tibi. Spero autem protinus te uidere, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos nominatim.

Orationem facio] Opto ut proſperè agant & rectè ualeãt, id eſt, ſicut animo bene habes ita opto per omnia bene habere.

Maiorẽ, &c.] Maius his non habeo gaudiũ.

Fideliter facis] id eſt, rem facis tua fide dignã

Pro nomine, &c.] quemadmodum par eſt eos facere, qui Deo ſeruiunt.

Diotrephes.

Commonebo] indicabo

Garriens in nos] mentiens de nobis, nec his contentus, ipſe non ſuſcipit, &c.

De Eccleſia] de cõgregatione

Demetrius.

Habui] habebam.

Senior. *Hæc Epigraphe nomen explicat ab officio & autoritate, tollens omnem leuitatis ſuſpicionem. Sunt re uera Seniores, qui maturo & præmeditato iudicio, non autem leui & ſubita ſententia, ut ſolent adoleſcẽtes, res ipſas, de quibus cõtrouertitur, componunt. Quare in primæua illa Eccleſia Epiſcopi, & Eccleſiarum præfecti iure optimo Seniores dicebantur.*

Epiſcopi Seniores.

Caio chariſsimo. *Eximia Caij laus, quòd charißimus dicatur illius, quem ſacra Scriptura Dei amicum pronuntiat. Hic Caius creditur eſſe Corinthius, beati Pauli hoſpes, & à Paulo baptizatus, Roma.16. & 1.Corinth.1.*

Caius Pauli hoſpes.

Quem ego diligo in ueritate. *Nihil ſimulationis in uiro ſancto legi poteſt. Quem charißimum dixit, ficte amare nequit. Sed hunc diligit in ueritate, id eſt, ſyncerè & ex animo diligit. Eſt enim charitas & religio Chriſtiana ſine omni hypocriſi.*

Simulationi non eſt locus apud ſanctum.

Chariſsime, de omnibus orationem facio proſperè te ingredi, &c. *Ab utili & commodo conciliat, & attentißimum reddit Caium. Hæc ſalutatio uidetur diuerſa eſſe à conſueta ſalutatione Apoſtolica. Videtur mihi ad hunc modum intelligenda: O Cai charißime, orationem facio, id eſt, opto te ingredi & ualere proſpere de omnibus. id eſt, opto omnia tua bene feliciterq́; ſuccedere, Sicut proſperè agit anima tua, id eſt, non aliter, atq; anima tua, ſeu homo tuus internus proſperè agit in omnibus bonis cœleſtibus, quibus ornatus eſt. Huic precatur eam felicitatem, quam hic dicunt ſummam, Sit mens ſana in corpore ſano. Quidam uertunt in hunc ſenſum: Opto ut quemadmodum omnia tibi feliciter & pro animi tui ſententia ſuccedunt, ita & omnibus tuis domeſticis & familiaribus bene beateq́; contingat.*

Gauiſus ſum ualde uenientibus fratribus, &c. *Perſeuerantiam Caij in ueritate & religione Chriſtiana commendat Apoſtolus. Cui congratulatur de liberali hoſpitalitate, quam in fratres exercet, quemadmodum accepit à uiris fide dignis, qui non ſolum receptißimam eſſe ueritatem apud Caium dicunt, ſed & eundem in ueritate ambulare, hoc eſt, piam agere uitam, & mutuam in fratres exercere beneficentiam abſq; fuco & ſimulatione, id eſt, iuxta ipſius ueritatis regulam, uerè & ex animo omnia in fratres agere teſtificantur.*

Caij laus.

Maiorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in ueritate ambulantes. *Omnia uerba hæc eò tendunt, ut moueant affectus, & beneuolentiam concilient. Patrem ſe offert cùm blandis uerbis & ſuauibus filios ſuos uocat. Præceptores ſuo quidem modo funguntur uice parentum. Vt enim hi formam corporis, ita illi formam animi generant. Eſt autem forma Chriſtiani animi, fides uiua, ſeu fiducia in Chriſtum. Cor enim hac fiducia ornatum, quòd propter Chriſtum ſumus iuſti, habet ueram formam Chriſti, quæ paratur miniſterio uerbi, 1.Corinth.4. Per Euangelium ego uos genui. Verbum procedit ex ore prædicantis miniſtri, attingẽs cor audientis. Ibi adeſt Spiritus imprimẽs cordi uerbum, ut illi aſſentiatur. Hoc modo omnis pius prædicator pater eſt, qui per miniſterium uerbi generat formam ueri Chriſtiani. Dicit Apoſtolus ſe multo perfuſum gaudio cùm audit ſuos filios non parum promouiſſe in puritate uitæ. Maiorem horum non habeo gratiam, &c. id eſt, maius his non habeo gaudium, quàm ut audiã filios meos in ueritate ambulare. Quid proderit, ſciuiſſe ueritatem, niſi in ea ambulauerimus? Eſt autẽ ambulare in ueritate, piam uitam uiuere, & in charitate mutuã exercere beneficentiam. Simul explicat cauſam, propter quam uiris pijs ſit gaudendum, Cùm audimus fratres non parum, ſed copioſe in doctrina Euãgelica promouiſſe. Huc pertinet, quod Chriſtus enarrat Luc.15. Angelos gaudere de peccatoribus ad pœnitẽtiã cõuerſis.*

Præceptores uice parentum funguntur.

Chriſtiani animi forma.

Prædicator dicitur pater.

Ambulare in ueritate.

Gaudẽdum cũ Euangeliũ obſeruatur.

Chariſ

Nemo iuſta lau de fraudandus.

Euangeliũ gratis nunciatum. Eccleſię Primę ritus.

Pauperũ ſubſidium in prima eccleſia.

Prædicatores adiuti.

Caios paucos hęc ętas habet.

Auari aduerſus Dei pręcones.

Chariſsime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, &c. *Hic locus ad gratulationem facit, oſtendens neminem iuſta laude fraudandum. Liberalitatem Caij in pauperes ſanctos nõ ſolùm commendat, ſed & quàm celebris facta ſit coram tota Eccleſia ab ijs qui benignè à Caio excepti ſunt, prædicat. Ex his manifeſtum eſt, multos temporibus Apoſtolorum fuiſſe uiros zelo pio ductos, qui huc illhucq; circumibant, nihilq; non facientes, omnia ferebant prædicandi Euangelij gratia, idq; gratis, ut non diteſcerent, & res ſuas auctiores redderent, ſed ut gloria* IESV *Chriſti plurimùm promoueret. Hi quibus negata erat gratia Verbi, Chriſti præcones & Apoſtolos ſuis iuuabant opibus, ne quid Verbi nuntijs deeſſet, in quorum albo primus erat Caius, qui ex hoc loco, & Roma. 16. apparet fuiſſe uir opulentiſsimus, omnia in gratiam Euangelij profundens. Vtinam hodie multos Caios haberet hæc ætas, qui libẽter ſtudia pietatis iuuarẽt. Sed prô dolor, omnes auaritiæ ſtudent, adeoq; cura Verbi periclitatur, ut quibus miniſtrorũ Verbi cura commiſſa eſt, miſeros egere ſinant, ridiculos faciant, nihil minus curantes, quàm ſuam ipſorum functionem, atque quo plus habent, eò minus abundant. omnia enim in luxum & uoluptates abeunt. Tantumq; abeſt quicquam docendi munus habentibus conferant, ut ab alijs collata, iam olim inuideant, præripiantq;. Hos per ſuam gratiam reducat Dominus ad pietatis ſtudia, atq; ad magni illius Caij liberalitatem & beneficentiam exercendam. Gratulatur ergo Ioannes Caio de hoſpitalitate & beneficentia, quam ſpectante Eccleſia annuntiauerant, quos exceperat hoſpitio Caius. Fideliter facis quicquid operaris in fratres, id eſt, rem fidelem & Chriſtianam facis, imò eãdem rem in tuto collocas, cum beneficẽtiam exerces in fideles & Chriſtianos, ne quid deſit fratribus iſthac tranſeuntibus. Et hoc in peregrinos. Quaſi dicat, Omnibus quidem debemus beneficẽtiam, ſed præcipuã uerbi Dominici miniſtris, quos hìc peregrinos nũcupat, quòd eò peregrinarentur, quò annuntiaretur Euangeliũ, & abundantius promoueret* IESV *Chriſti doctrina.*

Peregrinatio pro Euãgelio commendatur.

Quos bene facies deducens dignè Deo. *Commendat Caio hos peregrinos & Chriſti præcones, argumento ab utili & honeſto. Plurimum laudis conſequeris, ô Cai, ſi poſteà quàm hos ſuſcepiſti hoſpitio, eoſdem deducens dignè Deo, id eſt, eoſdem uiatico munieris. Aut ſi in domum tuam deduxeris, & benigne foueris. Dignè Deo, id eſt, in laudem Dei, cuius gratia hanc beneficentiam facis & exerces. Aut, dignè Deo, id eſt, ſi uiatico hos inſtruxeris dignè Deo, id eſt, ut uerbi miniſtros decet, quo tutò poſſint aliò ſe transferre, & ne quid in uia illis deſit. Huc pertinet Pauli ad Timoth. exhortatio, Zenam (inquit) legiſperitum & Apollo ſolicitè præmitte, ut nihil illis deſit. Quod operatus benefacies, id eſt, operas tuas in tuto repones, nempe apud Chriſtum dicentẽ Matthei 25. Amen dico uobis, Quãdiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.*

Opera noſtra apud Chriſtum reponenda.

Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à gentilibus. *Cauſam reddit non malè collocatæ beneficentiæ. Intelligis, ô Cai, Cui beneficentiam hanc impenderis, re uera Deo. Nam pro nomine Chriſti profecti ſunt, hoc eſt, ut uerbum Dei annuntient, & gloria* IESV *Chriſti abundantius promoueat. Reponis ergo apud Chriſtum iſta operatus, quem recipis, quos ille mittit recipiens. Dicebat ille Matth. 10. Qui uos recipit, me recipit. Videtur hic locus de Chriſti nuntijs & præconibus huc illuc'ue gratia promulgandi Euangelij proficiſcentibus intelligendus, non de his, quorum bona ab infidelibus proſcripta erant, propter uerbum ſequens, nihil accipientes à gentilibus. Gratis Euangelizabant exemplo Pauli & aliorum, ne quod offendiculum daretur Euangelio. 1. Corinth. 9. Sed non uſi ſumus hac poteſtate, ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti. Neſcitis, quoniam qui in ſacrario*

Chriſtum recipit, qui uerbi nũtios recipit.

Euangelizabãt gratis in prima eccleſia.

operant

operantur: quæ de ſacrario ſunt edunt? Et qui altario deſeruiunt: cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio uiuere. Ego autem nullo horum uſus ſum. Non deſunt, qui locum interpretantur de his, quorum bona proſcripta erant, ut à fide ad idololatriā deſiſterent. Tantum abeſt aliquam à gentilibus gratiam acciperent, ut ab illis profligati, in exilium relegarentur.

Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, ut cooperatores ſimus ueritatis. *Hortatur ad piam in pauperes beneficentiam, argumento ab utili & finali mercede ſumpto. Miram habet gratiā Apoſtolus Ioānes, qui cum ſodalibus dixerat Chriſto, Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, &c. nunc ſe opulentorū numero adſcribit, dicens, Nos debemus ſuſcipere huiuſmodi uiros bonos. Gratiam à fratribus acceptam indigentibus communem faciebat, intelligens nihil defuturum uiris pijs gloriam Chriſti promulgantibus. Atq; ut ad hanc liberalitatē & munificentiā reddat alacriores, ſe in ſodalitium eorū, qui diuites erant, iungit. Nos ergo, qui intelligimus Euangelij miniſtrum mercede dignum, debemus hunc recipere, & ijs, quæ habemus, adiuuare eundem. Non diſsimili exhortatione Paulus Act. 20. maiores Eccleſiæ Epheſiorum alloquutus eſt. Poſt multa addit ille, Argentum & aurum, aut ueſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſtæ. Omnia oſtendi uobis: quoniā ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos: ac meminiſſe uerbi domini IESV, quoniam ipſe dixit, Beatius eſt magis dare, quàm accipere. His addit Apoſtolus præmiū & mercedem, Vt cooperatores ſimus ueritatis. Veritas ipſa nos dono Spiritus ornat, ſine quo ad hæc non exercetur munificētia. Quare poſt receptum ipſius Spiritus donū operamur, cooperari dicimur gloriam Deo adſcribentes, qui noſtro operi mercedē rependit, Matth. 10. Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eū, qui me miſit. Qui recipit ꝓphetā in nomine prophetæ, mercedē ꝓphetæ accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedē iuſti accipiet. Et quicūq; potū dederit uni ex minimis iſtis, calicē aquæ frigidæ tātum in nomine diſcipuli: amē dico uobis, nō pdet mercedē ſuā.*

Fidelibus communicata beneficentia.

Paulus labore manuū ſibi neceſſaria acquirebat.

Merces recipientium Euāgelicos uiros.

Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ; ſed is, &c. *Cauſatur Apoſtolus cur perſonæ ſingulari & priuatæ, non autem Eccleſiæ hanc deſtinarit epiſtolam. Scripſiſſem Eccleſiæ, ſed fruſtra, quandoquidem obſtat Diotrephes. Hic primas uſurpabat in Republica, in qua degebat Caius. In hoc accuſat Apoſtolus hæreſim, linguæ petulantiam, ambitionem, inhumanitatem, & in fratres tyrannidem. Hic membrum erat Antichriſti, & omnium hæreticorum improborumq; hominum exemplum, qui ſemper moliūtur quicquam aduerſus Euangelium. Quod non ſcribit reſeruat declarandum in aduentum ſuum.*

Diotrephes pernicioſus.

Propter hoc ſi uenero, commonebo eius opera, &c. *Perſeuerat pingere Diotrephen, cuius improbos mores detecturum ſe minatur, ubi primùm aduenerit: propter hoc, quia ille impoſtor eſt & inhumanus, ſi uenero, indicabo eius uirulētiam & technas, quibus aduerſari ſolet doctrinæ noſtræ. Qui ſuæ linguæ petulātia & garrulitate non contentus Dei uerbū annuntiantes deturbare, prohibet ne benignè excipiātur peregrini, & communicati hoſpitij officium à fratribus accipiāt. Hic locus explicat optimi Paſtoris officium, uidelicet nihil condonare, aut cōuiuere impoſtoribus & uiris aduerſus IESV Chriſti doctrinā armatis. Et de Eccleſia eijcit, id eſt, de cōgregatione expellit. Et ſi fieri poteſt, curat ut exulet frater, tam capitale eſt huius tyranni aduerſus ueritatē odiū.*

Paſtoris optimi partes. Eccleſia.

Chariſsime, noli imitari malum, ſed quod bonum eſt. *Elegans eſt ad ueritatem exhortatio, cui nihil præſcribere poteſt conſuetudo, quæ in rebus malis uero titulo abuſus dici debet. Hoc certè exigit ueritas, cui nemo præſcribere poteſt, nō ſpatium*

Conſuetudo præſcribere nō poteſt aduerſus ueritatem.

Veritatis energia.

temporum, nõ patrocinia perſonarum, non priuilegium regionum. Vincit ſemper ueritas, nulla unquam conſuetudine obliteranda. Dominus enim noſter IESVS *Chriſtus ſe ueritatem non conſuetudinem cognominauit. Hæc ergo dicit Apoſtolus, ut præſeruet Caium ab offenſione, tametſi non particulari, ſed generali ſententia, quod intendit, pronunciet. Quaſi dicat, Sunt tibi cognita, quæ molitur & agit Diotrephes, caue tibi, non imiteris malum, ſed quod bonum eſt. Quod ſi quis tibi obijciat, multo tempore obſeruatum eſſe & cõſuetudine longa ualere, quod Diotrephes docet, nihil huiuſmodi præſcribere poteſt ueritati, Quam amplexaberis, ſi imitatus fueris, quod bonum eſt, non quod malum.*

Filiorum regni & perditionis notæ.

Qui benefacit, ex Deo eſt, &c. *Peruenuſta antitheſi docet, quibus notis filios regni à filijs perditionis diſtinguemus. Nulla eſt cõmunicatio luci ad Belial. Qui ex charitate operatur & bene de fratribus meretur, ex Deo eſt. Deus enim charitas eſt. At non ſolum ex Deo eſt, ſed etiã uidet Deum: quem tametſi oculo corporeo non uidet, hunc tamen oculo interno & ſpiritali contemplatur & uidet. Alterum antitheſeos membrum addit, Qui male facit, non uidet Deum. Qui fratrem odit, Qui Euãgelicæ ueritati aduerſatur, cum Dei pugnat beneficentia, Deum neq; uerè cognoſcit, neq; uidet, neq; poſthac occæcatus uidebit, nempe in tenebris ambulat & in peccatis totus ſordeſcit. Ex his colligimus, peccatum, & uitæ puritatem non poſſe ſimul ſubſiſtere. ergo contraria ſunt. Iſta enuntians meminit illius extremi iudicij, ut deterreat à doctrina Diotrephis, qui erat omnium hæreticorum exemplum maximè fugiendum.*

Exemplorũ uis & energia.

Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus, &c. *Scripturæ ſacræ hoc pro more habent, ut animorum morbos exemplis leuent, ac eiſdem medeantur. Excitant non mediocriter piorum animos, malorum exempla, & eorum, qui ſuo malo euidenti perierunt. Hominis tyranni Diotrephis exẽplum poſuit, ut ab huiuſmodi caueamus. Nunc ut Caij & piorum animos confirmet, optimi uiri Demetrij exẽplum adducit. Neceſſe eſt dicamus hunc Demetrium abſolutiſſimæ & integerrimæ uitæ uirum fuiſſe: Cùm omnes pij admirentur, probent, & laudent illius fidem & uitam Euangelicã: imò & tacentibus hominibus ipſa adhuc ueritas, ſeu ſpiritus Chriſti teſtimoniũ perhibet de huius uiri perfectione & integritate: id eſt, opera huius uiri indicant, quàm feliciter in eo habitet uirtus Chriſti & ſpiritus eius. Deniq; & hic noſter Apoſtolus, qui adulari nõ nouit, magna de hoc uiro perhibet. Huius uiri mores ſi induerimus, à ueritate non recedemus.*

Demetrij laus et cõmendatio.

Multa habui tibi ſcribere, &c. *Eadem ſententia hanc claudit Epiſtolam Ioannes Apoſtolus, qua & priorem. Non uult pluribus agere cum Caio, ne fortaſſis intercipiantur à Diotrephe & aduerſarijs literæ: Aut quia eam non præ ſe ferunt energiam literæ, quam uox habet.*

Vox plus perſuaſionis habet quam literæ.

Spero autem protinus te uidere, &c. *Ne moleſtus amicis & fratribus Chriſtianis uideretur, quòd tam breui Epiſtola ſe ſalutatos uiderent, pollicetur ſe uiſurum Caiũ, ut mutua fide, mutuiſ'ue & præſentibus colloquijs cõſolationẽ accipiãt. Atq; præſens, ſi quid fuerit moleſtiæ fratribus auferat, confirmaturus eoſdẽ in fide* IESV *Chriſti.*

Pax.

Pax tibi. *Caio bene precatur. Tranquilla ſit tua conſcientia, nihil tibi moleſtiæ afferat Tyrannus ille Diotrephes. Omnia ſuccedant feliciter pro animi tui ſententia.*

Salutant te amici. *Iſta ſunt amicitiæ & charitatis plena argumenta. Non ego ſolus ſum, qui tibi pacem precor. Sunt & mecum fideles, qui te in Domino amãt. Nolunt hac mea epiſtola te inſalutatum eſſe. Bene beateq; tibi precantur.*

Saluta amicos nominatim. *Iſte eſt ſingularis amicitiæ in Ioanne fructor. Quaſi dicat, Nolim in genere omnes amicos meo nomine à te ſalutari, ſed nominatim ſalutabis.*

lucabis. Feceriſq; mihi multam gratiã,ſi ſingulis per te dictũ audiuerim, Bene tibi precatur Ioannes. Videtur Apoſtolus exercitum et copias fideliũ explicare, cùm ex utraq; parte amicos,quaſi uno animo ductos,& paratos ad gloriam Chriſti dicit, ut perterreat Diotrephen aduerſarium,& ſi fieri poteſt à cathedra peſtilentiæ deturbet.

DICTIO.

VERITATIS *nomine Scriptura frequenter ipſum Deum nobis explicat, qui ſummè incõmutabilis & uniformis eſt, Interdum ſynceritatem & integritatẽ uitæ. Vnde Ezechias dicebat, Memento Domine, quomodo ambulauerim coram te in ueritate. Miſericordia comitem habet ueritatẽ. Miſericordia gratis promittit, Veritas uerò promiſſionem implet. Veritas Euangelij eſt, exhibitio promiſsionum in ipſo explicatarum.* Veritatis uox. Miſericordia & ueritas comites.

DIOTREPHES, *Græca uox, dicitur à Ioue nutritus, à Dios Iouis, Trepho, nutrio. Proprium eſt mali & inſolentis uiri.* Diotrephes.

DEMETRIVS, *proprium nomẽ uiri pij ac religioſi hominis, cui teſtimonium pietatis & probitatis ab omnibus redditur. Demetrius Cerealis interpretatur, à Cerere, quam gentiles Deam frumenti putabant. Seleuci filius. 1. Machab. 7. a. Nomen etiam Argentarij cuiuſdam, Act. 19. c.* Demetrius.

CAIVS, *lingua Latina priſca interpretatur dominus. Latinum eſt, nomen uiri Macedonienſis, Act. 19. hoſpes Pauli, Rom. 16. Cui teſtimonium integerrimæ uitæ hac epiſtola Ioannes perhibet.* Caius.

ORATIONEM *facere, pro optare, hoc cap. dictum eſt.* Orationem facere.

FIDELITER *facis, id eſt, tutum reddis, ſiue in tuto collocas.* Fidele[ter] facere

FINIS TERTIAE EPISTOLAE BEATI IOANNIS.

B. IVDAE EPISTOLA.

*

ARGVMENTVM EIVSDEM.

Hortatur Iudas frater Iacobi Alphæi ſanctos in religione Chriſtiana perſeuerare: quam uult bonis operibus exprimant, alijs quoque adiumento ſint, ne quicquam infirmis deſit, caueant autem ſibi ab impoſtoribus, quos hic deſcribit, certum ipſis exitium interminans.

LOCI INSIGNES.

1 Ad uitæ puritatem hortatur.
2 Notæ quibus impoſtores & hæretici deprehenduntur.
3 Occæcationem impiorum deſcribit.
4 Malorum exitium, & bonorum præmium.
5 Morum parænefes.
6 Nouiſsima tempora ab Apoſtolis prædicta.

CAPVT I.

De tēporibus nouiſsimis & negantibus gratiam Chriſti.

IVDAS IESV Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi, his qui ſunt in Deo patre dilectis, & Chriſto IESV conſeruatis & uocatis, miſericordia uobis & pax & charitas adimpleatur. Chariſſimi, omnem ſolicitudinem faciēs ſcribendi uobis de communi ueſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere uobis, deprecās ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Domini noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolùm dominatorem, et dominum noſtrum IESVM Chriſtum negantes. Commonere autem uos uolo, ſcientes ſemel omnia, quòd IESVS populum de terra Aegypti ſaluans, ſecundò eos, qui non crediderunt, perdidit: Angelos uerò, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni Diei, uinculis ęternis ſub caligine reſeruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, facti ſunt. exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes, ſimiliter & hí carnem quidem maculāt, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant. Cum Michael Archangelus, cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore: non eſt auſus iudicium inferre blaſphamiæ, ſed dixit, Imperet tibi Deus. Hí autem quæcunque quidem ignorant, blaſphemant, quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norūt, in his corrumpuntur. Væ illis, qui in uia Cain abierunt, & errore Balaan, mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt. Hi ſunt in epulis ſuis, maculæ conuiuantes, ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quę à uentis circunferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia. Quibus procella tenebrarū ſeruata eſt in æternum. Prophetauit autē & de his ſeptimus ab Adam, Enoch, dicens, Ecce uenit dominus in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra

Angeli.
Numeri 14.f
Sodoma.
Geneſ.19.e
Michael.
Zachar.3.e
Eccl.11.d
Cain.
Geneſ.4.b
Balaam.
Numeri 22.d
Numeri 16.a
2.Pet.2.d
Enoch propheta
Apoc.1.b

Dilectis,] ſanctificatis, Per Deū patrē ſanctificati ſunt, & per Ieſum Chriſtum ſeruati & uocati:

Adimpleatur] multiplicetur.

Omnem ſolici. &c.] tātū mihi fuit ſtudiū ſcribēdi ad uos de cōmuni ſalute, ut nō potuerim nō ſcribere uobis.

Suum principatum] ſuam originem.

Dominationē] dominos.

Maieſtatem, &c.] in poteſtate prędítos: maledicta congerunt.

Cum] At quū

Non eſt auſus, &c.] Nō eſt auſus illi impingere notam maledicti.

Imperet] increpet.

Illis, qui] illis, quoniā in, &c.

In errore] in ſeductionem, uel in deceptione mercedis, qua decept^9 fuit Balaā, effuſi ſunt.

In epulis] in dilectionibus ueſtris, uel inter charitates, conuiuia pauperibus apparata.

Autumnales,] autumno marceſcentes

Fructus feri]

undæ efferæ In ſanctis] cum ſanctis.

cum peccatores impij. Hi ſunt murmuratores,queruloſi,ſecundum deſideria ſua ambulantes , & os eorum loquitur ſuperbiam,mirantes perſonas quæſtus cauſa. Vos autem chariſsimi,memores eſtote uerborum,quę prędicta ſunt ab Apoſtolis domini noſtri IESV Chriſti,qui dicebant uobis, Quoniam in nouiſsimis temporibus uenient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt , qui ſegregant ſemetipſos,animales,ſpiritum non habentes. Vos autem chariſsimi , ſuperædificantes uoſmetipſos ſanctiſsimæ noſtræ fidei,in ſpiritu ſancto orantes,uoſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri IESV Chriſti in uitam æternam.Et hos quidem arguite iudicatos,illos uero ſaluate,de igne rapiẽtes. Alijs autem miſeremini in timore,odientes & eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam. Ei autem, qui potens eſt uos conſeruare ſine peccato,& conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exultatione in aduentu domini noſtri IESV Chriſti,ſoli Deo ſaluatori noſtro per IESVM Chriſtum dominũ noſtrum, gloria & magnificentia , imperium & poteſtas ante omnia ſecula , & nunc , & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Nouiſsima tẽpora prædicta ab Apoſtolis. 1.Timoth.4.a 2.Timoth.3.a 2.Pet.3.a De correptione.

Arguite iudicatos,] commiſeramini dijudicantes,uel cum dijudicamini.
Carnalis] ex carne.

Iudas IESV Chriſti ſeruus,frater autem Iacobi , his qui ſunt in Deo patre,&c. *Hac inſcriptione,cùm ex perſona ſua,tum ex ipſo Apoſtolatus officio,auditorũ ſibi animos cõciliat,atq; deuincit.Ne quẽ enim illius nominis, quod habuit cum proditore cõmune,offenderet infamia,officium ſuum & legationẽ proponit,ſeruũ ſe eſſe Dei,manifeſtans quòd queeunq; nunc agit,non ſua ſponte agit , ſed Dei mãdato. Itaq; quæ Dei,non quæ ſua ſunt,quærit. Modis omnibus ſe ſeruum Chriſti exhibuit , ut qui illi uiueret,omnia illi operaretur,illi animas lucraretur,illi in Perſide tandem martyrio ſpiritum reddiderit.Quia multi erant Iudæ,ideo ad differentiam aliorum addit, Iacobi frater.Lucas enim ſexto capite Iudam Iacobi appellat,quem alij Thaddæum.addit etiam ad diſcrimen alterius Iudæ Apoſtoli,ſed filij perditionis.*

Iudas ſeruus Dei.
Seruus Chriſti modis omnib9
Iudas martyr in Perſide.
Iudas fili9 perditionis.

His , qui ſunt in Deo patre,dilectis , & Chriſto IESV conſeruatis & uocatis. *Deſignat fideles,quibus hanc deſtinat epiſtolam.Solet Paulus inſcriptionibus ſummam Euangelij prænotare. Quod & hic obſeruat noſter Apoſtolus. Vocatis,id eſt,electis Dei.Qui ſunt electi Dei? dilecti in Deo patre. Qui ſunt dilecti in Deo patre? conſeruati in Chriſto IESV. Nam cùm natura noſtra impuri eſſemus, & filij iræ:miſericors Deus filium ſuum miſit in carnem,qui nos ſanguine ſuo redemit , & lauit,eripiens nos è lacu Satanæ,& in filios adoptans cõſeruauit nos in ſeipſo , & Deo patri reconciliauit conſecrauitq; ſibi in peculium. Atque id eſt,quod dicit,In Deo patre dilectis,& in Chriſto IESV conſeruatis.*

Vocati.
Dilecti in Deo patre.
Conſeruati in Chriſto.

Miſericordia uobis,& pax,& charitas adimpleatur. *Iſta ſunt ma-*

Miſericordiæ nomine Pater oſtenditur. Pacis nomine filius intelligitur. Charitatis nomine Spiritus ſanctus deſignatur. Miſericordiã augeri in nobis. Pax. Charitas. Adimplere.

xima & planè diuina, quæ fratribus precatur, ut acceſsionẽ faciant, et augeãtur in illis, apertiſsimè inſinuans trinitatem ipſam, à qua nihil non bonum. Miſericordiam dicens, Patrem oſtendit, qui à Paulo 2. Corinth. 1. dicitur, Benedictus Deus, & Pater domini noſtri IESV Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius cõſolationis. Pacis nomine Filium indicat. Ipſe enim eſt pax, qui fecit utraq; unum, Epheſ. 2. Charitate Spiritum ſanctum explicat. Charitas enim diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis, Roma. 5. cap. Tria ergo hæc, miſericordiam, pacem, & charitatem petit ab ipſa trinitate ipſis ſanctis augeri & multiplicari. Miſericordia gratia Dei eſt, quam auget Pater cœleſtis, quando noſtri miſertus remittit peccata, & liberalius omnia nobis condonat. Sequitur Pax, quæ trãquillam & pacatam cõſcientiam reddit, dans pacificum cum omnibus cõuictum. Augetur & in his charitas, quæ eſt legis plenitudo. Adimpleatur, id eſt, multiplicetur & augeatur.

Salus cõmunis. Fides ſemel data ſeruanda.

Chariſsimi, omnem, &c. Salutatis fratribus captat beneuolentiam, adducens cauſam, quæ ipſum ad ſcribendũ impulerit. Chariſsimi, hoc uerbo auditorum animos ſibi conciliat. Omnem ſolicitudinem faciens. Videtur eſſe huius loci germanus ſenſus, Non ſolùm laboraui, & omnem operam diligentiſsimam dedi gratia ad uos ſcribendi de communi ueſtra ſalute, id eſt, de fide & doctrina Euangelica, quæ omnibus una & communis eſt. Verùm etiam neceſſe habui: id eſt, neceſſe fuit ſcriberem propter pſeudapoſtolos, deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei: id eſt, obſecro uos ut fide uera ſemel à Chriſto & Apoſtolis tradita, perſeueretis. Vel, obſecro uos ut ueſtris laboribus auxilio ſitis fidei & doctrinæ Chriſtianæ, quæ ſemel data eſt ſanctis, id eſt, Chriſtianis, ne ab impoſtoribus ſeducantur. Sanctis, quia ad ſanctitatem data eſt fides. Semel autem, quia ſemel à Chriſto tradita eſt, nec eſt repetenda traditio, ſed perpetuò ſeruanda. Hortatur ergo Apoſtolus, ut per fidem ſemel datam, & omnem noſtram operam auxilio ſimus ipſis ſanctis, quò magis proficiant in fide & doctrina Chriſti.

Veritatis obſcuratores. Præſcribi in iudicium. Liberum arbitrium prædeſtinatione nõ tollitur.

Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudiciũ) impij, &c. Nolite admirari, quòd uos ſum hortatus quaſi ad ſingulare certamen, & ut parati ſitis adiuuare ſanctos ueſtris laboribus in fide ſemel tradita, & ab eiſdem recepta. Propterea ad uos iſta ſcripſi, Quoniam furtim & clanculum ingreſsi ſunt quidam impoſtores, qui non ſolùm negant dominũ IESVM, ſed etiã lucem Euangelicam obſcurare nituntur, uertentes ipſam gratiam fidei in occaſionẽ laſciuiæ. Qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium, id eſt, qui iam olim præfigurati, & ad hanc condemnationem deſignati ſunt, uel quos Deus ab æterno præuidit tantum ſcelus perpetraturos, & uicturos ſceleſtiſsimã uitam. Ideo deſcripti ſunt in hoc iudicium, id eſt, Deus decreuit illis hanc pœnam ſcilicet æternam. Iſta libero arbitrio non derogant, nõ enim cogit, aut neceſsitate aliqua compellit diuina bonitas ut iſta faciãt: Sed quòd uidet hos tandem facturos, ſolùm annuntiat, & pœnam, quam illorũ miſer exitus meretur, explicat. Videtur Apoſtolus ad morem iudicum alludere, qui ſicariorum & huiuſmodi flagitioſorum hominũ nomina & perpetrata ab eis facinora in titulos uijs publicis erigũt, per compita illa affigentes in indelebilem perpetuæ infamiæ notam, atq; in librũ (quem rubrum nuncupant) eadem diligentiſsimè inſcribentes, ut alijs cedant in exemplũ. Huiuſmodi impoſtores Apoſtolus teterrimis depingit coloribus. Primo loco impios dicit, qui dedignantur Deum colore, hoc eſt, Deo nõ credunt, nõ fidunt, non metuunt, ei ſe nõ committunt, ipſius poteſtati & uoluntati nihil deferunt, id eſt, nõ agnoſcunt Deum. Eſt ergo impietas (ut Baſilius dicit) in Deum peccatũ, & infidelitas, hoc eſt, peruerſa opi-

Impoſtorum notæ. Impij qui dicuntur. Infidelitas.

nio

*nio de Deo diuiniſq; uerbis & operibus. Secundò dicit, præſcriptos in damnationem, hoc
eſt, præ ſe ferentes titulum & iudicium, quo iam iudicantur uarijs pœnis addicēdi. Aliam
notam in illis obſeruat, Hi gratiam Dei transferūt in laſciuiam carnis, hi ſunt Nicolaitæ,
qui prætextu charitatis uxores faciūt communes. Hac ætate apud queſdam hic error cō-
ualuit. Non pigebit recenſere, quod inter illos factum ſcio. Cuidam roganti mutuam pro-
ximi beneuolentiam, utputa cōcederet in proximam noctem uxorem, quod ſpiritu admo-
nitus eſſet, ut cum illa dormiret, Reſpondit uir, Tu tuo ſpiritu admonitus, ut cum mea
uxore dormias: Ego uerò meo ſpiritu moneor, ut te hoc meo pugione interficiam. Vide
quàm ridicula & abominanda pariat hæreſis. Sunt & alij, qui pietatis titulo hominibus
ad peccandum procliuibus indulgent. Quos Paulus 2. ad Timoth. 3. deſcribit: Erunt ho-
mines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obediētes. Et pau-
lò pòſt dicitur, Voluptatum amatores magis, quàm Dei, habentes quidem ſpeciem pieta-
tis, uirtutem autem eius abnegātes. Et hos deuita. Ex his enim ſunt, qui penetrant domos,
& captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis. Sub occaſione religionis agunt turpia.
Quapropter in luxuriam tranſtuliſſe eos dicit gratiam Domini, libertate parta, & per
Euangelium annuntiata abutebantur ad turpitudinem ac peccandi licētiam, putantes ob
remiſsionem peccatorum per Euangelium annuntiatam omnia ſibi licere. Propter quod
& audacius & impudentius peccabant, recidentes in ſeruitutem, à qua per Chriſtum
exempti erant. Iſta operantes negāt ſolum dominatorem & dominū noſtrum IESVM
Chriſtum. Obſeruabis interim, ſolum dominatorem eſſe Chriſtum. Non quòd ab hac au-
toritate excludat Patrem, ſolum dominatorem & dominum IESVM dicens. Eſt enim
Pater ſolus dominator & dominus. Similiter & Spiritus ſanctus. Nam dictio excluſiua
in myſterio Trinitatis adiuncta nominibus tam eſſentialibus, quàm communibus relatiuis
ad extra (ut ita loquar) non excludit aliam perſonā. Ideo has concedimus ueras eſſe pro-
poſitiones, Pater eſt ſolus dominus, filius eſt ſolus dominus, Similiter & Spiritus ſanctus.
Quamcunq; enim in eadem ſancta & indiuidua Trinitate perſonam nomines, ſolus Deus
eſt. Sola dominatrix eſt tota ipſa Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus.*

Præſcripti in damnationē.

Nicolaitæ.

Philauti.

Chriſtus ſolus dominator.

Regula theologa.

Excluſiuæ dictiōis acceptio in myſterio trinitatis.

Commonere autem uos uolo, ſcientes ſemel omnia, quòd IE-
SVS, &c. *Hortatur ſanctos ad opera fidem uiuam exprimentia, argumento ab exem-
plis ſumpto. Iure optimo arguuntur, qui Chriſtum uerbis confitentur, factis uerò negant.
Propterea non ſatis eſt dicere & palàm profiteri nos liberatos eſſe ſanguine Chriſti, &
donatos libertate Euangelica: neceſſe eſt, ut uitam Chriſto dignā uiuamus, fidem noſtram
operibus aperiamus, & alijs ſimus auxilio, ne quorum hic mentionem facit Apoſtolus,
exempla ſequamur, & in præceps cum illis ruamus. Obſerua huius Apoſtoli miram di-
cendi gratiam, qua auditorum captat beneuolentiam. Vos (inquit) ſcientes ſemel omnia.
Quaſi diceret, Nolo uos docere, qui omnia ad ſalutē neceſſaria ſcitis, & didiciſtis ſemel,
ita ut eadem uos docere non ſit neceſſe: mea ſolùm intererit, idq; factum ſatis putauerim
ſi uos commonefecero, uel ob oculos ueterum exempla repoſuero, quæ tanquam nomina
ueſtra & digitos retinetis. Primo loco collationem facit & confert hos impoſtores cum
his, qui poſt ſuſcepta à domino beneficia, poſt liberationem ab Aegypto, ingratitudine
multa murmurauerunt aduerſus Dominū, Quemadmodum olim hic IESVS Chriſtus,
quem prædicamus uobis (Quia Hebr. 13. IESVS Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſe-
cula) ne putetur hunc dixiſſe Ieſum filium Naue olim ex ſeruitute Aegyptiaca per di-
uiſum & apertum maris rubri alueum, & per deſertum multis miraculis & gratiarum
copia populum Iſraëliticum in terram promiſsionis deduxit: Ita hic ille Deus nos ex ſer-*

Fides ſine operibus mortua.

Chriſtus heri & hodie.

Baptiſmus. *uitute diaboli per lauacrum regenerationis,hoc eſt,per baptiſmum uim mortis & reſurrectionis Chriſti habentem, nos lauit à peccatis omnibus.* Et duce IESV *Chriſto domi-*
Terra ꝓmiſſa. *no ducit nos ad terram promiſſam, hoc eſt, ad uitam æternam. Simili collatione dicatur, Quemadmodum illis,qui in deſerto obmurmurauerunt,qui idololatriæ, epulis,& impudicitiæ ſeruierunt,non profuit liberatio illa ab Aegypto,ſed ceciderunt multa millia : ita nihil nobis profuerit , prædicare Chriſtum & redemptionis noſtræ myſterium , ſi uitam uiuamus impuram & impiam.Secundò,id eſt,poſtea : id eſt,cùm ſeruaſſet Dominus illos, poſtea eos,qui non crediderunt,perdidit. Quia iuſtus iudex (ait Beda) nonnullos culpis exigentibus & nunc & poſtmodum percutit. His etiam percutit hæreticos diuinitatem Chriſti negantes, cùm dicit* IESVM *dominum eduxiſſe populum,&c.oſtendens,quia nõ à partu Virginis principium habuit, ſed iuxta myſterium ſui nominis ad ſalutationem credẽtium Deus eſt,atq; ita credẽtes propitius ſaluat, ut etiam iuſtus damnet incredulos.*

Angelos uerò, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, &c. *Manifeſtat impoſtores & falſos doctores diuino iudicio puniendos. Argumentum ab*
Pſeudodoctores exẽplo malorum Angelorum caueant. Angeli mali puniti. *exemplo ſumptum, à maiori ad minus aptatum eſt. Si Deus Angelis excidentibus à tanta dignitate,qua donati erant,non pepercit:ne impoſtoribus quidẽ parcet. Exaggerat horrẽdum ſupplicium, quod Deus de Angelis ſumpſit,ut terrorem incutiat falſis doctoribus & impoſtoribus,uſurpans more Hebraico iudiciũ pro pœna & iuſto ſupplicio. Quemadmodum Angelis nihil profuit conſortes factos eſſe diuinitatis, ſed ubi ſe à Deo auerte-*
Chriſtianũ nomen ſine pura uita uanũ eſt. *runt , è cœlo deturbati ſunt ad inferos : ita nihil nobis profuerit , quòd ſanguine Chriſti redempti fuerimus & multis donati bonis,niſi in pietate & uita Chriſto digna manſeri-*
Principatus. *mus. Non ſeruauerunt ſuum principatum,id eſt,ſuum decorem & ornatum,in quo creati ſunt,ſed dereliquerunt ſuum domicilium: id eſt, ſua ſuperbia è cœleſti loco deturbati ſunt:*
Caligo. *& Deus reſeruauit eos ſub caligine , id eſt , ſub aëre caliginoſo , ipſis uinculis,id eſt,ad æterna uincula,in iudicium magni diei,id eſt,in pœnam illam manifeſtandam,quando omnes ſiſtendi ſunt ante tribunal* IESV *Chriſti,qui in ſua maieſtate ſedẽs iudicaturus eſt*
Dæmones reſeruati in iudicium puniẽdi. *uiuos & mortuos. Aut , reſeruauit eos ſub caligine ad uincula æterna ducendos in iudicium magni diei, ait Beda, Non quòd grauiter non puniantur nunc, ſed grauius in iudi-*
Aëriæ poteſtates. *cio uniuerſali torquebuntur. Nomine caliginis intelligit aërem. Vnde Paulus nuncupauit poteſtates aërias,aduerſus quas eſt nobis colluctatio, Epheſ.2.& 6. Hic locus caligi-*
Caliginoſus locus. *noſus à cœlo ad ima continetur, ubi deputauit illis Angelis Deus carcerem uſque ad ma-*
Dies iudicij. *gnæ diei iudicium, quæ eſt dies nouiſſima, & dies iudicij, de qua Propheta Soph.1. Dies iræ, dies illa,dies tribulationis & anguſtiæ,dies calamitatis & miſeriæ,dies tenebrarum & caliginis,dies nebulæ & turbinis,dies tubæ & clangoris,ſuper ciuitates munitas,& ſuper Angelos excelſos. Quod autem ab illo aëre caliginoſo trãſituri ſint ad ignem perpetuum, & uincula illa tenebrarum argumento eſſe uidetur, quod Chriſto Matth.8.dixerunt,Quid nobis & tibi* IESV *fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos? Atq; niſi illhinc ad ignem illum magnum tranſituri eſſent,non diceret Chriſtus, quod pronunciauit Matth.25. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo &*
Laquei dæmonum. *Angelis eius. Non intelligas uincula laqueos eſſe ferreos,ſed uim ipſam diuinam illhic detinentem,quos pœnæ æternæ addixit. Et hac uirtute ligatæ & detentæ erunt eorum uirtutes operatiuæ & intellectiuæ : ut enim ſenſibilibus ſunt ſenſibilia,ſic ſpiritualibus ſpi-*
Vincula & carceres dæmonũ. *ritualia ſunt uincula. Magnum diem uocat,qui merita omnium diſcutienda coram magno*
Dies magnus. Iudiciũ magnũ cur dies uocat. *iudice comprehendit. Diem præterea dicit, quia nihil eo die occultum,quod non reuelcetur. Atque tam manifeſta erit impoſtorum condemnatio,ut palàm clamaturi ſint ſe iuſto*

Dei

Dei iudicio damnatos. Faxit Deus ad dexteram cum ouibus reponamur. Amen.

Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, &c. *Alio exemplo manifeſtat, quam pœnam incurrent, qui gloriam Dei, et beneficia à Deo ſuſcepta in ſuam transferunt luxuriam. Quẽadmodum quinq; illæ ciuitates Gene. 19. enumeratæ execrabilis ſuæ cõcupiſcẽtiæ grauiſſimas pœnas dederunt, igne è cœlo demiſſo abſumptæ: ita qui deficiunt à Chriſto ad Mundũ & eius cõcupiſcentiã, non aliter expectent iudiciũ ignis æterni, quàm illi iudicium ignis temporalis: qui tamen illis initium pœnæ & figura erat ignis æterni, quo puniertur qui domini beneficijs abutuntur ad uitæ turpitudinem. Non enim effugient iudicium Dei.*

Pentapolis punita.

Beneficia Dei in luxuriã uertentes grauiter punientur.

Similiter & hi carnem quidem maculant, &c. *Occupatio eſt. Rogabit aliquis, Quibus notis deprehendi cognoſci'ue poſſunt impoſtores illi? Reſpondet, Quæ pentapolicæ, ſeu quinq; ciuitatum incolæ, quos ſulphureus ignis extinxit, hoc faciunt nebulones iſti & falſi doctores, Antichriſti membra & præambulones. Primò carnem quidem maculant, id eſt, totos ſe dedunt & ingurgitant uoluptatibus, ſtupris, & comeſſationibus. Neq; his ſolùm contenti ſunt, ſed etiam dominationem ſpernunt, id eſt, præfectos Reipublicæ, & magiſtratus, quantiquanti fuerint, ipſum quoque* IESVM *(à quo eſt omnis dominatio) cùm Apoſtolicam dignitatem non reuerẽtur, ſed modis omnibus aſpernantur. Nec ſolum ſpernunt, ſed etiam maieſtatem blaſphemant, hoc eſt, maledicta coaceruant in Apoſtolos & Euangeliſtas, ſummos & maximos à Deo ordinatos magiſtratus, quos cùm blaſphemijs laceſſunt, in Chriſti maieſtatem ipſam peccant. Quò fit, ut blaſphemia multa infecti peccatum ad mortem incurrant. Dicit tamen, Maculant, ut reſpondeat ei, quod prædixit, Domini noſtri gratiam transferentes in luxuriam. Addit, Dominationem ſpernunt, iuxta quod dixerat. Et ſolum dominatorem negantes. Deinde maieſtatem blaſphemant: ut reſpondeat dicto, dominum noſtrum* IESVM *Chriſtum negantes.*

Notæ abutentiũ gratia Dei.

Dominationẽ ſpernere.

Blaſphemare maieſtatem.

Cùm Michaël Archangelus, cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, &c. *Multa amplificatione grauitatem illius ſceleris blaſphemiæ oſtendit, adducens exemplum illius diſſidij, quod inter bonos & malos Angelos de corpore Moyſi factum eſt. Cùm initum eſſet diſſidium inter Archangelum Michaëlem & diabolum de corpore Moyſi, multisq; conuicijs ageret diabolus, quæ quũ ferre non poſſet Michael, ſtatim in blaſphemiam & conuicia non prorupit. Sed moderatè reſpondit, Imperet tibi Deus. Benignum & dulce eſt iſtud reſponſum, à Deo eſt, omnem Deo tribuens gloriam & iuſtitiam. Ex his intelligimus turpiſſimũ & iniquiſſimum eſſe, quẽpiam uiris autoritate & dignitate præminentibus maledicere. Quærunt multi, unde hic Apoſtolus acceperit hanc diſceptationẽ Michaëlis cum diabolo. Sed credant, non aliã quærentes autoritatẽ, quàm huius Apoſtoli Iudæ receptiſſimã.*

Michaelis & diaboli diſſidium de corpore Moyſi.

Magiſtratibus maledicere turpiſsimum.

Hi autem quæcunq; quidem ignorant, blaſphemant: &c. *Exaggerat ſcelus illud blaſphemiæ. Tantum abeſt in uiros pios blaſphemandum ſit, ut ne in diabolum quidem, aut in uiros infimos ſit illud audendum, ſed exemplo Michaëlis iudicio Dei relinquendum. Nihilo minus tanta peccatorum caligine obtenebrantur miſeri impoſtores, qui Dei beneficentiam in ſuam uertunt uoluptatem, ut quæcunque ignorant, hoc eſt, quæ fidei ſunt, ſuo ſenſu apprehendere uelint, & nequeant, ob id ignorantes, illa blaſphemant, id eſt, negant, & inhonorant, uidelicet quòd Chriſtus ſit Meſſias, filius Dei, coæternus patri. Imò etiam uiris uerè Chriſtianis & pijs detrahunt: nec his contenti, quæ neq; nouerunt, neque intellexerunt in optimo quoque,*

Blaſphemorũ cæcitas.

*falſo criminantur,tantaq́; uoluptate corrupti ſunt,ut more brutorum in ſua ducantur
deſideria.Alludit ad id,quod à Dauide dictum eſt Pſal.48.Homo cum in honore eſſet
non intellexit,comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Multa
huiuſmodi leges Roma.1.& 2.Pet.2.*

Væ illis,qui in uia Cain abierunt,& in errore Balaam, &c. *Ele-
ganti collatione confert ferè omnium ſeculorum ſeductores his impoſtoribus, qui do-
cendi autoritatem ſibi uendicant,reiectis doctoribus Euangelicis. Affert ergo(ut me-*
Cain pſeudapoſtolorum exemplar. *lius impoſtores depingat) ex ſacris literis ſceleſtiſſimos & perditiſſimos uiros,Cain,
Balaam,& Chore.Primò in uiam Cain ingreſſi ſunt,apud quem fratricidium & inui*
Geneſ.4 *diam didicerunt.Nam quemadmodum Cain fratri Abeli uitam puram inuidit, & ob
id eundē occidit:ita hi blaſphemi,latrones, et fulciferi uiros purioris uitæ & religio-
nis Chriſtianæ ſtudioſiſſimos ex inuidia perſequũtur,mores Cain ſui præceptoris imi*
Nume.23 *tati.Addit his nouum genus ſceleris,Et in errore Balaam mercede effuſi ſunt. Hi dece*
Balaami uitiũ. Mercede effundi. *pti,illaqueati & occæcati uitio ſui præceptoris Balaã,id eſt,auaritia,donis,& quæ-
ſtu,mercede effuſi ſunt:id eſt,meruerunt in aliud ſceleris genus incidere. Quia ut o-
mne facinus prolapſi ſunt , ut iam quod malum & facinus grande eſt pro uirtute du-
cant.Sicut Balaam donis & auaritia corruptus eſt ab Ammonitis & Moabitis,ut po
pulo,cui Deus Benedixerat,malediceret,& hac auaritia errauit maledicens populo
Dei:ita hi Antichriſti præambulones ſuo quæſtu & auaritia errant, & in graue la-
buntur facinus,maledictis petentes uiros in religione Chriſtiana ambulantes, quibus*
IESVS *Chriſtus benedixit.Cùm dicit,Mercede effuſi ſunt : id eſt,effuſi ſunt dece-
ptione mercedis Balaam.Vocans deceptionē, mercedis corruptelam, qua data merce-*
Deceptio mercedis. *de Balaam cōductus fuit,ut malediceret populo Dei.Qui nihil ſibi temperant,ſed ad
omne ſcelus parati in omne facinus prolabuntur,effuſi dicuntur. His horrendum mi-*
Effuſi qui dicuntur. *natur exitium,adducens exemplum Chore.Quemadmodum Chore factioſus & ambi*
Chore ambitio. *tioſus ſacerdotium uſurpare uoluit,magnam cōcitans factionem aduerſus Moyſem &*
Nume.16.16 *Aaron,ſtatimq́; cum ſuorum coniuratorum exercitu à terra dehiſcente abſorptus eſt*
Antichriſtorũ exitium. *uiuus,& ad inferos deſcendit:ita & hi ueritatis oppugnatores , qui ſua impietate ad-
uerſus magiſtratus ſanctos conſilia parant,ab unitate Eccleſiæ recedunt, & maieſta-
tem ambiunt,mores Chore induerunt, propterea hos manet pœna illa,quam ſua am-*
Væ. *bitione conſequutus eſt Chore.Væ,nota eſt maledictionis. Non hic maledicere inten-
dit Apoſtolus,ſed illis maledictionem,ut caueant prænuntiat.*

Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes , ſine timore ſemet-
ipſos paſcentes. *Ad huius loci explanationem neceſſe eſt conſuetudinem primæ
Eccleſiæ ex hiſtorijs adducamus. Solebant uiri pij zelo & charitatis affectu in quen-*
Conuiuia charitates & dilectiones. *dam locum munera ad pauperes refocillandos mittere,fiebantq́; non raro conuiuia,ut
pauperum leuaretur inedia,quæ uocabãt Charitates & Dilectiones. Videtur hic no-
ſter Apoſtolus ſenſiſſe de his epulis ſeu conuiuijs, quæ Charitates dicebantur. Senſus*
Maculæ in cōuiuijs. *igitur eſt,Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes, id eſt,hi inter ſuas charitates &
conuiuiola maculæ ſunt:id eſt,indulgent crapulæ & uentri. Et ſine timore, id eſt, in-
trepidè, paſcentes ſemetipſos nullius imperio parentes , ſed ſuo arbitratu luxurioſè
uiuētes. Qui inter honeſta charitatis & frugalitatis exempla temperantiam ſuo con-
uictu docere deberent, inſigniorem fœditatem oſtendunt , dum malo exemplo proxi-
mos corrumpunt , & piorum muneribus ad refocillandos pauperes oblatis & miſſis
abutuntur ad luxurian & crapulam ſuam ſine timore.*

Nubes

Nubes ſine aqua, quæ, &c. *Parabolis & ſimilitudinibus ſeductores huiuſmodi depingit, afferens colores euidentiſſimos & uiuaciſſimos, quibus horum lineamenta ad uiuum explicet. Prima ſimilitudine, uagos & uento leuiores oſtendit, Vocans illos, nubes ſine aqua, &c. Quemadmodum nubes ſine aqua nullum imbrem terræ affert, ſed ſolùm uento agitatur: ſic & huiuſmodi impoſtores nullam afferunt gratiam ijs, quibuſcum uerſantur, ſed ſola ambitione, quæſtu, carnis & diaboli ſuggeſtione huc & illhuc impelluntur.* Nubes ſine aqua.

Arbores autumnales, infructuoſæ, &c. *Eleganti metaphora huiuſmodi impoſtores & Antichriſti præambulones uocat arbores autumnales, quæ extremo autumno florent, præter temporis rationem. Et id eſſe ſolet agricolis proximum argumentum, quo iudicant eas mox emorituras: iam enim emarceſcunt. Ad hunc modum hi parum florere uidentur, hoc eſt, uitam parum Euangelicæ doctrinæ reſpondentẽ uiuunt, ſed marceſcunt: Et quod ſimpliciores & infirmi magnum expectabant, nihil non ridiculum uident. Ex his naſcitur ridiculus mus. Propterea infructuoſas dicit arbores. Tantum enim abeſt proximis fructuoſi ſint, ut ne ſibi quidem proſint. Atq; ut infructuoſæ, bis mortuæ arbores dicuntur: ita & hæretici bis mortui ſunt, mortui quidem ipſi Deo, mortui proximo, cui nihil uitæ ignaua ſua & crapuloſa uiuendi conſuetudine afferunt. Optimo ergo iure ſunt arbores eradicatæ, auulſæ de corpore Chriſti (qui eſt uita) & deleti de libro uiuentium. Omnis enim plantatio, quam non plantauerit pater meus, eradicabitur. Quo fit, ut deplorati ſint homines non aliter, quàm eradicatæ arbores, quibus nullam reuireſcendi ſpem præ ſe ferunt.* Arbores autumnales. Arbores infructuoſæ. Hæretici bis mortui. Deplorati homines.

Fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones. *Elegãs & peruenuſta eſt hæc ſimilitudo. Quemadmodum ferociente mari fluctus feri ſunt, & in altum unde ſæuientes feruntur: ita et hi tenebriones aduerſus ueritatem tumultus & factiones mouent. Atq; ut agitatæ undæ, quò ſæuior eſt tempeſtas & procella, eò magis ſordes deſpumant: ita hi nebulones ſua factione, ambitione, clamoribus, ſeditione nihil aliud moliuntur, quàm ſuas ſordes, hoc eſt, ſuã infamiam, impoſturã, & dedecus oſtentare. Hac ſimilitudine alluſit ad id, quod ſcribitur Iſaiæ 57. Impij autẽ quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationẽ & lutum.* Hæretici ſunt fluctus feri maris.

Sidera errantia. *Vt ſolent ſeptem illi erratici planetæ nouum & nouum occaſum ortum'ue ſemper facere, nunquàm codẽ loco manẽtes, interdũ enim uerſus Capricornum ſeu brumã declinant, aſcendunt aliquando ad Cancrũ ſeu æſtiuale ſolſtitium, modò repetunt mediam zonæ æquinoctialis lineam: ita & huiuſmodi impoſtores adeò tenebris obſepiuntur, ut in deuia ſemper abeuntes nunquàm rectam & eandẽ docẽdi uiam obſeruent. In circuitu enim impij ambulant. Pſal. 11. Sed philautij ſunt ſibi placentes. Videntur ſibi Stellæ, hoc eſt, doctores & magiſtri illuminati. Sed quia inconſtantes ſunt, & ſuos affectus relicta ueritate ſequũtur, imprudentes naufragiũ faciunt.* Planetæ erratici. Magiſtri illuminati.

Quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. *Hæreticorũ exitium adducit, docens, hos nequaquam iudicium Domini euaſuros. Ac ſi diceret, Videntur nunc regnare: ſed hos magna pœna manet. Quibus procella tenebrarum, id eſt, caligo tartarea ſiue ſpecus tenebrarum illis apparata eſt. In quam cum Satana æternùm puniendos tradet Dominus. Huc pertinent, quæ à propheta narrantur Pſal. 39. Cadent ſuper eos carbones, in ignem deijcies eos. Pſal. 10. Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum.* Procella tenebrarum nebulones perdet.

Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam, Enoch, &c.

Enoch prophetia.

Prophetiam Enoch in teſtimonium adducit,oſtendens impoſtores illos iudicium Dei non euaſuros.Teſtimonium hoc ex apocryphis eſt: ſed nihil in eo, quod non in ſacra & canonica Scriptura ad uerbum reperiatur, ſi diligenter perſcruteris Scripturas. Non propterea perſuaſum uelim hanc epiſtolam inter apocryphas Scripturas reponendam eſſe.Scio ex diſtinct.15.c.Sancta Roma. quid apocryphum dici debeat. Sed tanta eſt huius Apoſtoli autoritas, ut uerum aſſerere debeamus quicquid hac epiſtola pronuntiauerit.Neq; id proximum debet eſſe argumentum,ſi quid ex apocryphis adductum eſt,ſtatim eſſe reijciendum.Nam uitio non uertitur beato Paulo, quòd citauit Menandri,Epimenidis,& Arati teſtimonia.1. Corin.15.ad Tit.1. Act.17.Non ergo uertant uitio ſi hoc produxerit teſtimoniũ beatus Iudas.Apocrypha fortaßis, ad quos ſcribit noſter Apoſtolus in pretio erant. Voluit ergo illis aliqua ex parte inſeruire, & hac potißimum ratione,ut illos Chriſto lucraretur. Beda ait librũ illum falsò ipſi Enoch adſcriptum,quòd multa contineret fabuloſa. Quid ſi non ex illo aurum collegit Apoſtolus,ſed ex alio aliquo libro apud Hebræos,non ab illis reiecto, ſed approbato,tametſi nõ eſſet de canone legis citauit,aut ex alio,cuius autor fuerit ipſe Enoch,

Tertullian' de libro Enoch.

quem è Mundo Deus tranſtulit.Tertullianus in primis doctus,& uetuſtatis obſeruandæ ſtudioſus,dicit librum Enoch prophetæ ab ipſo Noë in Arca ſeruatum eſſe, & ad tempora uſq; Apoſtolorum perueniſſe,Hebræos autem poſt Apoſtolorum per totum orbem peragrationem occultaſſe, aut flammis tradidiſſe, quod uehementior eſſet ad perhibendum teſtimonium de IESV uero Meßia,iniuſtè per impios Iudæos condemnando.Hæc dicta uelim ſaluo meliore iudicio, cui ſemper paratus ſum ſubſcribere.

Deus facta omnium iudicaturus.

Hoc teſtimonio Iudas docet,quod nulli dubium eſſe debet, Deum ſcilicet & dicta & facta noſtra iudicaturum.Ecce uenit,id eſt,accedit,tanta eſt certitudo futuri iudicij,ut

Sancta millia dicunt Angeli.

uerbo præſenti utatur.Cum ſanctis millibus,id eſt,Angelis. Hoc enim loquendi modo exprimuntur Angeli,Danielis 7. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aßiſtebant ei.Idem obſeruatur Apocalyp.5. Huc pertinet locus ille Matth.25. Cùm autem uenerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo,tunc ſe-

Facere iudiciũ

debit ſuper ſedem,&c.Facere iudicium contra omnes,id eſt,condemnare omnes, ſcilicet impios, quos arguet impietatis & maledictorum & blaſphemiarum, quæ hic

Enoch ſeptim' ab Adam.

dura uocantur. Vocatur ſeptimus ab Adam iuxta ſupputationem & catalogum Geneſ.51.& 1.Paralip.1.

Hi ſunt murmuratores queruloſi,ſecundum deſideria ſua ambulantes,&c.*Proprios ueluti colores depingit,quibus facilè cognoſci poſſunt hæ-*

Notæ & colores quibus cognoſcũtur hæretici.

reticorum ſtudia.Primo murmuratores ſunt.Toti in hoc ſunt, ut carni facilius faueant,clàm detrahunt & maledicunt.Secundò queruloſi ſunt, id eſt, amant criminari, accuſare,ſchiſmata & factiones excitare,nihil oderunt magis, quàm quietam & pacificam uitam.Addit his ſcelus magnum,quo cæcitas ipſa naſcitur, Secundum deſideria ſua ambulantes,nihil non faciunt,modò ad carnis illecebras faciat.Vis uno uerbo ho-

Roma. 1

rum morbos & maculas abſoluã?Repleti ſunt omni iniquitate,malitia,fornicatione, auaritia,nequitia,pleni inuidia,homicidijs,cõteutione,dolo,malignitate, ſuſurrones, detractores,Deo odibiles,contumelioſi,ſuperbi,elati,inuẽtores malorum, parentibus non obedientes,inſipientes,incompoſiti,ſine affectione, abſq; fœdere, ſine miſericordia.Os eorum loquitur ſuperbiam,id eſt,ſunt ſuperbi,tument ſuperbia,neſcio quæ de religione & uirtutibus crepant,omnia tamen fucatis uerbis, & animo ficto.Mirãtes perſonas quæſtus gratia,id eſt,adulatores & palpones ſunt.mirãtur perſonas,id eſt,

multis

multis & magnis titulis ornant perſonas mẽdaciter et adulanter, ut uentri & quæſtui faciant ſatis:nihil huiuſmodi uiris perniciosius:tacent ueritatem,occæcantes ſua adulatione,quos in ſui amorem,ut ſibi ſolùm placeant,alliciunt.

Vos autem chariſsimi,memores eſtote uerborũ, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis,&c. *Poſt enarrata exempla, ſimilitudines, & parabolas, quibus corruptiſsimos hæreticorum mores & exitialem finem docuit, nunc adducit, quæ de eiſdem Apoſtoli cõmonuerint. Cauebitis facilè ab horũ impoſturis & corruptis moribus,ſi quæ ſancti Apoſtoli domini noſtri* IESV *Chriſti admonuerunt ob oculos habueritis, & tenaci memoria ſeruaueritis. Si rogaueritis,de quibus Apoſtolis hæc ſunt intelligenda,facilè cognoſces Petrum & Paulum ſignificaſſe. Nam quæ hic dicuntur,eadem ſcribuntur 2.Pet.3. 2.ad Theſ.2. 1.ad Timot.4.& 2.ad Timoth. 3.& 4.& ad Tit.1.Multa huius generis ſcripſit Paulus in omnibus epiſtolis. Obſeruabis interim hunc Apoſtolum libenter uſurpaſſe & citaſſe coapoſtolorum ſcripta, ut reprimat multorum arrogantiam, qui aliorum opera & bene dictis uti nolunt, quod nihil rectum putent, niſi à ſeipſis prodierit. Cùm tamen nihil dictum, quin dictum prius.His addit duas notas,quibus impoſtores agnoſcemus. Hi ſunt,qui congregant ſemetipſos,id eſt,ſeponunt ſeipſos à religioſis & pijs uiris, cõtra ſanam doctrinam diſſidia mouentes:Animales ſunt,id eſt,ſpiritus Chriſti in illis locum non habet, qui toti in hoc ſunt,ut carnis deſideria faciant.* Congregare ſemetipſum. Animalis.

Vos autem chariſsimi ſuperædificantes,&c. *Morum parænesſes adducit, adhortans ut in religione Chriſtiana oratione & uita, quæ Chriſto reſpondeat, perſeuerent.Quaſi diceret,Iacta ſunt fundamenta noſtræ fidei.Nempe fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt,quod eſt Chriſtus* IESVS.*Hoc iſtud fundamẽtum iactum eſt in uobis,Chriſtum recepiſtis.Superædificate lapides uiuos & pretioſos,id eſt,opera charitatis & pietatem ſectemini,ut creſcatis in tẽplum Dei,in quo habitat* IESVS *Chriſtus.Quod quia ueſtris uiribus comparare nõ poteſtis,addite his ueſtris operibus orationem:in Spiritu ſancto orantes, eleuate mentem ad Patrem noſtrum* IESVM,*qui dabit Spiritum ſuum,quo ſpiritales efficiemini,nihil cum Mundo commune habentes.Addendum eſt charitatis uinculum,uoſmetipſos in dilectione Dei ſeruate,id eſt,Deum in primis honorate,& mutuam exercete dilectionem,ut uinculo charitatis unum efficiamini cum Patre* IESV *Chriſto.* Charitatis uinculum.

Expectantes miſericordiam Domini,&c. *Hortatur ad perſeuerantiã, argumento ab utili & propoſita retributione ſumpto. Expectantes,id eſt,foueat uos ſpes illius miſericordiæ Dei, qua donabit uos uita æterna, durate etiam in aduerſis, quæ ad tempus ſunt,& magna uos manẽt præmia. Spectate finem omnibus propoſitum, & aduentum illius magni diei: in quo ſi fideles & miſericordes inuenti fuerimus,miſericordiam & uitam æternam conſequemur.Si quis rogauerit,dum hæc expectantur,quid agendum faciendum'ue eſt,ut duremus,Fidamus Chriſto,& uitam ducamus confeſsioni noſtræ reſpondentem,hoc eſt,ſeruiamus Deo ex animo in conſcientia bona & fide non ficta.* Spes.

Et hos quidem arguite iudicatos,illos uero ſaluate, de igne rapientes. *Dixerat in charitate perſeuerandum:nunc quæ ſint partes & officia charitatis aperit.Hoc ipſum eſt charitatis ingenium,ut cupiat omnes ſeruare,& uicẽ ſtatumq; miſerabilium et perditiſsimorum hominum doleat.Et hos quidẽ arguite iudicatos,id eſt,Quos in tantũ ſcelus demerſos, ut ferè nullã de corũ ſalute ſpem habeamus,* Charitatis genius.

ſed iam iudicatos & inſanabiles ex perditiſſima uita conijcimus, hos arguamus, imperioſè illorũ audaciã & temeritatẽ reprimamus, ut ſi ad pœnitentiã redire recuſarint, ſaltem alios ad ſuæ turpitudinis imitationẽ non alliciant. Hos cõmiſerari oportet, & quodã dolore uices eorum miſeras deflere. Quod feciſſe uidemus uiros maxima autoritate & religione præditos, Samuẽlẽ & Ieremiã. Huius Threnos legimus, quibus conſpicere licet, quàm acerbè excidium Ieroſolymitanum defleuerit. Samuel autẽ magna cõmiſeratione lapſum et ruinã Saulis luxit. Illos uerò ſaluate de igne rapiẽtes. Quaſi dicat, Nõ ſatis eſt illa, quæ diximus, pietatis officia exercueritis, hoc eſt, deploratos uiros euitaueritis, niſi omnẽ dederitis operam, & diligenter aduigilaueritis, ut Chriſto lucrifaciatis, quos adhuc eſſe curabiles cognoueritis, hos de igne æterno eripietis. Hoc fiet ſi de iudicio Dei, de igne æterno (è quo eripiẽtur ſi ſapuerint) de Sodoma & uarijs incendijs propter delicta cœlitus emiſſis mentionem feceritis. Duro nodo durus cuneus adhibendus eſt. Vrgete ergo & compellite illos metu & minis iudicij Dei.

Ieremiæ fletus. Samuel. Eripere de igne æterno.

Alijs autem miſeremini in timore. *Quidam ſunt ea imbecillitate humana & fragilitate afflicti, ut facilè ſuos ſequãtur affectus, & pereant, hoc eſt, meliores ſunt, qui à peioribus uincũtur ex mutuo ſodalitio & cõſortio. Sunt tamẽ ea natura dociles, qua facilè recipiant doctrinã ſi quis hortatur ad pietatem. Horum miſereri debetis, hoc ipſum cõſiderãtes, quia natura fragiles ſumus. Si hos preſſerit aduerſitas conſolare, ſi rerum inopia cogit et urget ad turpia, leua inopiã. Si malorum perſequutio ſtringit exẽplis hos hortare ad patientiam, proponens præmium illud Matth. 5. Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Hæc omnia, quæ prædiximus, charitatis officia exercenda ſunt in timore Dei, non illo ſeruili timore, ſed filiali, pio & caſto, quo reueremur Deum, & omnia agimus propter illum, tametſi nullæ eſſent pœnæ propoſitæ.*

Charitatis mutuæ beneficentia.

Odientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam. *Eleganti metaphora tunicã maculatam dicit exuuias ueteris Adæ, cõcupiſcentias & opera carnis. Eſt ille homo uetus & fermẽtum nequitiæ, quod odiſſe debemus, nõ fratrẽ & proximum. Huic tunicæ maculatæ cõtraria eſt tunica nuptialis, hoc eſt, fides uiua, quã qui habet, uerè induit dominum noſtrum* IESVM *Chriſtũ. Dici poteſt in hũc ſenſum, Odio habere debemus nõ ſolum inhoneſta & turpia carnis opera, ſed etiam ueſtem à carne cõtaminatam, id eſt, omnem rem turpem & carnalem. Quare quidam ex his, & quæ paulò antè dicta ſunt, dicunt hunc eſſe huius loci germanum ſenſum, ut alios manſuetudine trahant ad Chriſtum, habita ratione perſonarum, alios metu deterreant à peccando, & oderint non ipſos homines, ſed inhoneſtos & turpes affectus, quos hîc ueſtem carnis maculatam uocat. Quæ carnalis eſt, id eſt, quæ à carne ſordidata eſt.*

Tunica maculata.

Ei autem, qui potens eſt uos conſeruare ſine peccato, &c. *Magna quadã iubilatione extremã manum huic ſuæ epiſtolæ apponit, oſtẽdens nos eſſe, quibus nihil uirium & poteſtatis tribuendũ eſt, ſed ſoli Deo, qui poteſt omnia. Nos enim peccauimus omnes, & egemus gloria Dei. Qui ſolus poteſt nos conſeruare ſine peccato, hoc eſt, qui nos purgat, & perſeuerãtiæ uires cõcedit ad bona opera. Et cõſtituere ante conſpectum, &c. id eſt, qui potens eſt nos conſtituere, hoc eſt, efficere per Chriſtum, ut irreprehenſibiles appareamus in conſpectu eius, quando uel animam efflabimus, uel ad horrendum & tremendum illud iudiciũ abeundum erit. Cum exultatione, id eſt, is erit, qui reponet coronam iuſtitiæ, hoc eſt, coronã uitæ et præmium à certantibus fideliter, in perſeuerãtia & fide uiua expectatum. Soli Deo, Quia cætera omne bonũ ab illo mẽdicant, ſaluatori noſtro, qui ſaluos nos fecit per* IESVM *Chriſtum*

domin

dominum noſtrum,qui factus eſt nobis ſapiētia & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio.Gloria,id eſt,famæ & nominis claritas,magnificentia quæ magnarum rerum eſt operatrix,imperium,poteſtas omnibus imperandi & præcipiendi, & poteſtas faciendi omnia:Huic ſit laus & gratiarum actio in ſecula ſeculorum,Amen. Gloria. Magnificētia.

CONCILIATIO.

QVID hic Apoſtolus ſecundò punitos dicit cùm ait, IESVS populum de terra Aegypti ſaluans,ſecundò eos,qui non crediderunt,perdidit: Cùm ſcribatur Nahum primo cap.Non conſurget duplex tribulatio. Aut iuxta interpretationē ſeptuaginta,Non uindicabit Dominus bis in idipſum.Reſpondeo,Non punit bis idem peccatum Deus.Sed ſi cœpta eſt pœna pro aliquo delicto,à quo non reſurgit, ſed perſeuerat peccator,augetur pœna quæ duplex eſſe cenſetur.

DICTIO.

IVDAS, quē Matthæus nominat Lebbæum cognomento Thaddæum,frater fuit Iacobi Alphæi, hoc eſt,minoris Iacobi,Simonis Chananæi & Ioſeph Iuſti, ex matre Maria Cleophæ natus, ut ex Egeſippo illius temporis hiſtoriarum ſcriptore uidere licet.Frater Domini dictus,quòd illi ſimilimus eſſet,uel quòd ipſe & Dominus filij fratrum putarentur. Hunc Lucas 6.cap.Iudam Iacobi uocat. Erat enim quadrinomius, Iudas,Iudas Iacobi, Thaddæus & Lebbæus. Hic adhuc uiuebat ſi Euſebio Egeſippum citanti credimus, Domitiani temporibus, aliquot annis poſt ſublatos Domini Apoſtolos, cùm uideret ſe in corruptiſsima tempora incidiſſe præuidens in ſpiritu quid futurum eſſet,ſcripſit hanc epiſtolam,in qua multa mutuauit ex ſecūda Epiſtola Petri.Quod nouum uideri non debet, cùm uideamus Prophetas poſteriores priorum libros perlegiſſe, & multa illorum uſurpaſſe, & in ſua tranſtuliſſe ſcripta. Iudas à confeſsione nomen accepit. Iudas. Iacobus frater Domini.

IVDICIVM, cauſæ actionem coram iudice ſignificat, & ſententiæ promulgationem.Interdum pro pœna quæ addicta eſt peccanti à iudice. Iudicium.

SODOMA, ciuitas Syriæ Geneſ.20.interpretatur ſecretum eorum, ſiue calx aut cæmentum eorum. Sodoma.

GOMORRHA,ciuitas Pentapoleos ad orientalem plagam terræ Iudæ ſita in uicinia Sedon Geneſ.19.interpretatur populus rebellis. Gomorrha.

FIERI exemplum,id eſt,proponi in exemplum. Fieri exēplum.

ALTERCOR, ſignificat mutuò iurgia iactare, criminari, & clamoſè inficiari.& quaſi aduerſam partem tueri.Dicitur & Alterco. Altercor.

BALAAM filius Beor Ariolus,Hic cōductus fuit ut malediceret populo Iſraëlitico corruptela mercedis ſiue pecunia, Numeri 22.Ioſue 13. Eſt & nomen ciuitatis. 2.Paralip.6.interpretatur uetuſtas populi,ſiue ſine populo. Balaam.

BLASPHEMO, media longa,Græcum eſt, ſignificat execror, maledico, & uerbis calumniam infero,dignitatiq́; & honori alterius derogo. Hinc blaſphemia eſt maledicentia,Et Blaſphemus maledicus. Blaſphemo.

FINIS.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1887

Omnia iudicio eccleſiæ ſubmiſſa ſunto.

INDEX EORVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

*

ABerrantes in uiam reducendi. 57
Abel iuſtorum figura. 206
Abelis opera. 206
Abraham rex.90. pater credentium 30. amicus Dei uocatus. 31
Abrahæ ſinus. 117
Abſtinentia. 143.148
Accedere ad Deum. 84
Acceptio perſonarum fugienda. 23
Adam genuit nos morti. 16
Adæ tentatio triplex. 193
Adimplere. 246
Adoleſcentes. 191
Aduĕtus Chriſti nobis expectandus eſt.47
Aduentus Domini. 51
Adulteri:Adulterium. 41
Adulteratum. 46
Adulterium pro idololatria. 46
Aemulationes & cõtentiones uitandæ.33
Aduocatus. 198
Aduocatus noſter Chriſtus. 185
Aëriæ poteſtates. 248
Aeruginare. 48
Aegrotus fidat promiſsis Chriſti. 56
Affectus carnis. 147
Afflicti Dominum inuocent. 9
Afflictis adeſt Deus,impietatĕ ulturus. 51
Afflictorum ſuauis conſolatio. 66
Afflicti ſecundum uoluntatem Dei. 130
Afflictorum libera confeſsio. 132
Afflictio pro pia cauſa laudabilis. 129
Afflictio ob malefacta non meretur laudem. 129
Afflictio primo à populo Dei. 129
Afflictiones.60.earum ſcopus. 127
Afflictiones indices diſciplinæ Chriſtianæ. 100
Afflictionum Chriſti teſtis Petrus. 132
Afflictiones propter Chriſtum pios exhilarant. 7.11.121
Afflictiõibus probãtur diſcipuli Chriſti.8
Afflictionibus pij durantur, in religione perſeuerantes. 9
Afflictiones à Deo,non ut perdat,ſed ſeruet & ſanet. 13
Afflictiones ſunt communes Chriſto & pauperibus. 24.69
Afflictiones piorum temporariæ. 140
Affliguntur innocentes ob aliorum peccata. 129
Agricolæ in repurgãdo agro diligĕtia.18
Agricolæ ſpes,& in duris expectatio. 51
Agnus typicus. 73
Agnus ante mundi conſtitutionem præcognitus. 74
Alleotheta. 197
Altercor. 255
Ambitio & Auaritia præſentiſsima uenena. 134
Ambulare. 238
Ambulare,pro conuerſari. 189
Ambulare in luce.181.in ueritate.239.coram Deo. 237
Amicitia mundi.39.amicitia uera. 76
Amor non eſt ſine cognitione. 67
Amor fraternus.75.148.eius partes. 76
Amor piorũ & impiorum diſtinctus.206
Anabaptiſtarum error. 52
Angeli. 244
Angeli,Diaboli. 154
Angeli,mali è cœlo deturbati. 158
Angeli in myſteria Chriſti proſpicere deſyderant. 70.78
Angulus,84. Angularis lapis. 67
Animæ nomine quid intelligimus. 220
Animã cõmendare Deo iure depoſiti.130
Anima, ſeu uita, pro fratrum ſalute profundenda. 207

Anima,

Anima, pro animo religioſo. 93
Anima mundo iuncta adultera eſt. 41
Animi Chriſtiani *forma.* 239
Animi inconſtantis deſcriptio. 10
Animus quibus occæcatur. 190
Animalis. 38.254
Antichriſtus, 186.198.211.232.
Animalis hominis ſcopus. 193
Annona. 48
Antichriſtus quis dicitur. 196
Antichriſti uox. 237
Antichriſti tyrannis. 194
Antichriſti & Antichriſtorũ nomina. 194
Antichriſti præambulones. 194.235
Antichriſti, & hæreſiarchæ tempore Ioãnis. 194
Antichriſtorum exitium. 250
Antitheſis. 88.181
Anulus inſigne uirtutis. 24
Apoſtolus. 61. *Apoſtoli nomen unde.* 144
Apoſtoli nihil ex ſuo elegerunt. 61
Apoſtoli in myſteria Chriſti *excurrere ſoliti.* 74
Apoſtolica autoritas. 61
Apoſtolica functio ad obedientiã. 71.151
Apoſtrophe. 89
Appropiare Deo. 42
Aqua. 226
Aqua baptiſmi. 225
Aras inimici ſubuertere. 91
Arbores infructuoſæ. 252. *autũnales.* 25
Arca Noë. 105
Arcæ Noë *fabricatio, erat prædicatio.* 159
Ariſtocratia. 95
Arma ſpiritualia. 125
Arma aduerſus diabolum. 139
Arrius. 156.157
Arrianorum inſania. 173
Arrogantia. 110
Aſia. 79
Aſina uoce hominis locuta. 163
Aſinarij. 94
Aſperſio ſanguinis Ieſu *Chriſti.* 62.79
Athletarum mos. 135
Auari bis miſeri. 48
Auari temeritas. 47
Auari ſemper aculeo punguntur. 48
Auari aduerſus Dei *præcones.* 240
Auari theſauriſant ſibi carbones flammeos. 48
Auaritia malorum radix. 133
Auaritiæ comites. 134
Aucupum mos. 102
Aue, notat colloquium familiare. 236
Autoritas ex multorũ teſtimonijs conflata uim, & robur habet perſuaſionis. 167
Auxeſis. 28.207.214
Auxilium diuinum omnibus præſto. 150
Auxilium à Deo *opportunum.* 159.187
Babylon. 140.141
Balaam. 155.246.255
Balaami Doctrina 163. Eius Vitium. 250
Baptiſmus. 76.91.248
Baptiſmus uarijs modis accipitur. 120
Baptiſmata multa. 118
Baptiſmi energia, uirtus, uis, & efficacia. 118.224
Baptiſmi, & arcæ Noë *ſymbolum.* 117
Baptizato nomen imponitur. 61
Baptizatis tres theologicæ uirtutes infuſæ. 191
Baptizati à Ioanne, *rebaptizandi.* 224
Beati in afflictionibus durantes. 128
Beati in ſpe. 112
Beatitas non ex metallo conflata. 12
Bella. 39
Benignitas, & liberalitas Dei. 9
Benefacta. 130
Beneficia Dei *in luxuriam uertentes, grauiter punientur.* 249
Beneficus. 112
Bibere ad numerum fœdum eſt. 130
Bithynia. 79
Blaſphemare maieſtatem. 250
Blaſphemorum cæcitas. 250
Blaſphemos arguit Petrus. 149
Blaſphemias ſuas non peccata ſed morbos eſſe dicentium error. 202
Blaſphemi exitium nõ euadẽt, quẽadmodũ nec angeli mali impunes manſerunt. 161

Blaſphemi brutis non abſimiles. 161
Blaſphemo. 255
Bona omnia à Deo. 126
Bonis abutuntur, qui ſui obliuiſcuntur. 40
Bonitas operis externi eſt ab interno. 30
CAecitas humana. 149
Capti bello addicti erãt ſeruituti. 164
Cain. 100. 245. typus & exemplar iniuſtorum, ac pſeudapoſtolorum. 206. 250
Cian timore nocturno ductus. 218
Cai⁹ Pauli hoſpes. 239. 243. Caij laus. ibi.
Caios paucos hæc ætas habet. 241
Caligo. 248. Caliginis locus, in quem angeli detruſi. 158. 250
Calumniari. 113
Candidis ueſtiri regale erat. 24
Canon theologus. 180
Canis & Sus immundiſſima animalia. 165
Capillatura. 120
Capitis partes, & functio. 109
Cappadocia. 79
Caro. 61. 77. afflictiones fugit, 7. nunquam credit. 124. eius malitia. 123
Caro accuſatrix. 115
Carnis gloria fœnum. 12
Carnis uiuere, eidem mori. 122
Carnem & eius tyrannum per Chriſtum uincimus. 65
Carnis mortificatio fit crucis meditatione. 122
Carnis nihil ex ſpiritu. 81
Carnalia deſideria. 80. 93
Carnalium excuſationes. 14
Caſtificatio animæ. 75
Catabaptiſtarum error. 161
Cauſa, ſine qua non. 13
Cerinthus à Ioãne notatus in balneis. 237
Cerinthiani. 176. eorum hæreſis, & error. 7. 233.
Ceſſandum à peccatis. 121
Ceti. 38
Chayrus. 140
Χαίρειν. 21
Charitas. 121. 143. 148. 246
Charitas Dei. 199. 207. 211
Charitas Dei in nos. 200. 215
Charitas ex Deo. 214
Charitatis mutuæ beneficentia. 255
Charitatis mutuæ commendatio. 205
Charitatis uis & genius. 125. 254. Functio. 111. Vinculum. 254. Mãdatũ. 209. Puritas. 184
Charitas perfecta in fidelibus. 216. 217. nõ habet timorem. 219. eius ſignum. 217
Charitas ſine timore quid. 218
Charitatem dare. 201
Charitas tegit peccata. 57. 125
Charitas omnium actionum ſpiritualium forma. 125
Charitatis nomine Spiritus ſanctus deſignatur. 246
Charitas operationum lux & uita eſt. 26
Charitas omnia complectitur. 26
Charitas caput legum. 26
Charitas eſt uita omniũ Chariſmatum. 148
Chirurgos fuiſſe Apoſtolos qui dicunt, errant. 53
Chore ambitio. 251
Chriſtus filius Dei dilectus. 152
Chriſtus filius ab initio. 177
Chriſtus Rex, & Sacerdos, 90. Lux, 91. Lucifer, 153. Vita æterna. 230 Homo. 117. Meſſias. 88. Samaritanus. 55. Propitiator, Redemptor, 187. Veritas. 225. Immaculatus, 73. Victor mortis, 19. Solus dominator. 247. Aurifex, 8. Aduocatus noſter. 187. Iuſtus, 187. Exemplum noſtrum, 80. Doctor, & redemptor, 152
Chriſtus uerbum ueritatis & uitæ. 17
Chriſtus beatorum ſpeculum uerum. 202
Chriſtus gloriæ. 23
Chriſtus uerus in patre & filio eſt. 196
Chriſtus ſolus hoſtia pro peccato. 73
Chriſtus pulſat fores, id eſt, animum noſtrum. 150
Chriſtus cur apparuit. 202
Chriſtus purus ſine peccato. 203
Chriſto adhærens non peccat. 203
Chriſtus peccata noſtra tulit. 203

Chriſtus

Chriſtus ab apoſtolis perſpectus. 178
Chriſtus manibus contrectatus. 178
Chriſtus xxxiij. annis cum hominibus uerſatus. 178
Chriſtus in dextera Dei patris. 118
Chriſtus mortuis euangelizatus. 124
Chriſtus ſupra omnem creaturam. 120
Chriſtus angelis maior. 120
Chriſti beneficia exemplum uitæ, & redemptio. 114
Chriſtus omniũ peccatorum purgatio. 115
Chriſtus cur tam ſerò in mundũ uenit. 74
Chriſtus ut homo ſuſcitatus. 74
Chriſtus ſpes, & gloria noſtra. 75
Chriſtus omnia arma aduerſus hoſtes habet. 122
Chriſtus poſitus in ruinam & reſurrectionem multorum. 38
Chriſtus fidelibus eſt reſurrectio: incredulis autem lapis offenſionis. 38
Chriſti uox. 222
Chriſtus orat'ne uoce pro nobis. 187
Chriſtus mortificatus carne. 116
Chriſtus ſpiritu uiuificatus. 116
Chriſtus uiſit inferos triduo ſuæ mortis. 116
Chriſtus tentatus, ſed uictor. 193
Chriſtus heri, & hodie. 247
Chriſtus peccatum non fecit. 101
Chriſtus agnus nos redemit, & lanis cooperuit. 100
Chriſtus prior fecit, quod faciendum docuit. 129
Chriſti uirtus. 119. Diuinitas. 176
Chriſti apparitio. 135
Chriſti actio noſtra eſt inſtitutio. 189
Chriſti imitatio. 189
Chriſti familiaris collocutio poſt reſurrectionem. 179
Chriſti & Moyſi collatio. 189
Chriſti plenam ætatem attingere. 148
Chriſtum induere. 235
Chriſtum diuidunt hæretici. 157
Chriſto præſente, euaneſcunt tyranni carnis. 115
Chriſti proprietates. 115
Chriſtianus regiam exercet dignitatẽ. 90
Chriſtiani hominis ſignum. 188
Chriſtianus ſolicitus de ſalute. 146
Chriſtiani non prophani, ſed electi. 89
Chriſtiani Chriſtum formam uitæ habent. 189
Chriſtiani. 113. Primò dicti Fratres. 210
Chriſtianorum domus & exercitus qualis. 234
Chriſtiana profeſſio crucem habet comitem. 100
Chriſtianæ religionis oſores. 94
Chriſtianæ religionis ſcopus. 18
Clemens, Petri amanuenſis. 81
Cicatrix. 103
Claui ad refellendam concupiſcentiã. 102
Clerus. 134. 148
Coæqualis fides. 144
Cœlum. 174. Cœli qui dicuntur. 169
Cœli repoſiti. 170
Cœli noui promiſsio. 172
Cœlorum tranſitus & conflagratio. 171
Cœptum fieri pro abſoluto habetur. 31
Cognitio Dei uiua. 145
Cognitio Dei in nobis creſcat, donec in cœlo illo fruamur. 145
Cognitio Dei multiplex. 188
Cognitio Dei, uiua fides. 146
Cognitio prior amore. 226
Cognitio quid eſt. 220
Cognoſcere Deum. 185. 215. Chriſtũ. 188
Columnæ cœli. 174
Comeſſationes. 123. 130
Communicatio idiomatũ propter unitam diuinitati humanitatem. 217
Cõparatio & Acquiparatio in legis trãſgreſsione quid. 26
Comparatiuus pro poſitiuo. 153
Compati. 110
Compotatio. 130
Comus. 130
Conciliati per Chriſtum. 115
Concordiæ ſolutio. 136
Concupiſcentia. 5. 39. 182. 185
Concupiſcentia duplex. 147

Concupiſcentia parit peccatum. 14
Concupiſcentia primas habet in contentioſis. 40
Concupiſcentia carnis, & oculorum. 193
Concupiſcentiarum antidotum 75
Conditiones ad curam epiſcopalem neceſſariæ. 133
Condonata omnia per Chriſtum. 63
Confeßio, 47. Confeßio Chriſtiana. 212
Confeßio pœnitentialis. 183
Confeßionis perfectæ de Chriſto fructus. 217
Confiteri, 212. Confiteri Chriſtũ, 211
Confundi. 87
Congregare ſemetipſum. 253
Cõſciẽtia bona. 113. eius interrogatio. 118
Conſcientia Dei, pro iuſta cauſa. 99
Conſcientia fidelis parata. 219
Conſcientiæ flagellum. 113
Cõſciẽtiæ remorſus quomodo abijciẽdi. 119
Conſenior Petrus. 132
Conſeruati in Chriſto. 245
Conſilia æterna per Chriſtum manifeſtata. 74
Conſortes diuinæ naturæ fieri. 147
Conſtantia Chriſtiana. 192
Conſtantia in rebus agendis habenda. 11
Conſuetudo præſcribere non poteſt aduerſus ueritatem. 241
Contemptus, uenenũ pacis et amicitiæ. 97
Continet, uerbum neutrum. 86
Conuerſationis honeſtæ fructus. 93
Conuicia aduerſus Chriſtianos. 94
Conuicia conuicijs non refellenda. 124
Conuicia ferre, eſt magni animi. 128
Conuiuia, charitates, & dilectiones. 251
Conuiuificari Chriſto. 63
Cor ſimplex. 76
Cor, ſedes affectuum. 20. 208
Cor primum uiuens. 107
Cor noſtrum ſterile. 22
Corpus noſtrum configuratũ corpori claritatis Chriſti. 202
de Correptione. 245
Corruptio mundi fugienda. 147
Creaturæ de ſe ſunt tenebræ. 180
Credentes fratres. 223
Credentes in Ieſum ſunt electi. 89
Credentes in Chriſtum ſacerdotes ſunt. 90
Credentibus Chriſtus eſt uita. 178
Credentes ad tempus. 9
Credentibus non ineſt fluctuatio. 137
Credẽtes ſunt hîc aduenæ, et peregrini. 93
Credunt Dæmones, credit Petrus, ſed differenter. 222
Crucis, & eius fructus, cõmendatio. 8. 115
Cruce Chriſti non offenduntur pij. 87
Crux quomodo gaudenter ferenda. 9
Crux Chriſti frænum carnis. 116
Cultus internus curandus. 107
Culpa noſtra non eſt in Deum reijcienda. 13. & 15
Cupiditates ſunt ſeminaria cõtentionũ. 40
Cupiditatum exercitus. 40
Curiones. 165
Cutem curare non licet. 49
DAemon non cogit, ut inuiti peccemus. 120
Dæmones credunt Deum. 23. 30
Dæmones reſeruati in iudicium extremum. 158. 248
Dandum hilariter. 126
Debitum ex animo perſoluendum. 97
Deglutire. 121. Deglutire mortem. 119
Deierare. 58
Deliciæ mundi, ſtercora ſunt pijs. 120
Demetrius. 238. eius laus. 242
Democratia. 95
Deplorati homines. 45. 251
Deſideria. 123
Deſinere à peccatis. 122
Deſperati, & perditi. 94
Detrahere. 46. 81
Detractores. 81. Detractio. 39
Detractio ſpecies homicidij. 81
Detractio uenenum concordiæ. 43
Detrahens fratri bis peccat. 43
Deus Ieſu Chriſti. 63
Deus, nomen naturæ. 63
Deus charitas eſt. 214

Dei definitio. 181
Deus eſt lux. 180. Vita omnium. 177
Deus immutabilis. 16
Deus Zelotes. 41. & Zelotypus. 42
Deus ſuis præſto eſſe ſolet. 41
Dei ſapientia, & prouidentia. 160
Dei uoluntas. 228
Deus omnium bonorum fons. 15
Deum uidere, quid. 220
Deum nemo uidit unquam. 216
Deum in nobis manere, quid. 216. & quo ſigno id cognoſcamus. ibidem
Deũ uiderunt Apoſtoli, & Prophetæ. 217
Deus pauor, & terror noſter. 113
Deum magnificare, & glorificare. 113
Deus non eſt difficilis, & inexorabilis. 10
Dei nomine in ſcriptura Deum intelligimus. 191
Deum habere curam de nobis. 137
Deus corde quærendus. 216
Deus ſicta omnium iudicaturus. 252
Deus corde noſtro maior. 208
Deus omnium bonorum autor. 140
Deus intentator malorum. 14
Deus cur dictus Dominus Sabaoth. 49. 93
Deus res inuiſibilis. 216
Deo omnia præſentia. 170
Deus, magis patrem, quàm dominum ſe dici uoluit. 98
Deus genuit nos. 16
Deus mortificat, ut uiuificet. 21
Diabolus. 141. 210
Diabolus iniquitatis origo. 204
Diabolus non deſijt peccare. 204
Diaboli opera diſſoluta à Chriſto. 204
Diaboli opera diſſoluere, quid. 204
Diaboli circuitus, & decipulæ. 138
Diabolus aduerſus diffidentes ſolum uim exerit & preualet. 139
Diaboli, & Leonis collatio. 138
Dictionis repetitæ in ſacris, uirtus. 177
Dies iudicij. 250. incognita eſt. 142
Dies horrenda pijs deſiderata. 173
Dies domini. 166. 172
Dies occiſionis. 50. Dies magnus. 248
Diei iudicij dilatio pijs nõ eſt moleſta. 173
Diem de die ducere. 165
Dies perditionis. 171
Dies & mille anni nihil ad æternitatem. 170
Dilectio Dei, & proximi, unita & cognita. 219
Dilectio non ficta habenda. 208
Dilectionis mutuæ fructus. 208
Dilectio mutua. 216. Eius uirtus. 215
Dilectionis mutuæ cõmendatio. 200. 205
Dilectionis mutuæ præceptum. 235
Dilectio, eſt impletio legis. 205. 235
Dilectio comes ſpiritus. 148
Diligere, & ſeruare præcepta, idem. 209. 223
Diligere ſicut ſeipſum, qualiter intelligatur. 25
Diligere fratrem 185. Mundum. 185
Dilecti in Deo patre. 245
Diotrephes. 238. pernicioſus. 241. 243
Diſciplinatus. 37. 38
Diſsidia. 126
Diteſcendum in Deo. 138
Diues. 5. Diuites. 22. 46
Diuites mundi. 25
Diuitiæ. 48. Diuitiæ ueræ. 107
Diuitiæ per Chriſtum. 147
Diſcolus. 104
Diuitiæ Chriſtianorum. 92
Diuitiæ Dei, per Chriſtum mundo manifeſtatæ. 63
Diuitiarum genius. 11
Diuitiæ floribus ſimiles. 11
Diuortium ob contemptam religionẽ. 106
Docere. 167
Docentes non ſyncerè, grauius punientur. 34
Docendi munus non ambiendum, ſed uocatione obeundum. 34
Doctor fidelibus præſentiſsimus. 195
Doctores. 132
Doctorum opera cæteris placeant. 134
Doctrina Chriſti. 38. 236. 237
Doctrina orthodoxa. 212

Doctrina fidelium. 179
Doctrina omnis ſit à ſpiritu. 126
Doctrina Ioannis non eſt noua. 189
Doctrina epiſcopi uim habet ad regimen gregis. 131
Doctrinæ omnis regula. 234
Doctrinæ falſæ origo. 40
Doctrina non prohibetur, ſed doctrinarum multitudo. 34
Doctrina cum delectu recipienda. 212
Dolus. 81. *Dominatio.* 160
Dominationem ſpernere. 249
Domus Dei. 85. 130
Domus ſpiritualis. 79. 85
Dona à Deo. 5
Donatiſtarum inſania. 114
Dormire. 174
Dotes animi quæ meliores. 107
Duodecim tribus. 7
Duplex animo. 5. 43
Duratio in malis præcludit uiam ad uitam. 208
Dyſcoli. 99
Eccleſia. 241
Eccleſia ueritatis columna. 213
Eccleſiæ primæ ritus. 240
Eccleſiarum præfecti Seniores. 232
Eccleſiæ, & uxoris ſymbolum. 109
Eccleſia maior eſt ſeruo ſeruorũ Dei. 133
Eccleſia optimos habeat præſides. 135
Eccleſiæ inſerendi ſunt, qui Chriſtiani fieri uolunt. 179
Eccleſiaſtes certus eſſe debet de uerbo quod docet. 34
Effectis cognoſcitur animus. 40
Effuſi, qui dicantur. 250
Electi fiunt iuſtitia Dei, & ſanctificatio. 145
Electus. 87. *Electi.* 61. 89
Electus Chriſtus. 84
Electorum ordo. 149
Electi non peribunt. 104
Electi peccato ad mortẽ nõ lædẽtur. 229
Electi etiam ex gentibus. 92
Electi ſecundum præſentem iuſtitiam, aut æternam prædeſtinationem. 210
Electa Domina. 132
Electionis conditio. 89
Eligimur in Chriſto. 227
Eleemoſyna. 28
Elementorum conflagratio. 171
Elias. 47
Emano. 38
Emphaſis diminutiuis gaudet. 186
Enallage. 15
Encomion. 165
Enoch propheta. 244. 251
Epanalepſis. 158
Epanaphora. 178
Epanodus. 11
Epiſcopus. 103. 132
Epiſcopus eſt paſtor. 103. 132
Epiſcopus ſit omnis modeſtiæ exẽplar. 134
Epiſcopi uigiliæ. 133
Epiſcopus liberalis. 133
Epiſcopus auaritia induit latronis & tyranni nomen. 134
Epiſcopum agere. 133
Epiſcopi ſeniores. 239
Epiſcoporum ſtudiũ, & functio. 132. 134
Epiſtola Iacobo adſcripta uerè eſt Iacobi. 6. *Eius epiſtolæ ſcopus.* 13. *Status.* 18
Epiſtolæ Pauli. 166
Epulæ ſpirituales. 83
Erat, nota æternitatis. 177. 178
Eripere de igne æterno. 253
Errantes oues. 103
Eſſe in Deo. 188
Eſſe in filio Dei. 230
Eſſe in luce. 190
Eſſe ab initio. 191
Et particula, pro ideo. 178. *pro, id eſt.* 223 *pro, unde, ergo.* 197. *pro nam.* 187
Ethnicorum amentia. 96
Euangelium uerbum eſt ueritatis, ſeu uerax. 17
Euangelium ſuſcipiendum. 6
Euangelium comitem habet ſpiritum. 19
Euangelium eſt clauis gratiæ & miſericordiæ Dei. 71

Euangelium plus aliquid ſupra Moſen exigit. 71
Euangelium explicat quod ſicit ſatis ad ſalutem. 146
Euangelij certitudo. 151
Euangelium gratis nuntiatum. 240
Euangelij contemptores. 202
ab Euangelio nemo arcetur. 144
Euangelizabant gratis in prima Eccleſia. 240
Excluſiuæ dictionis acceptio in myſterio trinitatis. 247
Execrabilis. 165
Exegeſis. 84. 87. 235
Exempla mouent. 205
Exemplorum uis, & energia. 242
Exemplum fieri. 255
Exhortari. 167
Exhortatio ad pœnitentiam. 43
Exhortatio ad arma aduerſus hoſtes ſumenda. 138
Exire in mundum, 235. *Exitus.* 51
Expectando hæreditatem, cuſtodimur uirtute Dei. 65
FAbulæ doctæ. 151. 154
Facies Dei, uaria ſignificat. 220
Facies Chriſti. 220
Facie ad faciem. 220
Facere iudicium. 252
Fauor Dei. 112
Feruor, pro afflictione. 127
Feſtinare. 87
Fides. 60. 61. 67. 83. 143
Fides ad Deũ. 146. *Fides à Deo.* 222
Fides uiua. 30. 203. *eius fructus.* 148. 179
Fidei uiuæ genius, energia, uirtus, 29. 72. 115. 118.
Fides otioſa. 30
Fidei auris. 177
Fides uiua cuſtos noſtra. 65
Fidei uiuæ filiæ. 222
Fidei mandatum. 209
Fides ſine opere, ficta eſt. 222
Fidei uiſio & cognitio. 203
Fides ſine operibus non eſt fides. 22. *ſed mortua.* 29. 247
Fides ſemel data, ſeruanda. 246
Fides uera & ſola eſt, quam uiuam dicimus. 28
Fides abſq; charitate indigna eſt fidei nomine. 29
Fides operibus ornata. 71
Fidei ſumma eſt Ieſus Chriſtus. 222
Fide eadem, qua & patres ſaluamur. 117
Fides, & Aſperſio ſanguinis Chriſti idem. 62
Fidei certum præmium. 67
per Fidem ad ſalutem peruenitur. 68
Fides loco & tempore exerit opera externa. 32
Fides pro clypeo habenda. 113
Fidei ratio reddenda ob iuſtas cauſas. 113
Fides piorum tentationibus, uelut aurum igne probatur. 13
Fides uiua forma eſt Chriſtiani animi. 76
Fides operibus conſummata. 31
Fides & Spes, ſine Charitate nihil. 148
Fidelis, & iuſtus Deus. 130. 184
Fidelis iudicat ſe eſſe in gratia. 183
Fidelibus communicata beneficentia. 241
Fideles ſunt ſacerdotes. 90
Fideles empti & acquiſiti. 91
Fideles omnes in Chriſto oblati, ut Iſraëlitæ in Leui. 17
Fidelis omnia Dei beneuolentiæ committit.
Fidelium ornatus. 194
Fideles loco Iudæorum ſuffecti. 89
Fideles uix immunes ſunt à tribulationibus. 130
Fideles decet eſſe patientes. 100
Fidelis, eſt templum Dei. 85
Fidelis fit lapis uiuus, & ædificatio ſpiritualis. 85
Fideliter facere. 243
Fiducia, 10. *Fiduciam habere,* 197
Fiducia ad Deum. 41. 209. 228
Fiducia pro anchora in afflictionibus habenda. 10
Fiducia, Chriſtianorum alimonia. 179

Fiducia in die iudicij. 218
Filius Dei. 177. 192
Filius uera patris imago. 177
Filium Dei apparuiſſe, quid. 202
Filiorum Dei & Diaboli notæ. 205
Filij obedientiæ. 79
Filij Dei miſsio gratuita. 215
Filij Dei uictores Antichriſti. 213
Filij nomen eſſentiale, & ab effectu. 177
Filij iræ natura ſumus. 184
Filius apud patrem. 178
Filioli qui dicantur. 191
Filioli patris induant mores. 203
Finis rerum omnium. 125
Firmi fide. 139
Fontes ſine aqua. 163
Fortitudo euangelica à Deo. 66
in Fortuna proſpera, aduerſa'ue, quid agẽdum. 53
Fratris uox. 210
Fratres ſecundum carnem. 195
Frater pro proximo. 205
Fratres dicuntur Chriſtiani. 148
Fraternitas. 97
Fraternitas minor amicitia. 110
Functionum omnium ſcopus. 127
Fundamentum ſolidum Chriſtus. 84
Funes Angelorum, & hæreticorum. 158
Filiorum regni, & perditionis notæ. 242
GAlatia. 79
Gaudium plenum. 180. 237
Gaudium carni incognitum. 180
Gaudendum de promotione euãgelij. 234
Gaudendum & ludendum temporale. 43
Gaudendum cum Euangelium obſeruatur. 239
Genitus ex Deo, ſeruat ſeipſum. 222
Geniti à Deo per uerbum. 6
Geniti ex Adamo peccatores. 63
Gentes, ſunt infideles. 93
Gloria. 256. Gloria magnifica. 152
Gloria Dei, eſt iuſtificatio noſtra. 182
Gloria reuelanda. 132
Gloriandũ quòd ob Chriſtũ patimur. 129
Glorificare. 129
Gloriandum non eſſe in rebus uanis. 45
Gomorrha. 255
Gradatio. 147
Gradus ætatum ſpiritualibus ſunt profectus uirtutum. 83
Gratia, 145. 233. Gratia, eſt Dei fauor. 62
Gratia Dei abutentium notæ. 249
de Gratiam Chriſti negantibus. 244
Gratia in quam poſiti erant Iudæi. 88
Gratia, pro laude, & gloria. 99
Grex Chriſti epiſcopo commiſſus. 133
Gula mater libidinis. 50
HAereditas incorruptibilis. 64
Hæreditas conſeruata, & abſcondita eadem. 64
Hæretici intractabiles, & philauti. 161
Hæretici blaſphemi. 161
Hæreticorum à fidelibus expulſio. 195
Hæretici ſcripturarum corruptores. 173
Hæreticorum notæ. 213. 252
Hæreticorum index. 212
Hæreticorum cognoſcendorum ſigna. 235
Hæreticorum olfactus fœtidus. 136
Hæretico ne ſalutatio quidem debetur. 236
Hæretici dicuntur Venientes, & Fures. 236
Hæreticorum exitium. 157
Hæreticorum luxuriæ. 157
Hæretici auari. 157. Superbi. 160
Hæreticorũ iudiciũ iam olim paratũ. 158
Hæretici bis mortui. 251
Hæretici fluctus ſunt feri maris. 252
Hebionitarum error. 178
Hieremiæ fletus. 253
Homo cordis, Homo abſconditus. 107
Homo regenitus, ut eſſet creaturarum præſtantiſsima. 16
Hominis abiectio. 182
Homines uiui ſepulti. 206
Homines ſuo malo, nõ autẽ à Deo mali. 17
Homo inter ſpiritum & carnem conſtitutus. 164
Homines carne & peccato conſuti. 108
Humana frugalitas. 187
Humana creatura. 94

Humanitatis Chriſti uirtus. 187
Homicidæ. 131.210
Homicida non habet uitam in ſe. 207
Honor pro pretioſo. 87
Honore inuicem præueniendum. 136
Honor homini debitus. 104
Honor quibus deferendus. 25.97
Honor debitus regi. 98
Honorum partitio iuxta merita. 24
Honorare proximum, quid. 97
Honor, pro omni genere officij. 97
Honorificentia Chriſti. 84
Hora. 198
Horizon. 174
Hoſpitalitas. 121.125
Hoſpitalitatem implere. 126
Hoſtiæ uiuæ. 85
Humilis, 110. Humilitas animi. 82
Humilitas. 131, 136. eius fructus. ibidem & 43.
Humiliationi ſtudendum. ibidem
Humiliare. 46
Hypocritæ. 43.81
Hypocritarum notæ. 203
Hypocritarum & dolij uacui ſymbolū. 30
Hypocritarum terriculamenta. 228
Hyſterologici. 188
Hyſteron proteron. 188
IAcobus Alphæi & frater dñi. 21.255
Iacobus multinomius. 6
Iacobi inſtitutum: eiusq; animus erga Iudæos: q & eiſdē peculiaris apoſtolus. 7
Idiomatum communicatio. 177
Idolum. 123.222
Idolorum cultus nefarius. 123
Idololatriæ origo. 230
Ieiunium. 125
Ieſus, 199. Ieſus eſt perſona in diuinis. 212
Ieſus, cur uerbum, uirtus, ſapientia, dextera, brachium. 199
Illuſores. 167
Imbecillitas humana. 34
Immarceſcibilis. 64.135
Immiſericors miſericordiã nõ meretur. 27
Impatientia malorum. 148
Impatientiæ incendia. 11
Impius. 131. eius malignitas. 206
Impij qui dicantur. 246
Impios reſeruari cruciandos in diem iudicij. 160
Impiorum exitium, 170. Impiorum uerba & uoces blaſphemæ. 168.188
Impiorum uerba de promiſſionib. Dei. 166
Impiorum peruerſæ cogitationes. 168
Impietatem ſemper ſua ſequitur ultio. 159 & 168
Impoſtorum notæ. 246
Impoſtores quæſtuoſi. 163
Impoſtores auari, & rapaces. 162
Impoſtorum maculæ. 162
Improperare. 10
Impudica pro pudicis à pſeudapoſtolis habentur. 162
Infantia Chriſti. 82
Inanis homo. 30
Incipere, pro continuare. 130
Incolatus, 79. Incolatus Dei. 79
Incontaminatus. 64.73
Indigena. 104
Infideles non ſine Dei miſericordia uiuunt. 92
Infantes. 79
Infidelitas. 131.248
Infirmus. 47.
Infirmorum medela. 33
Iniquitas. 184.202.210.229
Iniuria tandem non manet inulta. 102
Iniuſtus caſu. 205
Inſerere. 22
Inſpector alienorum. 129
Inſtitutio omnium officiorum. 110
Inuidia morbus animi grauiſſimus. 81
Inuidia Cain. 81
Inuidiæ nutrix, famulæ, & comites. 81
Inoculatio. 22
Inuocare nomen ſuper nos, eſt uocari, & nominari. 25
Ioannes baptizauit ſolum in aqua: & qui ab eo baptizati, rebaptiſandi ſunt. 224
Ioannis encomion. 176

Ioannes omnes Aſianos ad ſalutem docuit. 236
Ioannis erga ſuos beneuolentia. 237
Ioannis feruor erga diſcipulos. 235
Ioannis animus erga Aſianos. 179
Ioannes cur ſenior dictus. 232
Iouiniani error. 229
Ira quid. 17
Ira rationem ne præoccupet. 17
Ira fomes impatientiæ. 17
Iſaiæ locus explicitus. 82.87
Iudas. 255
Iudas ſeruus Dei. 245
Iudas martyr in Perſide. 245
Iudas filius perditionis. 245
Iudæ Galilæi error. 99
Iudæi & gentes per Chriſtum iuncti. 87
Iudæorum diſperſio unde. 76
Iudæorum cæcitas,& error. 88.94
Iudæorum quorundam error. 94
Iudicium. 28.255
Iudicium,id eſt,afflictio incipiens à domo Dei. 129
Iudicium uocatur, Dies domini. 236
Iudicij extremi nota. 194
Iudicium magnum cur dies uocatur. 248
Iudicij magni dies certiſſima, ſed incognita. 171
Iudicij magni deſcriptio. 171
Iudicium de proximo, Deo committendum eſt. 44
Iudicium ſolius Dei eſt, & quibus id demandat. 44
Iudicium temerarium fugiendum. 44
Iudicandi per legem libertatis. 27
Iurare,47.58.Iurare licet, 52
Iurare non aſſueſcamus. 53
Iurare per creaturam. 53
Iuſtus homo. 204
Iuramentum à domino receptum. 52
Iuramentum ex ſe non eſt malum. 52
Iuramenti liciti circunſtantiæ. 52
Iuſtus uix ſaluabitur. 130
Iuſtis nihil deeſt. 111
Iuſtus,& diligens fratrem,idem. 205
Iuſtitia,184.Iuſtitia Dei, 17
Iuſtitia in pœnitentia. 183
Iuſtitia pro iuſtis. 172
Iuſtitiam facere. 205
Iuſtitia opere & uerbo commẽdãda. 204
Iuſtificatio & renaſcentia. 76
Iuſtificatio noſtra. 31
Iuſtificatio noſtri Chriſto debita. 145
LAborandum eſſe. 137
Lac,79.Lacti ineſt nutricis genius,82
Lacte nutriri. 82
Lapſus Doctoris turpiſſimus. 34
Laqueo ſuſpenſus ſperet. 129
Laquei dæmonum. 248
Lapis,84.Lapis Chriſtus:lapis uiuus. 79. 83. & ſolidus. 86
Lapides uiui. 84
Lapis reprobatus Chriſtus. 88
Lapis offenſionis,& petra ſcandali. 87
Laſciuiorum mores. 49
Laude iuſta nemo fraudandus. 240
Lectio ſine Dei amore inutilis. 75
Legatus Chriſti. 61
Lætitia ex fide. 60
Lex quid, 210. Lex duplex. 95
Lex imperat principi. 95
Lex naturæ. 108
Lex libertatis:Lex ſeruitutis. 27
Lex tota implenda. 22
Lex & Prophetæ in Chriſto cõueniũt.152
Lex prophetiam,ut lucernã habebat. 153
Lex iudex eſt,25.Lex regia. 26
Lex perfectæ libertatis. 19
Lex Dei eſt ſpeculum. 19
Legis,& euangelij functio. 51
Legi ſatisfactum à Chriſto. 73
Legis & prophetarum ſumma. 210
Legis Chriſtianæ ſumma. 209
Lex ſpiritus uitæ liberat nos à peccato.19
Libertas.60.155. Chriſtiana. 97
Liberalitas & Benignitas Dei. 9
Liberum arbitrium prædeſtinatione non tollitur. 246
Libri ſcriptorum monimenta. 150
Libri doctorũ lectione nõ dedignãdi. 177

Limbus.

Limbus. 117
Lingua. 6. 105
Lingua mentem non præcurrat. 17
Linguam unam, aures uerò duas, cur homini natura dederit. 17
Linguæ petulantia unde oritur. 17. & 20
Linguæ uitium deſcribitur. 33
Lingua coërcenda. 35. & 36. 111
Linguam coërcens, perfectũ eſt. 35
Linguæ uis & energia. 35
Lingua igni non abſimilis. 35
Linguæ cohibitio difficilima. 35
Lingua index eſt animi. 36
Lingua duplici laborat malo. 36
Linguæ uſus in ædificationem datus. 36
Litator Chriſtus. 215
Litera aurem ferit, ſpiritus autem cordibus inſidet. 19
Liuor. 103. 104
Liuor Chriſti, ſanitas noſtra. 103
Locuples. 120
Locus publicæ functionis. 24
Longanimis Deus. 171
Longanimitas Dei. 173
Longanimitas Dei maiorẽ obſtinatis adducet pœnam. 50
Lot. 155. Lot iuſtus. 159
Lubrica ætas. 191
Lucerna. 144. 154
Lucernam incendere. 154
Lucernæ lucentis, & Scripturæ collatio, & ſymbolum. 153
Lucifer. 154
Lucrum ex re honeſta nõ damnatur. 134
Lumbi mentis. 60. 70
Lumbos ſuccingere. 70. 79
Lumborum cingulum, caſtificatio. 75
Lumborum cinctura. 79
Lumen Chriſtus. 185
Lupi rapaces. 212
Lux. 181. 185. Lux Deus. 176
Lucis conſequendæ modus. 180
Luxuria. 123
MAculæ in conuiuijs. 251
Magiſter internus. 198
Magiſteria externa. 198
Magiſtri errorum dicuntur maculæ. 162
Magiſtros plures fieri, quid. 34
Magiſtri illuminati. 251
Magiſtratus ſunt à Deo. 94. 96. 127
Magiſtratus tria genera. 94
Magiſtratus gladium habet. 96
Magiſtratibus maledicere turpiſsimũ. 249
Magnificentia. 254
Malum, pro pœna. 51
Mala quæ Diabolo autore in mundũ ſubintroierunt. 204
Malis artibus non utendum. 40
Mali uitandi ſuaſio. 194
Malorum profundum, ex receſſu ab euangelio. 235
Malignus. 192. 198
Malignus non tangit electum, & ex Deo natum. 230. Maligna poteſtas. 91
Malitia. 81
Mancipia. 98
Mandatum. 210
Mandatum uetus & nouũ. 185. 190. 234
Mandata Dei facilima. 223
Mandatorum obſeruatio. 188
Mandatorum obſeruator Deũ habet. 209
Manere in Deo. 185. 200
Manere in morte. 207
Manere in Chriſto, & purè uiuere, idem eſt, 197. Manẽs in Deo, nõ peccat. 203
Manichæus. 157
Manſueto uiro non repugnat moderata ira. 46
Manus, pro quolibet negotio. 46
Manus habere. 43
Manutenens. 154
Marcionis uerbum ad Ioannem. 237
Marcus euangeliſta. 140
Marinæ beluæ manſueſcunt. 38
Mariti. 105
Martyres. 100
Matrimonium non diſſoluitur religione impari. 106
Matrimonij commendatio. 109
Matrimonialis conuictus pacificus. 109

Media ad gloriam. 62
Meditatio ſacrarum literarum utiliſſima. 195
Membra corporis Chriſti. 192
Membra pro homine. 40
Mendax. 166
Mendaces extra caulas Chriſti ſunt. 196
Mendacem Deum facere, quid? 194
Mens ſyncera. 167
Merces perſeuerantiæ plena. 235
Merces bonorum operum. 149
Merces epiſcoporũ bene præſidentiũ. 135
Merces iniuſtitiæ. 161
Merces recipientiũ euãgelicos uiros. 241
Mercede effundi. 250
Mercedis deceptio. 250
Mercedis fraudatores. 49
Merces ante ſolis occaſum reddenda. 49
Merces detenta clamat ad dominum. 49
Mercenarij. 133
Meritum Chriſti. 12
Merita legis euangelicæ iuxta quæ iudicabimur. 27
Meſoromaſdes. 95
Meſſias. 199
Metalepſis. 87
Michael. 244. Michaelis & Diaboli diſſidium de corpore Moyſi. 249
Microcoſmus. 90
Mimeſis. 30. 44. 168
Mioſis. 230
Miracula fiunt, nomine Ieſu inuocato. 75
Miſericordia. 22. 28. 60. 233
Miſericordia magna. 63. 91
Miſericordiam augeri in nobis. 246
Miſericordia et Veritas comites. 56. 244
Miſericordia iuſtitiæ præſtat. 28
Miſericordia pro miſericorde. 28
Miſericordiæ noĩe pater oſtenditur. 246
Miſericors. 110
Miſericors miſerator dominus. 52
Miſeria. 58
Miſeria duplex: Miſeria pro pœna. 43
Miſſi. 144. Miſſio filij Dei. 202
Modeſtus. 110
Modeſtia, & Sanctimonia. 93
Mœchor. 33
Monarchia. 94
Moroſuli. 110
Mors. 5. Mors, ubi abeſt Chriſtus. 86
Mors Chriſti uita noſtra. 103
Mors ipſi Petro prænũtiata à Chriſto. 151
Mori ipſi peccato. 102
Mortificati carne. 115
Morum parœneſes unicuique ætati congruæ. 190
Morum probitas plus ualet quàm docta diſputatio. 106
Moyſi ſcriptura de Chriſto. 89
Mulieres non doceant. 106
Muliebris luxus reprehenſus. 107
Mulierum ornatus quales eſſe debeãt. 107
Mulieris ſanctæ in exẽplũ propoſitæ. 108
Mulier uaſculum infirmum. 109
Mundus originalis. 159
Mundus impiorum. 159
Mundus in maligno poſitus. 230
Mundus, pro impijs. 206
Mundus animalis. 201
Mundialium uerba aduerſus pios. 201
Mundus ſemper auerſatur pios. 63
Mundus fallax. 64
Mundus uarijs modis uſurpatur. 198
Mundus, pro hominibus, & impietate. 192
Mundialis amor Deo aduerſatur. 193
Mundi impuritas, & uanitas. 193
Mundo nihil infirmius. 193
Mundi ſtudium fœdum. 193
Myſtæ Comi. 130
Myſteria abſcondita per eccleſiam reuelata. 189
Natus ex Deo. 186. 211
Natus ex Deo non peccat. 204. & quomodo intelligendum hoc. ibidem
Nati ex Deo, cuius gratia merentur eſſe heredes? 119
Nati ex Deo, adhuc reliquias ueteris Adæ habent in carne. 93
Naſci ex Deo, eſt habere fidem in Chriſtum. 221. 223. & 150

Naſcimur ex Deo dilectione. 214
Nati Electæ. 232
Natiuitas Chriſtiana. 77
Natura neque ex Deo, neque ſatana ſumus. 204. 205
Nebulæ agitatæ non abſimiles neochriſtianis. 163
Negare Ieſum eſſe Chriſtum quid? 196
Neochriſtianorum technæ. 103
Nicolaitæ. 247
Noë. 155
Noë octauus præco diuinæ iuſtitiæ. 159
Nomen Chriſtianum ſine pura uita uanum eſt. 248
Nominare, & eſſe, idem. 201
Non peccare. 222
Noſſe omnia. 195
Notæ impoſtorum & pſeudoprophetarum. 167
Notas aliorũ cur potius, quàm noſtras reprehendimus. 19
Nouiſſima hora. 194. Nouiſſimus dies. 199
Nouiſſimum tempus. 79. 166
Nouatianorum error. 164
Numeri ſingularis uirtus. 182
Nũtios uerbi recipiẽs, chriſtũ recipit. 240
Nubes ſine aqua. 250
Obedientia. 71
Obedire eſt credere. 71
Obedire Deo. 79
Obedire Chriſto, eſt à ſpiritu. 62
Obedientia charitatis. 75
Oblatio Chriſti ſecundum humanitatẽ. 187
Obtrectatores. 81
Occiſus, pro cæſo. 207
Oculus domini. 120
Oculus eſt mentis index. 162
Oculi adulteræ. 162
Oculus, quid in ſacris ſignat. 177
Oculi Dei ſuper iuſtos. 112
Oculus ſpiritalis, & corporeus. 216
Odij nomen. 207
Odium fratris. 185. 190
Odium fratris graue eſt peccatum. 206
Offendens in uno, fit omnium reus. 26
Oleum 47
Oleum oliuarum, ab epiſcopo ſanctificatum, eſt materia unctionis. 56
Oleum ſignum promißionis. 56
Oleum ſigni myſterium. 54
Oligarchæ: Oligarchicus. 95
Opera. 6. 116. Opera bona. 103
Opa noſtra apud Chriſtũ repõẽda. 240
Operationum noſtrarum fructus. 38
Opera indicant quales ſumus. 204. & cuius ſumus filij. 205
Opera ſunt media ad finem electionis. 149
Operibus electionẽ noſtrã firmamus. 149
Opera Abrahæ habenda. 147
Opera pro affectibus. 206
Opera Abrahæ per fidem. 23
Opera Rahab per fidem. 23. 31
Opera neceſſaria ad coronam. 147
Operum commendatio. 236
Opera legalia non iuſtificabant. 73
Opera indicia electionis. 143
Operans ex Charitate ſaluus fiet. 150
Opus internum aliquãdo tanti fit ſine externo, atq; cum externo. 31
Oppugnatio ueritatis agnitæ, mortalis. 229
Oratio. 39. 47. 121. 123
Oratio Chriſti. 180
Oratio in fide Deo accepta. 10
Oratio inefficax. 10
Orationis uiuæ efficacia. 10
Orationis impedimentum. 109
Oratio ſine fide, mortua eſt. 10
Orationem facere. 243
Oratio aßidua multum habet energiæ. 57
Oratio afflictis anchora. 53
Orandum iuxta Dei, non noſtram uoluntatem. 10
Orator. 135
Oſculum charitatis ſignum. 140
Oſculum mulieribus apud Romanos, olim interdictum. 140
Oſculum ſanctum. 141
Pacta à Moyſe prædicata, in lege gratiæ completa. 89

Paracletus. 198
Parergon. 62. 74
Paruuli ſenſu. 82
Paßio & mors Chriſti. 152
Paſcere. 132. Paſtoris nomen, 133
Paſtor Chriſtus. 81
Paſtoris optimi partes. 241
Paſtores, ſunt ouium conductitij. 135
Paſtorum princeps Chriſtus. 135
Pater luminum. 15
Pater filio prænominatur, interdum filius patri. 196
Patris & filij æqualitas & unitas: uoluntas una, & unus honor. 196
Pater generans. 177
Paternus animus erga filios. 192
Patria piorum. 92
Pati propter Chriſtum. 105. 128
Pati pro re iuſta. 129. Pati iuſtè. 80
Patientia. 52. 143. 148
Patientia Iob decātatiſſima: qua & ſeptuplo locupletior factus. 52
Patientia Dei. 117
Patientia confirmandus animus.
Patientia fructus eſt fidei. 8
Patientiæ exemplar Chriſtus. 100. 101
Patientia Chriſti. 101
Patientes propter iuſtitiam. 112
Patientiæ commendatio à Cypriano: cuius comes perſeuerantia. 8
Patientiæ gratia à Deo. 128
Patientia itur ad cœlum. 51
Paulus labore manuum ſibi neceſſaria acquirebat. 241. Pauli ſapientia. 173
Pauperes. 22
Pauperes in mundo, ſunt diuites. 24
Pauperes ſpiritu Chriſto ſimiles. 12
Pauperū ſubſidium in prima eccleſia. 240
Pax. 62. 145. 233. 242. 246
Pacis nomine filius intelligitur. 246
Peccatum. 5. 210
Peccatum ex ſcientia grauius eſt. 164
Peccandi conſuetudo peſſima. 165
Peccatum in ſe pœnam habet. 162
Peccata abolita in carne Chriſti. 124
Peccatum in conſpectu Dei. 49
Peccata in cœlū pro uindicta clamātia. 49
Peccatum, & conſcientiæ ſtimulus, aduerſarij noſtri. 233
Peccatum non diſſimulandum. 184
Peccatum in membris. 182
Peccata leuia. 182
Peccatis leuibus conflatur magnum. 182
Peccatum per infirmitatem. 229
Peccatorum uenialium remiſſio. 229
Peccatum ad mortem. 229
Peccatum in ſpiritum ſanctum. 229
Peccantium quorundam ignauia. 229
Peccatū habere, & peccare, non idem. 186
Peccare. 186. Peccatum facere. 202
Peccatū iacere ſuper humerū Chriſti. 115
Peccati et pſeudoprophetarū affinitas. 164
Peccati nomine tota peccatorum colluuies dicitur. 182
Peccati autorem non eſſe Deum. 205
Peccatores ſumus, & peccatum habemus. 182
Peccatores ſumus omnes. 19
Peccatorem reducere in uiam. 47
Peccatorum numero Ioannes ſe adſcribit. 187
Peccatores dicimur, licet iuſti. 182
Peccat nemo inuitus. 120
Peccans ad mortem. 221
Peccans non credit in Chriſtum. 203
Peculium domini. 89
Peierare. 58
Pelagius. 157. Eius hæreſis. 183
Pelagianorum inſania, & error. 9. 157
Pellicio, is. 165
Pentapolis punita. 159. & 250. cuius incēdium eſt publicum exemplum. ibidem
Poma quæ ſolo tactu in cinerem uertuntur. 159
Peregrinus. 104. Peregrinorū mos. 93
Peregrinatio p Euāgelio cōmēdatur. 240
Perficere legem quid. 26
Perfectum opus habere. 9
Perfidia eſt peccatum ad mortem. 229
Permanere in patre & filio. 196

Permanere in doctrina Chriſti. 232
Permanendum in Euangelio. 195
Pernicies. 165
Perſeuerantia comes patientiæ. 8
Perſeuerantiæ fructus. 9
Pertimere perturbationem. 108
Petere à Deo in fide. 221
Petere ſecundum Dei uoluntatem. 228
Petra ſcandali. 89
Petens accipit. 46. *Petendũ fide,* 5
Petentibus dat Deus, quæ danda cognoſcit. 41
Petrus Cephas. 61. *Iudæorum doctor.ibidẽ*
Petrus mortuus adhuc in epiſtolis loquitur. 151
Petri ſermo à prophetis prænuntiatus. 153
Petrus, quibus iubere poteſt, obſeruat. 132
Petri mors à Chriſto deſignata. 207
Petri Epiſtolarum ſcopus. 167
Petrus ob quam cauſam ſcripſerit Epiſtolam priorem. 140
Petrus conſors gloriæ reuelandæ. 132
Petri animus erga Aſianos. 151
Phariſæorum temeritas. 101
Phariſæorum error de iuramen 52
Phariſaicus morbus. 183
Philauti. 247
Philargyria. 48
Philoxenia. 125
Photinus. 157
Pij blaſphemijs in Euãgelium excruciantur, 160. *Pij charitas,* 206
Pietas. 143. 146. 148
Planetæ erratici. 251
Platonicorum ſententia. 207
Pleonaſmus. 177
Pleonexia. 48
Pluuia matutina, & ſerotina. 51
Pœna in timore. 218
Pœnitentiæ locus cuilibet conceditur. 171
Pœnitentiæ ſacramentum ſatisfactionem, & meritum continet. 183
Poneropolis. 141
Pontus. 78
Populus, & non populus. 92
Populus Dei, eſt electorũ eccleſia. 92. 104
Poſteriora Dei uidere, quid. 220
Potationes. 123
Præceptores uice parentũ funguntur. 239
Præceptorum optimorum mos. 150
Prædicare. 117
Prædeſtinatio. 62
Prædicator dicitur pater. 239
Prædicatores adiuti. 240
Prædicatores uerbi non nutriti. 46
Prædicatio Noẽ. 117. 169
Prænuntiare. 79
Præſcribi in iudicium. 246
Præſcripti in damnationem. 247
Præſidibus, & à rege miſsis parendum. 95
Præmio non eſt hic locus. 65
Præmium noſtrum per fidem certum tenemus. 65
Preces impiorum, clamores dicuntur. 46
Preſbyteri. 132
Preſbyteros hortatur. 131
Pretioſus. 87
Pretium redemptionis ineſtimabile. 73
Primogenita ſunt domini. 16
Principium rerum omnium eſt Deus. 13
Principum ius. 95
Principibus parendum. 94
Principatus. 248
Probatus 87
Probatio fidei. 8
Probandi ſpiritus regula. 212
Procella tenebrarũ nebulones perdet. 251
Procliui ſumus omnes ad peccandum. 34
Proficere. 181
Promittere promiſsionem. 196
Promiſſa Chriſti. 147. *Firma.* 183
Promiſsis ſtat Deus. 170
Pronitas ad malum, dicitur peccatum. 182
Prophetæ. 60. 144
Prophetæ & patrũ & noſtri præceptores ſunt. 69
Prophetiæ certitudo. 194
Propheta, dicitur uidens. 154
Prophetiæ non ſunt committendæ iudicio humano. 153

Prophe

Propheticus ſermo. 153
Prophetiæ iterpretatio à ſpiritu. 153.154
Prophetiarum tractandarum modus. 154
Propitiatio pro peccatis noſtris. 187
Propitiatorium. 187
Proſelyti. 62
Proſopopœia. 29
Prouerbium, Paræmia, Parabola. 165
Prouidere. 133
Prudentes. 125
Pſalmus eſt laus Dei. 53
Pſalm. cxvij. locus declaratus. 87
Pſeudapoſtolorum ſuperbia & uenenum, & impoſturæ. 164
Pſeudapoſtoli execrabiles 163. maligno ſpiritu afflati, ibidem
Pſeudodoctorum merces. 162
Pſeudodoctores exemplo malorum angelorum caueant. 248
Pſeudopropheta. 165. 212
Pſeudoprophetarum mens proſtituta. 167
Pſeudoprophetæ nunquam defuerunt populo Dei, 156. Et quibus notis cognoſcantur, ibidem.
Puellorum genius. 82
Puerorum inſtitutio. 191
Pugna Abrahæ immolantis filium. 31
Pupilli. 6.21
Purgatio ueterum delictorum. 149
Puritas uitæ, electionis filia. 149
Puritatis uitæ commendatio. 147
Quaſi, pro Vt. 71
Quomodo, pticula admiratis. 146
Rahab meretrix. 31
Rationabile. 31
Reconciliatio hominis per Chriſtum. 187
Redemptio per ſolum Chriſtum. 115
Redempti ſanguine Chriſti. 61
Refrænare. 22
Reges, & Principes. 80
Regis functio. 90.95
Regis prudentia, & beneficentia. 96
Regum & pontificum liberalitas. 222
Regalis ſacerdos, 90. regale ſacerdotiū, 89
Regnum. 94
Regeneratio. 60
Regula theologa. 247
Religio, 6. Multiplex. 20
Religio Chriſtiana uetus eſt, & tamen noua. 189
Religio Chriſtiana quibus conſtat? 190
Religio Chriſtiana certiſſima. 68
Religio omnis uana, quæ Chriſtum ducem non habet. 71
Religionis Chriſtianæ partes. 149
Religioſus. 20
Remedium utriuſq; fortun. 92
Remiſſio peccatorum. 165
Renaſci, 61. Renati ex Deo, 63
Renaſcētiæ nūquā obliuiſcatur fidelis. 92
Repetitio grata & utilis. 179
Repetitionis uis. 197
Reſipiſcenti redeunt & proſunt peccato perdita bona. 32
Reſponſio ſit modeſta. 113
Reſponſio delectum habeat. 113
Reſurrectio quid Apoſtolis ſignificat. 113
Reſurrectionis fides. 118
Reſurrectio totum Euangelij negotiū comprehendit. 63
Reſurgentium ſtatus. 116
Reſurgentes ſimiles erunt filio Dei. 201
Reuelatio Ieſu Chriſti. 67
Rota natiuitatis. 35
Rudentes. 158.165
Sacerdotium ſanctum. 85
Sacerdotum hoſtiæ. 85
Sacerdotalis functio duplex. 85
Sacerdotium duplex, priuatum, & uniuerſale. 89
Sacerdotium regale, 80. Iudaicū, 90.
Sacerdotis regalis, ſeu Chriſtiani functio. 92
Sacramentarij. 137
Sacræ literæ attentè legantur. 18
Sacra lectio ſpeculo comparata. 18
Sacræ literæ nihil ſuperfluum habent. 177
Salus, 60. Salutis certitudo. 64.127
Salus ex Dei gratia nobis contingit. 74
Salus communis, 240. Salutis reuelatio, 68

Salutis noſtræ tempus prænuntiatum. 68
Salutem nemo inuitus conſequitur. 133
Saluari omnes uult Deus. 171
Samaritana mulier. 106
Samuel. 253
Sancti. 61.72.90
Sanctus eſt dominus ſuapte natura. 204
Sanctorum communio, amicitia, & ſocietas. 179
Sancti in mundo non ſunt de mundo. 21
Sanctificare Chriſtum. 105
Sanctum deſyderium. 238
Sancta millia, dicuntur angeli. 252
Sanctificare ſe. 202
Sanctitatem habere. 113
Sanctificatio. 62. 199
Sanctificatio ſpiritus. 62
Sanctificationis methodus. 75
Sanctulorum impoſturæ. 218
Sanguis. 226
Sanguinis Chriſti effuſio omnium peccatorum ſatisfactio. 73
Sanguis Chriſti effuſus. 225
Sanguis Chriſti. 176. *Eius uirtus.* 181
Sapientia duplex. 9
Sapientia creata. 9
Sapientia cœleſtis, pudica, pacifica, manſueta, modeſta. 37. *Suadibilis, plena miſericordia, plena fructibus bonis.* 38
Sapientia à Deo petenda. 5
Sacra. 105
Sara probæ mulieris exemplar. 108
Sara typus fidelium fœminarum. 108
Saræ filiæ. 109
Sarcaſmus. 36
Sarmentitij. 94
Satanas iuuenibus maximè inſidiatur. 191
Satanæ primogenitus. 236
Scala electionis. 149
Scandalum paßiuum. 88
Scandalum Phariſæorum. 88
Scientia. 143.148
Scientia uera & ſolida. 109
Sciens grauius peccat. 45
Scortatio. 131
Scribentium ritus. 144
Scriptura ſuppleta. 31
Scripturis non eſt infrendus ſenſus. 173
Scriptura quibus ſoleat eſſe ſuauißima. 83
Scripturæ ſacræ autor Deus. 184
Scriptura incogitanter legenti ſuperficies eſt, legenti uerò attentè, lex eſt perfectæ libertatis. 19
Sectæ. 126. 165
Sectæ & pſeudoprophetæ. 154
Seculum. 21
Seditioſi ad ſatanæ pertinent regnum. 38
Sed magis, particula eſt corrigentis. 149
Seductor. 232
Seges ſementis naturam refert. 76
Semen Dei. 204
Semen Diaboli. ibidem
Semen euangelicum. 18
Semen corruptibile. 77
Seminandum ſemper in eccleſia Dei. 38
Semißij. 94
Seniores iunioribus præferendi. 136
Senioribus bonor. 135
Senum functio. 135
Senſus non inferendus literis ſacris: ſed ab ipſis petendus eſt. 34
Seruus. 135. *Seruus Dei.* 7
Serui Baptizati, non eximuntur à ſeruitute. 96
Seruus Chriſti modis omnibus. 245
Seruitus multiplex. 144
Seruitus nõ aduerſatur Chriſtianiſmo. 98
Seruitutis origo: & ante uini uſum non erat. 98
Si, particula affirmatiua. 83
Sicut, particula imitationem notat. 204
Sicut, particula, proportiones denotat. 25
Similitudo Dei. 220
Simulatio eſt filiorum ad patres. 98
Simon. 154
Simulatores. 82
Simulationi non eſt locus apud ſanctum. 239
Sion. 86
Siſtremma. 95

Soboles, eſt ſeges reipublicæ. 106
Sobrietas. 70. 125
Sobrietas fructus fidei. 70
Sobrietas comes uigiliæ. 125
Societas duplex. 180
Societas mutua cum Deo. 181
Societatem inire cum Deo. 181
Sodalitium diuinum. 180
Sodalitium ſanctorum. 179
Sodoma. 155. 146. 255.
Solicitudo filia diffidentiæ. 138
Solicitudo abſit à fideli. 137
Soluere Ieſum. 212
Sophiſmata. 154
Sophocles. 45
Spes. 199. 253.
Spes uiua quid. 64
Spe ducti aduerſus tenebras uictores ſumus. 64
Spes Iudæorum uana. 64
Spes in Chriſto. 60. 61
Spes uiua in nobis ueluti ſementis. 63
Spes uiua, pro ſpe uitæ. 63
Spes non confundit. 208
Spes ueniæ. 187
Sperare perfectè. 79
Spiritus. 226
Spiritus teſtimonium de Chriſto. 225
Spiritus ſanctus amor patris & filij. 180
Spiritus intellectum illuminat & uoluntatem excitat. 30
Spiritus Chriſti in nobis. 230
Spiritus probandi, 212. & quomodo. 211
Spiritus nomine quid intelligitur. 212
Spirituum inquirendorum modus. 212
Spiritus uerax & infallibilis. 197
Spiritus acceptio. 221
Spiritus ſanctus. 60
Spiritales ſpiritalia tractant. 214
Stoicorum ſententia, 32. & Error. 229
Suadere corda noſtra, quid. 208
Suadibilis. 39
Suauitas Euangelij, & ineſcatio. 83
Subditorum functiones. 135
Subſtantiæ noſtræ nomine quid deſignatur. 207
Summa Euangelij. 75
Summangularis lapis. 84
Superbia. 165
Superbia uitæ. 193
Superbis Deus reſiſtit. 136
Superborum frænum. 182
Suſurrones. 81
Syluanus Petri amanuenſis. 140
Symbolum epiſcopi & paſtoris. 133
Syncerus. 174
Synecdoche. 182
Subditi Deo. 39
TAbernaculum. 143. 154
Tabernaculum pro corpore. 151
Tartarus, Tartarum. 165
Tautologia. 188
Tela, quibus diaboli refriēda iacula. 139
Temperantia. 148
Tempora nouiſſima. 65. 74. 144
Tempora nouiſſima prædicta ab Apoſtolis. 145
in Tempore. 137
Tenebræ. 181. 185. Tenebrarum uiæ 72
Tentatio: Tentationes. 5
Tentationis duplex genus. 13. & 21.
Tentat Deus, ut ſciat: hoc eſt, ſcire faciat. 13
Tentari fideles, non eſt nouum. 139
Tentatorū, & pro Chriſto afflictorū conſolatio. 139
Terra promiſſa. 149
Terra conflagratione purgabitur. 172
Terreſtria omnia igne ſoluentur. 172
Teſtis oculati uis. 177
Teſtimonium Dei de Chriſto. 221
Teſtimonium Dei in ſe habere. 226
Teſtimonium è cœlo, quòd Ieſus eſt Chriſtus. 225
Teſtimonium ſpiritus ſancti, quòd ſimus Chriſtiani. 209
Theſaurus Chriſti, & terreſtris. 73
Thomas dubius, quid nobis profuit. 179

Timor.

Timor. 105
Timor Dei.97.eius genius. 98
Timoris uirtus. 99
Timor ſeruilis. 72. 98. 228
Timoris effectus in charitate pfectã. 220
Timor nocturnus. 218. *Naturalis* 219.
Filialis. 218
Timor Cain, & Iudæ nihil amoris habet. 98
Timere timorem. 112
Timentibus Deum nihil nocebit. 112
Timonis dictum. 134
Tinea. 58
Titulus humilis gratus. 7
Tormentorum uarij gradus. 161
Traditio uana. 73
Traditiones ſanctorum obſeruandæ. 179
Transfiguratio Chriſti. 152
Transfigurationis Chriſti teſtes. 132. 152
Transfiguratio omnia myſteria Chriſti continet. 152
Transfugæ hæretici. 194
Tranſgreßiones aliæ alijs grauiores. 26
Trinitatis opera interna. 214
Trinitatis opera indiuiſa. 74
Tremor timoris comes. 228
Triumphus perſeuerãtiũ in fide uiua. 150
Tunica maculata. 254
Turcica origo. 213
Tyrannus, Tyrannis. 94
Tyranni Leonibus ſimiles. 138
Tyranni, & eorum uerba minacia. 112
Tyrannidem mundi non timent pij. 67
Valentini uirus. 136
Velle uitam. 111
Venire per aquã, per ſanguinem. 224
Verbum Dei.61.Eius uis.192.Virtus. 196
Verbum Dei in nobis manere. 192
Verbum Dei Permanens, non mutatur, ſed transformat nos. 77
Verbum euangelizatum. 78
Verbum Dei guſtandum. 83
Verbum Dei robur iuuentutis. 191
Verbum Dei eſt uterus. 119
Verbum Dei purum. 126
Verbum Dei, eſt antidotum hæreſum. 196
Verbum Dei ſeruare. 188
Verbum inſitum. 18
Verbi, & humanitatis unio. 177
Verbum uitæ. 178
Verbum eſt uterus cœleſtis. 76
Verbum Dei uiui. 76. 77
Verbo domini regeneramur. 16
Verbum ueritatis. 16
Veritatis uia unica eſt. 157
Veritatis uox. 243
Veritatis obſcuratores. 246
Veritatis energia. 242
Veritatis oppugnatores. 168
Veſania. 163
Veſanus. 165
Veſtigia Dei. 220
Veſtimentum uarietas damnata. 107
Victoria. 221
Victoria in Antichriſtum à Deo. 213
Victoria noſtra in Chriſto. 193
Victoriæ neruus in conflictu ſpiritali. 192
Victores Chriſtiani aduerſus Mundũ. 223
Victor mundi. 224
Videre Deum ſicuti eſt. 202
Viduæ. 6. 21
Vigilia. 121. 125
Vigilia Chriſtiana. 71
Vigilandum eſſe. 138
Vindicta Deo commiſſa. 102
Vinculum Dei, & hominis. 216
Vincula ſpiritualia. 158
Vinculum pacis. 125. *Charitatis.* 232
Vincula & carceres dæmonum. 248
Vini & crapulæ ſordes. 123
Vinolentiæ. 123. 130
Vires humanæ nihil, niſi adſit uirtus Dei. 65
Vires mundi eneruatæ per Chriſtum. 64
Vir caput mulieris. 106. 109
Vir calamiſtratus fugiendus. 106
Vir duplex animo. 11
Viri optimi eccleſijs præficiendi. 134
Viri boni eſt, proſpicere ſibi et familiæ. 40

Virtus. 143.148
Virtus & gloria Dei, eſt filius. 146
Viſcera. 110
Viſcera, pro miſericordia. 207
Viſitare. 21.137
Viſitatio impiorum. 22
Viſitationis dies. 93.136
Vita æterna. 64.184.221
Vita, & ſalus per ſolum Chriſtum. 86
Vita noſtra Chriſto configuranda. 218
Vitæ piorum certitudo. 206
Vita noſtra uapor. 39
Vita ex Dei uirtute. 146
Vita hominis bulla & uapor. 45
Vita hominis ſuper terram militia eſt. 122
Vita humana ueluti flos eſt. 12
Vita noſtra in peccatis. 184
Vita cœleſtis incorruptibilis. 64
Vita breuis eſt. 66
Vita æterna per Chriſtum. 176
Vitæ humanæ breuitas. 193
Vitæ manifeſtatio. 178
Vita manifeſtata: id eſt, uerbum caro factum. 178
Vitam orbi reſtitutam prædicauerunt apoſtoli. ibidem
Vitæ tempus exiguum. 125
Viuere iuſtitiæ. 80
Viui & mortui. 124
Vitium doctoris facilè in alios manat. 34
Vnanimitas in quouis conuictu. 110.
Vngere. 199
Vnctio. 186
Vnctio ſpiritus ſanctus doctor Chriſtianorum. 186
Vnctio ſpiritalis. 195
Vnctionis ſacramenti uirtus. 53
Vnctionis ſacramenti nomina. 54
Vncti ægroti ab apoſtolis, ſanabantur. 53
Vnctionis ægrotorum energia. 54
Vnctionis uox. 199
Vnctio in Chriſtianis. 197
Vnctiones in eccleſia. 55
Vnctio ægrotantium. 55. eius miniſter, ibidem. integritas, ibidem. materia, 56. effectus. 56. forma. 55
Vnctionē recipientis qualis debet eſſe affectus. 55
Vnctioni ægrotorum adſint preces. 55
Vnctio cum fide facienda. 56
Vnitas, principium numeri. 126
Vniuerſitas iniquitatis. 38
Vocati qui dicantur. 91.245
Vocari in Chriſto. 140
Vocari, pro eſſe. 96
Vocatio operibus confirmanda. 149
Voluntas Dei erga nos. 122
Voluntas gentium. 123
Voluntas Dei, pro re neceſſaria. 114
Voluntatis lucerna eſt intellectus. 30
Voluntatem Dei facere. 194
Voluptas bona & mala. 162
Voluptatis exitus. 159
Volutabrum. 165
Vox ſcriptura uiuacior. 237
Vox plus habet perſuaſionis, quàm literæ. 242
Vt, particula admiratiua. 146
Vultus domini. 110
Vultus natiuitatis. 19
Vxores. 104. earum functiones. 106.109
Vxores cohæredes ſunt uitæ æternæ. 109
ZElus. 39
Zelum excitare. 39
Zelotypia. 41
Zelotypus, & Zelotes eſt Deus. 41

FINIS.

Priuilege du Roy.

FRANCOYS par la grace de Dieu Roy de France, au Preuoſt de Paris, Bally de Maſcon, Seneſchal de Lyon, & à tous noz autres iuſticiers, officiers, & leurs lieuxtenans ſalut. Noſtre cher & bien amé maiſtre Sebaſtien Gryphius imprimeur ordinaire de noſtre uille de Lyon, nous a faict dire & remonſtrer qu'il eſtoit apres à imprimer les Commentaires de maiſtre Claude Guilliaud, docteur en Theologie, ſur les Epiſtres ſainct Pol, & les ſept Canonicques des Apoſtres, leſquelz il exposeroit & feroit uoulentiers mectre en uente, à ce qu'ilz ſoient publiez & manifeſtez à un chacun aymant les lettres diuines, pour en prẽdre fruict et utilité, mais il doubte que apres qu'ilz auront eſté ueuz & manifeſtez, comme dict eſt, aulcuns libraires & imprimeurs s'efforcent de les uouloir imprimer & uendre: En nous humblemẽt requerãt à ceſte cauſe que noſtre plaiſir ſoyt luy octroyer que pour le temps & terme de quatre ans prochainemẽt uenans, à cõmencer du iour & date de ces preſentes, autres imprimeurs que luy ne puiſſent imprimer ne uendre leſdictz liures. Pource eſt il, que nous inclinans liberalement à la ſupplication & requeſte dudict maiſtre Sebaſtien Gryphius, Auons permis & octroyé, permettons & octroyons, & nous plaict de grace ſpeciale, que durant le temps & terme de quatre ans, de la date que deſſus, il puiſſe & luy loiſe imprimer leſdictz liures tant de foys que bon luy ſemblera, ſans ce que durant ledict temps autre que luy les puiſſe imprimer. Sy uous mandons, & expreſſement enioignons, & à un chaſcun

de uous, ſicõme à luy appartiendra, que de noz preſens grace, cõgé, permiſsion & octroy, uous faictes, ſouffrez et laiſſez ledict maiſtre Sebaſtien Gryphius iouyr et uſer plainement & paiſiblement ledict temps de quatre ans durãs, en faiſant, ou faiſans faire expreſſes inhibicions & deffences de par nous, ſur certaines et grãs peynes à nous à applicquer, & de perdition & confiſcation deſdictz liures, & damande arbitraire, à tous Imprimeurs, Libraires, et autres que ledict ſuppliant, que durãt ledict temps ilz n'ayent à imprimer leſdictz liures, en les cõtraignãt à ce faire & ſouffrir par toutes uoyes & manieres deües & raiſonnables. Nonobſtant oppoſitions ou appellations quelzconques, pour leſquelles ne uoulons eſtre differé, car tel eſt noſtre plaiſir. Donne a Lyon le xxviij. iour de Septembre, Lan de grace mil cinqcens quarãte & deux, & de noſtre regne le uingthuitieſme.

Par le Roy en ſon conſeil eſtably
à Lyon.

Signé Hurault.

LYON 1887

DE LA VILLE DE

